This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

6000309 38T

G.69. K. 17.

E. BIBL. RADCL.

19148 e 10

FLORA UPSALIENSIS

ENUMERANS

PLANTAS CIRCA UPSALIAM

SPONTE CRESCENTES

ENCHIRIDION

EXCURSIONIBUS STUDIOSORUM UPSALIENSIUM

ACCOMMODATUM

A

GEORGIO WAHLENBERG

BOTANICES DEMONSTRATORE

---

cum Mappa geographico-botanica regionis.

. . . plantas ipsas, non vero numerum earum auctum, attendendum judicavi, . .

Linn. flor. svec. praefat.

UPSALIAE,

TYPIS ET IMPENSIS R. ACAD. TYPOGRAPHORUM.

1820.

Conspectus Regionis.

Upsalia maximarum rerum gestarum monumentis tam plena patriae scientias diu suppeditavit, in nulla autem scientia gloriam tantam diffusit quantam in re herbaria, cujus post Linnaeum suum per totum orbem eruditum magistra salutatur. Haec praeconia non fortuito tulit, sed bene merita est fertilitate camporum suorum, qua invitati fuerunt septentrionis primi incolae et quorum ubertate patria etiamnunc scientias alit. Tam fertili enim Upsalia regione campestri circumdata est, ut similis in Svecia superiori nulla sit et forsan nullibi terrarum tam septentrioni propinqua. Nihilominus tam variis haec regio interspersa est locis immo tam frigidis, ut varias admodum plantas Linnaeana auctoritate dignas Botanicis offerat.

Regionis campestris solum maximam partem constituitur argilla eaque ut plurimum margacea et saepe lapillis calcareis, qui formationi transitionis debentur, adspersa, quorum tamen origo vel strata fixa adhuc ignota sunt. Maxime plana regio extenditur inter Danmark, Bälinge et Åkerby, ubi superficiem lacus tranquilli quodammodo refert.

Jugum glareosum insigne hanc planitiem e meridie ad septentrionem oblique transit, quod jugum saepe centum pedes supra planitiem altum eminet.

Duobus locis a fluvio Upsaliensi interruptum vel intersectum est: superiori loco Upsaliam antiquam, inferiori Upsaliam fert hodiernam, utramque in lateribus et cacuminibus suis supra planitiem fertilissimam magnifico et excellenti situ attollit.

Substrata est tota regio Upsaliensis, quantum scimus, formatione primitiva et quidem solo granite plus minusve in Gneissum abeunte, sed sine schisto ullo. Hic granitinus fundus eminentias parvas e stratis terrae liberae undique emittit, sed per planitiem summam parum admodum elatas vix aliquot orgyis altiores. Longius a jugo illo glareoso diagonali remotae magis prominent et congregantur in saxa sylvatica, quae paludes frigidas includunt, quales primum reperiuntur versus Norby, deinde in sylva Nosten; maximae vero adsunt in sylva Örlösan, ubi palus Vitulfsbergensis sita est, et in sylvis trans Jumkil. Raro autem centum pedes supra lacum Maeleri saxa eminent, quam altitudinem eminentiae nostrae regionis campestris vix superant.

Aquae perpaucae insigniores in hac regione adsunt. In ipsa planitie Upsaliensi unus fluvius Upsaliensis isque angustus observatur, et in tota regione nostra lacus ille parvus Ekebyensis excepto Maelero maximus est. Lacus Maeleri in nostram regionem immittit septentrionalem finem illius partis, quae Ekoln dicitur ripis valde lapidosis et ejusdem modi insulis insignis. Ceterum prope glareosum praecipue

jugum nostrum fontes defluunt praestantissimi totum annum temperiem 6°,7 Cent. servantes.

Vegetationis in genere consideratae eminentissimam partem constituunt sylvae, quarum altissimae sunt illae regiae Kungsparkar dictae, pinubus celsissimis praeditae. Harum maxima et urbi proxima est illa, quae prae ceteris Kungsparken audit, alias Åsparken dicitur quia praecipue in jugo illo glareoso Åsen eximie eminet. Ceterae ejusdem indolis sunt Djurgårdsparken, Hammarbypark, Krislingepark, Slafstapark, Råbypark et Hesselbypark in monte Belberget. Sylvae reliquae in locis saxosis sitae minoribus pinubus jam constant, sed saepe latius extenduntur, quarum Norbyensis, utraque Nosten, Örlösan, Alsikeskogen et Ulleråkers allmänning maxime memorabiles. Inter has omnes sylvas pineas loca steriliora inculta plerumque Junipero et Erica obducuntur, quo regionem nostram campestrem minus amoenam dixeris. Adsunt autem luci amoenissimi et tempe laetissima arboribus frondosis ad exitum aquarum majorum in Maelerum prope Godtsunda, Vårdsätra, Vreta udd, Liljeconvaljsholm, Nontunalund etc. in quibus collucent Melampyrum nemorosum, Orobus niger, Trifolium spadiceum, Campanula latifolia, Verbascum nigrum, quibus interponitur Triticum caninum.

Ceterum tota regio campestris tam aprica et perflata est, ut, quamquam in toto calida, interdum subalpestrem naturam non parum induat.

Insulae lacus Maeleri valde apricae et lapidosae habent Lithospermum officinale, Drabam muralem, Erysimum hieracifolium, Humulum Lupulum.

Paludes illae frigidae sylvarum maximarum etiam valde apricae et inde quasi subalpestres sunt, unde fere lapponicae earum plantae Juncus stygius, Carex Heleonastes, Pedicularis Sceptrum carolinum, Splachnum ampullaceum, Schoenus fuscus, Salix livida.

Prata vastissima depressiores campos planitiei occupant, quorum pratorum Kungsängen notabile plantis non paucis maritimis, quales sunt Glaux maritima, Glyceria distans, Triglochin maritimum, quibus quodammodo sociantur Fritillaria Meleagris, Geranium pratense, Sesleria. In aliis pratis declivibus adsunt Serratula tinctoria, Scutellaria hastifolia, Inula salicina, in collibus pratensibus Fragaria collina, Potentilla verna.

Agris fertilissimis de cetero tota fere regio occupatur, in quibus insignes sunt plantae: Conium maculatum, Fumaria parviflora, Bunias orientalis, Vicia villosa, Silene noctiflora, Campanula rapunculoides, Trifolium hybridum.

Loca elatiora inter agros offerunt maxime campestres plantas, quales sunt Salvia pratensis, Athamanta Libanotis, Daucus Carota,

Artemisia campestris, Phalaris phleoides, Asperula tinctoria, Anemone Pulsatilla, Bromus hordeaceus, Medicago falcata, Poa compressa. Saxa similia campestria gerunt Sedum annuum, Silenem rupestrem rarius.

Jugi glareosi fere alpestrem naturam indicant Androsace septentrionalis, Anemone vernalis, Scleranthus perennis, Sedum sexangulare, Trichostomum glaucescens, Lichen nivalis, cucullatus etc.

Huic non parum accedunt loca ruderata arcis et urbis elevatioris, quae plantas maxime campestres simulque meridionales habent, quales sunt Carduus nutans, Lepidium ruderale, Senecio viscosus, Anthemis Cotula, Coronopus depressa, Draba incana, Saxifraga tridactylites, Scandix temulenta, Chenopodium Vulvaria etc.

Temperies aëris certe media aestate calidissima est ob situm apricum et inopiam aquarum majorum, sed saepe propter locorum frigidiorum vicinitatem ventis frigidis interrupta, unde menses praecipui verni nunc prius nunc serius adventant majori discrimine quam in aliis plerisque regionibus. Vicissitudines anni praecipuas indicare juvat schemate e Florae Calendario.

Calendarium Florae Upsaliensis

HYEMS continuatur glacie et nive.

I. GLACIATIO (glaciei et et nivis copia maxima).
Mense *Januarii* et *Februarii*.

II. DEGLACIATIO invadente calore diurno, quo crescere et fructificare incipiunt Musci praecipue Jungermanniae — usque ad glaciei discessum in fluviis et absorptionem aquae nivalis.
— finitur *annis praecocibus post* 1 *Aprilis*.
annis plerisque circa 10 *Aprilis*.
annis serotinis ad 22 *Aprilis*.

VER. Increscentia vegetationis perfectioris usque ad discessum omnis gelu nocturni et calefactionem plenam terrae.

III. GERMINATIO plantarum superficialium (Såningstid), qua gelu nocturnum saepe regreditur.
— extenditur a primo flore usque in frondescentiam primae arboris,

annis praecocibus a	4 *Aprilis*	*usque ad*	1 *Maji*.
annis plerisque	— 12 *Aprilis*	—	— 8 *Maji*.
annis serotinis	— 20 *Aprilis*	—	— 16 *Maji*.

IV. FRONDESCENTIA arborum a Pado in Fraxinum (Löfsprickning); ante spicam primam Secalis.

annis praecocibus a	3	*usque ad*	19 *Maji*.
annis plerisque	— 9	—	— 25 *Maji*.
annis serotinis	— 16	—	— 31 *Maji*.

V. FLORESCENTIA arborum pomacearum a Pado usque in Oxyacantham vel a Secalis spica prima in ejusdem florem; ante florem primum Sedi acris.

annis praecocibus	22 *Maji*	*usque ad*	12 *Junii*.
annis plerisque	26 *Maji*	—	— 16 *Junii*.
annis serotinis	31 *Maji*	—	— 20 *Junii*.

AESTAS. Status vegetationis calore optimo tum aëris tum terrae.

VI. SOLSTITIUM (Solståndstiden) noctibus lucidissimis florescentiam Linnaeae aliarumque noctu fragrantium plantarum efficientibus.
— per florescentiam Sedi acris totam.
annis omnibus a 17 *Junii usque ad* 11 *Julii*

VII. Foenisecium (Slottertiden) s. Maturatio graminum pratensium indigenorum calore in totum maximo, florente Tilia europaea et Sedo albo usque in Scabiosa succisae primum florem.

12 *Julii usque ad* 1. 2. 3. *Augusti.*

VIII. Messis (Sädesskörden) s. Maturatio cerealium, diebus calidissimis s. caninis, sed noctibus frigidiusculis.

— florente Erica vulgari et Scabiosa succisa usque ad disseminationem Lycopodii vel Colchici florem primum.

annis festinantibus a 1 *Aug. usque ad* 21 *Aug.*
annis serotinis — 4 *Aug.* — — 27 *Aug.*

AUTUMNUS. Decrescentia vegetationis post primum gelu nocturnum, remanente tamen calore terrae fungos producente.

IX. Disseminatio (Pomona, Fruktskörden) peragitur a Colchici flore primo in discessum Hirundinis; Fungi erumpunt copiose, primum Agarici coprini et pratellae, demum lactiflui.

annis festinantibus 22 *Aug. usque ad* 17 *Sept.*
annis serotinis 28 *Aug.* — — 21 *Sept.*

X. Defoliatio arborum (Löffällningen) gelu nocturno severiore cum pruina fungos annuos multos destruente, quo facto fungi perennes arborei praecipue Boleti et Agarici plevropi increscunt, et Gasteromyci obveniunt.

annis festinantibus 16 *Sept. usque ad* 18 *Oct.*
annis serotinis 22 *Sept.* — — 28 *Oct.*

XI. Congelatio terrae; musci tantum crescere continuant in arboribus

Mense Novembris.

HYEMS incipit conglaciatione fluminum permanente.

XII. Bruma. *Mense Decembris.*

Systema sexuale Linnaeanum.

I. Flores hermaphroditi:

1. Stamina longitudine aequalia et omnimodo libera:

numero singula	1.	MONANDRIA.
duo	2.	DIANDRIA.
tria	3.	TRIANDRIA.
quatuor	4.	TETRANDRIA.
quinque	5.	PENTANDRIA.
sex	6.	HEXANDRIA.
septem	7.	HEPTANDRIA.
octo	8.	OCTANDRIA.
novem	9.	ENNEANDRIA.
decem	10.	DECANDRIA.
circiter duodecim	11.	DODECANDRIA.
viginti et ultra in calyce	12.	ICOSANDRIA.
ultra viginti in receptaculo	13.	POLYANDRIA.

2. Stamina definito modo inaequalia:

duo longiora, duo breviora	14.	DIDYNAMIA.
quatuor longiora, duo breviora	15.	TETRADYNAMIA.

3. Stamina connexa:

inter se filamentis in unum corpus	16.	MONADELPHIA.
duo corpora	17.	DIADELPHIA.
plura corpora	18.	POLYADELPHIA.
antheris	19.	SYNGENESIA.
cum pistillo majore	20.	GYNANDRIA.

II. Flores sexu distincti (diclini):

in eadem stirpe	21.	MONOECIA.
in diversis stirpibus	22.	DIOECIA.
cum aliis hermaphroditis	23.	POLYGAMIA.

III. Flores sexu praecipue masculino evidenti destituti 24. CRYPTOGAMIA.

CLASSIS I.

MONANDRIA.

CONSPECTUS.

Classis hæc, floribus irregularibus magis insignis quam proxime sequentes classes, apud nos nonnisi plantas aquaticas secundum Linnæum continebat floribus maxime inconspicuis et incompletis praeditas, quarum unum genus scilic. Callitrichen *jam ad Monoeciam retulimus.*

1. ORD. MONOGYNIA.

HIPPURIS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 15. Gærtn. fruct. 2. p. 24. t. 84. f. 7.

Cor. nulla. Stigma simplex. Germen staminiferum inferum ob marginem calycinum coronantem. Semen nuculare. — *Herba verticillata, floribus axillaribus. Ord. nat. 14. Inundatae (Calycanthemis accedens).*

1. HIPPURIS *vulgaris:* foliis suboctonis linearibus attenuatisque. *Linn. suec. n. 2. syst. veg. ed. Roemer 1. p. 41. Decandol. fl. franc. ed. 3. n. 3657. Ehrh. beitr 4. p. 153. Sv. Bot. t. 335. bona. Flor. Dan. t. 87.*

Hab. in fontibus ex. gr. ad Sandviken copiosissime et in fluviis infra Quarnbo et Håga frequenter.

Radix perennis. Stolones infra aquam præcipue fluitantem valde fluctuantes et foliis tenuibus contortis dissimilibus instructi. Caules fructificantes supra aquam sese erigentes, stricti, obtecti foliis creberrimis. Flores intra singula folia solitarii omnino sessiles, constituti germine fere solo stamen stigmaque ferente, et extra eadem superne tantum coronato margine calycino satis evidenti, cujus ob causam flos dicitur superus et ad Gynandriam non reducitur. Hermaphroditi sunt flores omnes in medio caule, sed in verticillis infimis stamen prævalet et in summis vix nisi stigma adest. Anthera ante dehiscentiam subsessilis, germine duplo latior, rubicunda, didyma et in sulco suo interiore stigma subulatum excipiens. Floret post solstitium.

CLASSIS II.

DIANDRIA

CONSPECTUS.

Plantae pleraeque hujus Classis quasi e Tetrandria et Didynamia provenerunt imminutione dimidii numeri staminum. -- Monogyniae genera facile distribuuntur sequenti modo 1) *floribus superis:* Circæa; 2) *floribus inferis* a) *fructu capsulari:* Veronica, Pinguicula, Utricularia; b) *seminibus nudis:* Lycopus, Salvia. -- *Digynia graminum unico genere constanter diandro constituitur; alia autem graminea interdum diandra in Triandria et Monoecia quaerenda sunt.*

1. ORD. MONOGYNIA

CIRCÆA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 31. Jussieu gen. p. 354. Gartn. fruct. 1. p. 114. t. 24.

Calyx diphyllus, superus. Corolla dipetala. Capsula bilocularis, disperma, hispida. -- *Herba oppositifolia, spicata.*

Ord. nat. inter 44 *Aggregatas* et 34 *Calycanthemas ambigit.*

2. CIRCÆA *alpina:* caule glaberrimo adscendente, foliis cordatis dentatis nitidis, calyce albescente.

C. alpina *Linn. svec. n.* 7. *syst. veg. ed. Roemer* 1. *p.* 271. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 7. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1321.

Hab. Upsaliae secundum Cl. Ehrhart, sed locus specialis jam ignotus est.

Radix perennis. Herba tenera floribus demum albicantibus.

VERONICA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 32. Jussieu gen. p. 111. Gartn. fruct. 1. p. 257. t. 54. f. 7.

Calyx 4- (raro 5-) partitus. Corolla rotata: limbo quadrifido inæquali; lacinia infima minore. Cap-

sula supera, bilocularis, polysperma, apice emarginata. -- *Herbae foliis oppositis; floribus spicatis in n. 3-6, racemosis in n. 7-11, solitariis in n. 12-14. Ord. nat. 22. Personatae, sectio Rhinanthaceae.*

3. VERONICA *maritima*: spicis terminalibus, foliis ternis quaternisve ovato-lanceolatis acuminatis argute duplicato-serratis cauleque subpubescentibus.

V. maritima *Linn. svec. n. 8. syst. veg. ed. Roemer 1. p. 87. Ehrh. upsal. in beitr. 5. p. 7.*

Hab. Upsaliae secundum Cl. Ehrhart.

Radix perennis. Herba major quam sequentium.

4. VERONICA *spicata*: spica terminali, foliis crenatis obtusis apice integerrimis basi attenuatis cauleque puberulis.

V. spicata *Linn. svec. n. 10. spec. pl. ed. Willden. 1. p. 56. Sv. Bot. t. 2.*

Hab. in collibus apricis campestribus tum glareosis tum saxosis frequenter.

Radix perennis. Folia radicalia obovata ubique crenata, sed caulina pleraque oblonga infra apicem crenata; summa undique integerrima. Caulis adscendens plerumque tantum spithamalis, breviter puberulus. Spica dense imbricata post solstitium flores successive explicans. Corolla azurea: fauce pubescente; limbo erecto, staminibus dehiscentibus parum breviore.

5. VERONICA *hybrida*: spica terminali, foliis obtuse serratis inferne petiolatis ovatis cauleque scabriusculis, stolonibus elongatis decumbentibus.

V. hybrida *Linn. svec. n. 11. mant. p. 316. Roemer syst. veg. 1. p. 95?*

V. spicata *Flor. Dan. t. 52.*

Hab. in insulis lapidosis apricis lacus Mäleri passim.

Praecedenti nimium affinis, et solis stolonibus procumbentibus elongatis sequenti paullo similis. Herba pallidius viridis, magis scabriuscula; folia acutiora, magis elongata, sed bracteae nonnisi infimae calycibus longiores; flores dilute caerulei.

6. VERONICA *officinalis:* spicis lateralibus pedunculatis, foliis obovatis serratis, caule procumbente hirto.
V. officinalis *Linn. svec. n.* 12. *syst. veg. ed. Roemer* 1. *p.* 110. *n.* 80. *α. Sv. Bot. t.* 159. *Flor. Dan. t.* 248.
Hab. in pascuis sylvaticis elevatioribus ubique frequenter

Radix perennis, Caulisque repens, infra foliorum alternum par radiculas binas agens. Tota herba hirsutula. Folia inferiora obovata, reliqua ovalia, grosse serrata, Spicae in caule medio oppositae, pedunculis longitudine foliorum suffultae, per partem priorem aestatis successive florentes. Corollae dilute caerulescentes, striatae, magis patentes quam praecedentium minus quam sequentium.

7. VERONICA *serpyllifolia:* racemo terminali subspicato, foliis ovatis crenatis glabris, caule adscendente.
V. serpyllifolia *Linn. svec. n.* 16. *syst. veg. ed. Roemer* 1. *p.* 102. *n.* 49. *α. Flor. Dan. t.* 492.
Hab. in fossis exsiccatis, locis declivibus ad vias e. s. p. ubique.

Radix perennis, sed tenuis. Herba quoque tenerior quam in proximis speciebus, vix digito altior, glabra vel tenuissime puberula. Bracteae calycesque longitudine circiter pedicellorum. Corollae albescentes vel lacteae, striis caerulescentibus ornatae, prima aestate provenientes.

8. VERONICA *Beccabunga:* racemis lateralibus laxis, foliis ellipticis obtusis subsessilibus, caule repente.
V. Beccabunga *Linn. svec. n.* 14. *syst. veg. ed. Roemer* 1. *p.* 105. *Sv. Bot. t.* 127. *Flor. Dan. t.* 511.
Hab. in rivulis et aquis limpidis praecipue fontanis frequenter.

Radix perennis, repens caulisque insuper undique radiculas agens. Herba tota laxa, succosa, obscure viridis. Folia ad insertionem non omnino sessilia, sed potius bre-

viter petiolata (ab utroque latere haud sibi contigua), ovali-elliptica. Racemi bracteis pedicello longioribus. Flores fere per totam aestatem successive explicantur. Corolla pulchra saturate azurea. Capsula turgida, vix evidenter emarginata.

9. VERONICA *Anagallis:* racemis lateralibus strictis, foliis lanceolatis subamplexicaulibus acutis, caule erecto.

V. Anagallis aquatica *Linn. svec. n.* 13. *syst. veg. ed. Roemer* 1. *p.* 105. *n.* 64. *α. Flor. Dan.* 6. *t.* 903.

Hab. in fossis et palustribus locis media aestate interdum exsiccatis passim; itemque in fontibus rarius, ubi radix perennat.

Radix annua (raro perennis), fibrosa. Caulis erectus nisi ab aqua fluitante deprimatur, quo facto folia etiam caulem minus amplectuntur et breviora fiunt. A praecedente melius itaque distinguitur corolla lineis incarnatis intus picta, de cetero albescente; bracteis pedunculo brevioribus, capsulis evidenter emarginatis, herba tota pallidiore. Post solstitium diu floret.

10. VERONICA *scutellata*: racemis lateralibus: pedicellis divaricatis nudis, capsulis didymis, foliis linearibus denticulatis.

V. scutellata *Linn. svec. n.* 17. *syst. veg. ed. Roemer* 1. *p.* 106. *n.* 65. *α. Flor. Dan. t.* 209.

Hab. in aquosis praecipue sylvaticis frequenter.

Radix perennis. Caules debiles diffusi. Folia subintegerrima. Racemi valde laxi: pedicellis fere capillaribus, bractea propria duplo longioribus; Capsulis in formam Biscutellae fere redactis (unde nomen): sinu dimidium fere diametrum penetrante; stylo exserto. Corolla sine lineis fere alba, inconspicua.

11. VERONICA *Chamaedrys:* racemis lateralibus, foliis ovatis subsessilibus rugosis inciso-serratis, caule bifariam piloso.

V. Chamaedrys. *Linn. svec. n.* 18. *syst. veg. ed. Roemer* 1. *p.* 116. *Sv. Bot. t.* 259. *Flor. Dan. t.* 448.

Hab. in graminosis omnibus siccioribus et fertilioribus frequenter.

Radix perennis. Caulis basi decumbens, filiformis, e conjunctione petiolorum ciliatorum bifariam pilosus. Folia inferiora evidenter petiolata, quamquam breviter, subtus eximie pilosa. Racemi e latere superiore caulis successive florent per partem priorem aestatis. Corollae calyce multoties majores, cyaneae; striis magis violaceis.

12. VERONICA *agrestis*: floribus solitariis, calycinis laciniis obtusis ciliatis corolla longioribus, capsula turgida, foliis ovato-oblongis inciso-serratis pedunculo demum brevioribus, caulibus procumbentibus glabriusculis.

V. agrestis *Linn. svec. n.* 20.

V. pulchella *Bernh. in Roemer syst. veg.* 1. *p.* 126.

V. versicolor *Fries nov. fl. sv. p.* 63.

Hab. inter segetes et olera ubique.

Radix annua. Caules fere omnes procumbentes, parum pilosuli, filiformes. Folia petiolo brevi ciliato insidentia, pilosa. Pedunculus florens foliis duplo brevior, sed fructiferus iisdem longior fit et nutans. Calycis laciniae oblongatae, capsula longiores, undique usque ad apicem ciliatae. Corollae successive prodeunt aestate, minutae (calyce minores), dilute cyaneae: excepta lacinia inferiore albescente. Capsula turgida, stylum in sinu suo fere occultans, glanduloso-pilosa.

13. VERONICA *arvensis*: floribus solitariis, foliis inferioribus petiolatis ovatis inciso-serratis; floralibus lanceolatis pedunculo longioribus, caule erectiusculo.

V. arvensis *Linn. svec. n.* 19. *syst. veg. ed. Roemer* 1. *p.* 125. *Flor. Dan. t.* 515. mala. *Engl. Bot. t.* 734.

Hab. in arvis siccioribus arenosis et ad vias passim ex. gr. versus Kungsparken et ad pagum Malma.

Radix annua. Caulis primarius erectiusculus, sed rami ad radicem demum prodeunt decumbentes. Folia infima semper petiolata, superiora autem sessilia. Co-

rollae successive explicantur procedente vere et aestate; dilute cyaneae, calyce breviores.

14. VERONICA *verna*: floribus solitariis subsessilibus; foliis sessilibus bracteisque inferioribus digitato-partitis, caule stricto.
V. verna *Linn. svec. n.* 23. *syst. veg. ed. Roemer* 1. *p.* 119. *Flor. Dan. t.* 252.

Hab. in ruderalibus arenosis et campis siccis ubique.

Radix annua tenuis, emittens caulem inferne saltem simplicem, demum superne ramosum, digitalis longitudinis. Folia infima sessilia, indivisa; superiora partita. Corolla calyce longe minor, sed saturate azurea. Tota planta exeunte vere perit.

PINGVICULA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 40. *Jussieu gen. p.* 110. *Gaertn. fruct.* 2. *p.* 140. *t.* 111. *f.* 2.

Calyx bilabiatus: supra trifidus, infra bifidus. Corolla ringens aperta, basi calcarata. Capsula supera, unilocularis, semibivalvis. — *Herba acaulis pinqvis, foliis pedunculisque radicalibus.*
Ord. nat. 22. Personatae, *accedens tamen fructu* 27. Rotaceis.

15. PINGVICULA *vulgaris*: nectario subulato rectiusculo longitudine petali.
P. vulgaris *Linn. svec. n.* 25. *syst. veg. ed. Roemer* 1. *p.* 189. *Sv. Bot. t.* 36. *Flor. Dan. t.* 93.

Hab. in terra succosa sylvatica et ad paludes frequenter

Radix perennis, fibrosa. Folia basi convoluta, ceterum lingvaeformia, lutescentia, facie superiore tota pilis viscidis brevibus conicisque obsita. Pedunculus unus alterve ex axillis foliorum aetate intermediorum surgit, vix digitum altus, tenuissime pilosulus, caerulescens. Flores explicantur sub solstitio, nutantes. Corolla caerulea, ad faucem intus albescens. Stamina infra germen posita, brevia. Stigmatis labium magnum. Capsula ovata, brevis.

UTRICULARIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 41. Jussieu gen. p. 110. Gaertn. fruct. 3. p. 108. t. 198. f. 5.

Calyx diphyllus Corolla ringens palato prominente clausa, postice calcarata. Capsula supera, unilocularis, globosa, evalvis. -- *Herbae ramis foliiferis ut iculosis sub aqua expansis: scapis multifloris. Ord. nat. 22. Personatae, accedens fructu Rotaceis.*

16. UTRICULARIA *media*: nectario subulato pone labium parallelo adpresso, labio superiore palatum excedente, pedunculis fructiferis erectis, foliorum laciniis serratis.

U. intermedia *Hayne in Schrad. diar.* 1800. 1. *p.* 18. *t.* 5. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1262. *Roemer in syst. veg.* 1. *p.* 195.

U. vulgaris minor *Linn. suec. n.* 28. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 7.

Hab. in palude Vitulfsbergensi et retro Örnsätra Jumkilensium frequenter.

Radix inconspicua et tamen planta certe perennat. Rami foliiferi undique expansi; pinnis planiusculis; utriculis propriorum ramulorum semine Carvi vix majoribus; apicibus ramorum in cylindros folia futuri anni continentes compactos convolutis. Scapus plerumque digitalis tantum altitudinis, praecipue superne unacum pedunculis, bracteis et calycibus insigniter et laete viridis. Flores plerumque quatuor, post solstitium explicati, paullo minores quam sequentis. Corolla vivide flava; palato brevi lineis croceis picto; labio superiore insigniter striato; calcari multum angustiore quam apud sequentem speciem, fere ad labium inferius represso, lineis fuscescentibus picto. Pedunculi semper erecti, demum capsulam erectam Piperis grani magnitudine ferens. -- Magnitudine quidem intermedia, sed respectu affinitatis ante *U. vulgarem* ponenda.

17. UTRICULARIA *vulgaris*: nectario conico pone labium divergente, labio superiore palatum aequante, pedunculis fructiferis recurvatis, foliorum laciniis sparsim ciliatis.

U. vulgaris α. major *Linn. svec. n.* 28. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 7.

U. vulgaris *Linn. syst. veg. ed. Roemer* 1. *p.* 198. *Flor. Dan. t.* 138. *Hayne in Schrad. diar.* 1800. 1. *p.* 17. *t.* 6.

Hab. in foveis profundissimis passim ex. gr. ad lateritiam Vårdsätrensem, ad pagum Vesterläby juxta amnem, et trans templum Jumkilense copiosissime.

Radix perennis, filiformis, descendens. Rami foliiferi e conjunctione radicis et scapi undique per spithamae spatium et ultra protensi. fere semper explanati et ab initio vix in cylindrum compactum convoluti ut minorum specierum; foliorum laciniis denique fere setaceis, remote ciliatis: utriculis per proprios ramulos frequentius sparsis magnitudine fere seminis Cannabini. Scapus interdum fere pedalis longitudinis, supra medium totus unacum bracteis, pedunculis et calycibus hepatici coloris. Flores in scapo saepius sex post solstitium successive explicantur. Calycis labium inferius bifidum; superius ad basin macula notabili viridi. Corolla saturate flava vel vitellina: lineis croceis in palato et hepaticis in calcari; sed labium superius omni pictura caret. Pedunculi fructiferi apice recurvantur, et demum capsulam magnitudine pisi gerunt.

18. UTRICULARIA *minor*: nectario carinaeformi angulari, labiõ superiore palatum aequante, pedunculis fructiferis recurvatis, foliorum laciniis integerrimis.

U. minor *Linn. svec. n.* 29. *syst. veg. ed. Roemer.* 1. *p.* 196. *Hayne in Schrad. diar.* 1800. 1. *p.* 22. *t.* 6. *Flor. Dan. t.* 128. bona.

Hab. in palude Vitulfsbergensi locis limosis copiose.

Radix parum notabilis, sed planta prolificationibus suis perennat. Rami foliiferi breves; foliis fere digitatis: laciniis linearibus integerrimis. Utriculi parciores et semine Papaveris vix majores. Scapus digiti minoris tantum altitudinis, subsetaceae tenuitatis, praecipue superne simulac bracteae, pedunculi et calyces toti fuscescentis coloris. Flores pauci post solstitium aperti. Calycis labia utraque integerrima. Corolla sordide lutea, inconspicua, duplo minor quam in *U. media:*

labium superius palato fere brevius, angustum; palatum parum prominens, pictum striis fuscescentibus in labium decurrentibus; Calcar valde inconspicuum, vix nisi tuberculum constituens angulum posticum floris. Pedunculi fructificantes apice recurvantur, capsulam seminis Sinapis tantum magnitudine proferentes.

LYCOPUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 44. Jussieu gen. p. 111.

Calyx tubulosus, quinquefidus. Corolla tubulosa, subaequalis, quadriloba: lobo superiore latiore emarginato. Semina quatuor, nuda.
-- *Herba floribus in axillis foliorum.*
Ord. nat. 41. *Verticillatae.*

19. LYCOPUS *europaeus:* foliis sinuato-serratis.
L. europaeus *Linn. suec. n.* 31. *syst. veg. ed. Roemer* 1. *p.* 206. *herbat. upsal. in amoen. ac.* 3. *p.* 442. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 7. *Sv. Bot. t.* 262. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1081.
Hab. ad amnem Upsaliensem raro ex. gr. inter Luthagen et Salpeterängen.
Radix perennis, valde repens. Caulis erectus. Folia inferiora subpinnatifida. Verticilli densi; corollis minutis, albis, media aestate florentibus.

SALVIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 50. Jussieu gen. p. 111. Gaertn. fruct. 1. p. 316. t. 60.

Calyx bilabiatus. Corolla bilabiata: labio superiore compresso falcato, emarginato; (inferiore ut plurimum in strumam infra faucem dilatato). Filamentum utrumque labio inferiori infixum, apice gerens Filum transversum versatile, fine suo superiore abiens in loculum polliniferum, inferiore in membranam auctam glandula communi cum altero stamine. Semina quatuor nuda. — *Herba verticillis in spicam congestis.* *Ord. nat.* 41. *Verticillatae.*

20. SALVIA *pratensis:* foliis cordato-triangulis crenatis: summis amplexicaulibus, bracteis calyce brevioribus, galea glutinosa labium inferius subtus strumosum excedente.

S. pratensis *Linn. sveo. n.* 32. *syst. veg. ed. Roemer.* 1. *p.* 244. *Ehrh. upsal. in Beitr.* 5. *p.* 7. *Kops fl. batav. fasc.* 48. *Rivini t.* 36.

S. pratensis γ. *Treviranus in Jahrb. d. Gevächsk.* I. *h.* 2. *p.* 2.

Hab. unico loco a parte orientali urbis juxta agrum solo fertili in meridiem vergente, ubi laete floret quoties ager consitus est et ab injuriis munitus.

Radix perennis, valida. Folia radicalia cordato-triangula; caulina elongata, utrinque sinuata erosaque, valde rugosa, praecipue subtus ad venas pilosa, pleraque petiolata adeo ut nonnisi summum par sessile sit ideoque quodammodo amplexicaule. Caulis pedalis et ultra, pilosus. Spica verticillis circiter sex. Bracteae binae sub singulo verticillo circiter sexfloro, cordatae, amplectentes, integerrimae, calycibus breviores. Calyx glanduloso-pilosus et unacum corolla odorem subungvinosum spargens, ultra medium in labia bina divisus; labio superiori in dentes brevissimos exciso; inferiore bifido. Corolla sub solstitio explicatur magna ultra pollicem longa, eleganter caeruleo-violacea. Labium superius inferiore multo longius, re vera arcuatum. Stamiuum rami inferiores superioribus vel quadruplo breviores, insigniter dilatati et in gibbum labii inferioris intrusi (itaque charactere generis Sclareae Tournefortii eximio gradu gaudet). — Nostra planta est varietas suae speciei maxime grandiflora et decus hujus regionis insigne.

2. ORD. DIGYNIA

ANTHOXANTHUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 58. *Jussieu gen. p.* 29.

Calyx glumaceus subuniflorus bivalvis: valvula interiore duplo longiore involvente Corollinas valvulas quatuor: extimam apice aristatam; secundam basi arista genioulata: utramque reliquias flosculorum duorum suppressorum; intimas muticas minores fertiles decidentes cum Semine sulcato.

Ord. nat. 5. *Gramen Hierochloïs proxime affine, subspicatum.*

21. ANTHOXANTHUM *odoratum*: spica oblonga, floribus subpedunculatis patulis, gluma calycina longiore aristam subaequante, glumis corollinis ciliatis.
A. odoratum *Linn. svec. n.* 33. *syst. veg. ed. Roemer.* 1. *p.* 287. *Sv. Bot. t.* 11. *Flor. Dan. t.* 666.
Hab. in omnibus pascuis siccioribus et agrorum marginibus elevatioribus vulgatissime.

Radix perennis, svaveolens. Gramen totum pallide virens, molle, trituratione et praecipue exsiccatione grate odorans. Folia breviuscula et obtusiuscula. Culmi vix pedem alti. Spica floret primo vere (praecocius quam alia gramina), quo facto flavescit. Genitalia omnia sicuti etiam aristae ex apice glumae calycinae majoris exseruntur; nec squamae unquam divergunt et spicam squarrosam reddunt.

CLASSIS III.

TRIANDRIA

CONSPECTUS.

Praeter Gramina et Calamarias (Graminibus maxime affines) nostra Flora in hac Classe continet quatuor tantum genera fere ad totidem diversos ordines naturales pertinentia. Horum tria priora flores habent superos monogynos corollatos; ultimum (Montia) trigynum est et capsulam superam fert.

Calamariae graminibus conveniunt semine unico nudo et calyce glumaceo, sed differunt optime embryone intra albumen incluso, et foliorum vaginis indivisis. Maximam partem Monogyniae constituunt generibus Schoeni, Scirpi, Eriophori.

Gramina--embryone extra albumen ad basin seminis mediante vitello scutiformi et vaginis foliorum non integris sed convolutis facile distingvenda -- omnia Digyniam efficiunt, praemisso tantum Nardo, quod solum est Gramen Monogynum. Graminum genera digyna numerosa sequenti modo dispescuntur 1) *Calyces uniflori nullam lanam conspicuam includentes, pe-*

dicellati: Phalaris, Phleum, Alopecurus, Milium, Agrostis; 2) *Calyces uniflori vel multiflori lanam valvulas corollinas subaequantem includentes, per paniculam sparsi*: Arundo; 3) *Calyces biflori in panicula*: Aira, (Molinia,) Melica, Holcus; 4) *Calyces triflori in panicula:* (Hierochloa); 5) *Calyces multiflori in panicula vel saltem racemo*: Briza, Poa, (Glyceria), Festuca, (Triodia), Bromus, (Brachypodium), Avena, Dactylis; 6) *Calyces multiflori, sed omnino sessiles in articulis spicae:* Sesleria, Cynosurus, Lolium, Triticum. *Observandum simul, quod secundum seriem hanc Linnaeanam semen in sectionibus duabus ultimis magis magisque introrsum sulcatum fit et una cum floribus sensim grandius evadit, ad Cerealia accedens (exceptis generibus paucis anomalis ex. gr.* Sesleria). *Ceterum schema aliud graminum multiflororum sub textu infra reperitur.*

Ad classem hanc ulterius examine revocari possunt Juncus effusus et conglomeratus, Galium trifidum, Asperula tinctoria etc. *suis locis videnda.*

1. ORD. MONOGYNIA

VALERIANA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 60. (excl. Fedia). Gaertn. fruct. 2. p. 35. t. 86. f. 1.

Corolla nuda, tubulosa, basi alterius lateris gibba: limbo quinquefido. Semen unicum planiusculum, undique cuticula arcte vestitum et apice Pappum ab interioribus evolvens. -- *Herba foliis oppositis, inflorescentia trichotoma.*

Ord. nat. 44. *Aggregatae.*

22. VALERIANA *officinalis:* foliis omnibus pinnatis: foliolis lanceolatis subuniformibus.

V. officinalis *Linn. suec. n.* 34. *syst. veg. ed. Roemer* 1. *p.* 351. *n.* 12. *β. latifolia.* -- *Sv. Bot. t.* 25. *Flor. Dan. t.* 570.

Hab. in pratis et pascuis declivibus praecipue umbrosis ubique.

Radix perennis: caudice tereti. Caulis saepe bipedalis, inferne tetragonus, superne sulcatus. Foliola extima parum confluentia. Panicula fastigiata, post solstitium florens corollis dilute rubentibus, svaveolentibus.

FEDIA

Gaert. fruct. 2. p. 36. t. 86. f. 3. Valerianella *Jussieu gen. p. 217.* Valerianae spec. *Linn.*

Corolla nuda, infundibuliformis, quinquefida. Semen unicum: corticulo ad latus interius distento loculis duobus spuriis, apice nudo vel dentibus coronato. — *Herbae foliis oppositis, inflorescentia dichotoma.*

23. FEDIA *olitoria*: fructibus apice integerrimis planiusculis suborbiculatis tripartibilibus: parte dorsali spongiosa, floribus subcapitatis, bracteis capsula majoribus obtusis, caule dichotomo.

F. olitoria *Roemer. syst. veg.* 1. *p.* 361. *Flor. Dan. t.* 738. *Sv. Bot. t* 232.

Valeriana Locusta *Linn. svec. n.* 56. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 8.

Hab. ad ripas lacus Maeleri inter Vårdsätra et Flötsund rarius.

Radix annua. Caulis plerumque semipedalis, mox prope radicem per dichotomiam divisus. Corollae dilute caerulescentes, ante solstitium praecipue apertae. Tota planta mollis succosa e cellulosa laxa constituta, quare peracta fructificatione mox disparet.

IRIS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 79. *Jussieu gen. p.* 57. *Gaertn. fruct. 1. p.* 38. *t.* 13.

Calyx nullus (nisi Bracteae Spathas referentes). Corolla sexpartita: laciniis alternis reflexis. Stigmata tria: lobis petaliformibus antheras occultantibus. Capsula infra florem remota, trilocularis, polysperma. — *Planta liliacea, compressa.*

Ord. nat. 9. *Ensatae.*

24. IRIS *Psevdacorus*: corollis imberbibus: petalis interioribus stigmate minoribus, foliis ensiformibus.

I. Psevdacorus *Linn. svec. n.* 37 *syst. veg. ed. Roemer.* 1. *p.* 466. *Sv. Bot. t.* 110. *Flor. Dan t.* 494.

Hab. in fluviis, amnibus et rivulis ubique.

Radix valde perennis, truncosa, horizontalis. Planta inter Monocotyledoneas maxime spectabilis nostrarum

interdum humanam altitudinem fere attingens: foliis ultra pollicem latis. Caulis foliis brevior, multiflorus, ad insertionem foliorum fuscescens, teres. Spathae germina trigona includentes. Flores sub solstitio et postea successive aperiuntur, flavi. Petala exteriora magna, versus basin lineis fuscis. Stigmatorum lobi bifidi. Antherae fuscae.

SCHOENUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 92. Jussieu gen. p. 31.

Calycis glumae paleaceae, plures (plerumque sex) pistillum undique cingentes; exterioribus nonnullis vacuis fulcrantibus. Stylus vel deciduus (*in Schoeno Vahl*) vel persistens basi lata (*in Rhynchospora Vahl*) -- *Folia ut plurimum juncea. Spiculae subunifloraе in fasciculum redactae.*

Ord. nat. 6. *Calamariae sicuti genera duo sequentia.*

25. SCHOENUS *ferrugineus:* culmo nudo tereti, vaginis radicalibus aphyllis mucronatis, capitulo bifloro bracteato.

Sch. ferrugineus *Linn. svec. n.* 40. *syst. veg. ed. Roemer.* 2. *p.* 59. *Vahl. enum.* 2. *p.* 208. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1503.

Hab. in paludibus Jumkilensibus raritis.

Radix ut in plerisque sequentibus Calamariis perennis, caespitosa, emittens vaginas ferrugineo-fuscas. Folia brevissima apices vaginarum setaceos constituentia. Culmi circiter pedales sulcati. Capitula ferrugineo-fusca, semine Hordei vix majora.

26. SCHOENUS *albus*: culmo folioso trigono, foliis canaliculatis, fasciculis florum terminalibus subnudis, stigmatibus stylo brevioribus, setis decem longitudine seminis, staminibus duobus.

Sch. albus *Linn. svec. n.* 41. *Flor. Dan. t.* 320. *Smith fl. brit. comp.* 1816. *p.* 9. *Ehrh. beitr.* 4. *p.* 154.

Rhynchospora alba *Vahl. enum.* 2. *p.* 256. *Roem. syst. veg.* 2. *p.* 87. *Sv. Bot. t.* 557. *f.* 1.

Hab. in paludibus maximis sylvaticis limosis scil. ad lacum Vitulfsbergensem rarius, per paludes Jumkilenses ubique copiosissime usque ad Grissjön juxta Lingonbacka.

Radix perennis, fibrosa Gramen filiforme, coloris non parum glaucescentis Folia prope radicem vix ulla (sed tantum vaginae), in culmo satis longa, et cum explanantur fere lineam lata. Culmus vix pedalis, obtuse trigonus Fasciculi florum ad foenisecium et postea exserti, omnino albi; squamis tantum sesquilineam longis.

27. SCHOENUS *fuscus:* culmo folioso trigono, foliis subsetaceis, fasciculis florum terminalibus folio fulcratis; stigmatibus stylo longioribus recurvis, setis tribus semine longioribus

Sch. fuscus *Linn. spec. plant ed* 2 *app. p* 1664. *Ehrh. beitr.* 3. *p* 69. et 4. *p.* 155. *Smith fl. brit. comp.* 1816. *p.* 9. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1562.

Rhynchospora fusca *Roemer. syst. veg.* 2. *p.* 88. *Sv. Bot. t* 557. *f.* 2

Rhynchospora alba *β.* fusca *Vahl enum.* 2. *p.* 236.

Hab. etiam in paludibus maximis sylvaticis limosis, sed rarissime, nec lectus nisi trans Örnsätra Jumkilensium in loco Tofvet dicto.

A praecedente, cui valde affinis, ulterius distingvitur colore totius graminis magis lutescente, foliis explanatis vix semilineam latis, culmo firmiore, floribus fuscorufis duplo vel triplo majoribus.

SCIRPUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 94. Jussieu gen. p. 31. Gaertn. fruct. 1. p. 10. t. 2.

Calycis gluma univalvis, uniflora, disposita in rachide spicae vel spiculae multiflorae undique imbricatae. Semen nudum vel setis tantum brevibus stipatum: stylo vel basi dilatata persistente (*in Eleocharide Roemer*), vel toto deciduo (*in Scirpo Brown. Roemer*).

28. SCIRPUS *palustris*: spica nuda subovata obtusiuscula terminali, stigmatibus duobus, culmo tereti nudo.

Sc. palustris *Linn svec n.* 42. *Sv. Bot. t.* 257.

Eleocharis palustris *Roemer syst veg.* 2. *p.* 151.

Hab. in humidis graminosis sterilioribus ubique.

Radix omnino caespitosa. Folia nulla, sed vagina

una alterave superne truncata, tota scariosa, uncialis circiter longitudinis culmum inferne vestit. Culmi sæpe pedalis longitudinis, crassitie fili, tenuissime striati. Spica multiflora interdum plures lineas longa, tota imbricata et ad basin prædita squama ceteris longe breviore, obtusa, superne hyalina. Semen planiusculum latere exteriore convexum, subbrunneum, dilatatione styli fere mitriformi tectum.

29. SCIRPUS *acicularis*: spica subebracteata, stigmatibus tribus, culmo setaceo striato, vaginis muticis.
Sc. acicularis *Linn. suec. n.* 44. *Flor. Dan. t.* 287.
Eleocharis acicularis *Roem. syst. veg.* 2. *p.* 154.
Hab. in nuda terra uliginosa ad ripas amnium et per paludes sylvaticas frequenter.

Radix annua tenuis, emittens culmos plures tenuitate omnino setæ et unum alterumve pollicem tantum longos, cum foliis nonnullis brevioribus. Spica minima omnium, semine Carvi vix major, flosculis circiter quinque constituta. Semen teretiusculum, costatum: sine setis. Media æstate viget hæc species plantarum graminosarum apud nos minima.

30. SCIRPUS *Boeothryon*: spica obliqua glumam involucralem muticam superante, stigmatibus tribus, culmo substriato nudo, vaginis muticis.
Sc. Boeothryon *Ehrh. beitr.* 2. *p.* 81. *Roemer syst. veg.* 2. *p.* 123.
Sc. acicularis *Flor. Dan. t.* 167.
Sc. cæspitosus *Linn. herbat. Upsal. in amoen. ac.* 3. *p.* 437.
Hab. in terra uliginosa firmiore juxta vias passim, præcipue æstatibus humidioribus.

Radix cæspitosa proferens culmos plures basi tantum squama solitaria et vagina una superne truncata scariosa uniciali præditos, longitudine semipedales vel paullo ultra, crassitie fili tenuioris. Spica circiter quinqueflora: squama inferiore ceteris paullo majore, longitudine dimidiæ spicæ, dorso viridi. Semen triquetrum, albescens.

31. SCIRPUS *compressus*: spica composita disticha; spiculis bractea partiali longioribus multifloris, foliis canaliculatis.

Schoenus compressus *Linn. spec. plant.* 2. *p.* 65. *syst. veg. ed. Roemer* 2. *p.* 64. *Hoffm. germ.* 2. *t.* 1.

Scirpus caricis *Retz. scand. ed.* 2. *p.* 16. *Decand. fl. fr. ed.* 3. *n.* 1781.

Carex uliginosa *Linn. svec. n.* 836. *mant. p.* 321. *et* 494.

Hab. in pratis et pascuis sterilioribus subinundatis ad ripas amnium passim ex. gr. ad lateritiam urbis, infra Quarnbo.

Radix repens, squamosa. Folia subradicalia, vaginis tantum culmum inferne vestientia, canaliculata vel infra convexa supra concava, longitudine fere culmi. Culmus plerumque spithamæ tantum longitudinis, inferne teres, sub spiculis triqueter. Spiculæ sexfloræ vel ultra. Semen planiusculum: stigmatibus duobus. Floret exeunte vere.

32. SCIRPUS *lacustris*: panicula cymosa decomposita terminali, spiculis ovatis, culmo tereti nudo.

Sc. lacustris *Linn. svec. n.* 46. *syst. veg. ed. Roemer.* 2. *p.* 135. *Sv. Bot. t.* 150. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1142.

Hab. in omnibus fluviis et lacubus fundo limoso præditis frequentissime.

Radix horizontalis, crassitie fere digiti: vaginis copiosis, superne acuminatis apiceque foliaceo brevi terminatis. Culmi aphylli, intus spongiosi, longitudine sæpe orgyales, crassitie digiti minimi. Bractea cymæ inferne canaliculata. Spiculæ brunneæ post solstitium florentes.

33. SCIRPUS *sylvaticus*: cyma terminali supradecomposita involucro polyphyllo cincta, spiculis ovatis, glumis mucronatis, culmo trigono obtusangulo folioso.

Sc. sylvaticus *Linn. svec. n.* 48. *syst. veg. ed. Roemer* 2. *p.* 142. *Flor. Dan. t.* 307.

Hab. in ad paludes sylvaticas retro Jumkil et Lingonbacka passim.

Radix repens, crassa. Gramen reliquarum nostrarum Calamariarum pulchrius foliis latitudine fere di-

giti minimi, longis copiosis tum ad radicem tum in culmo suo circiter bipedali laxo; cyma late diffusa; spiculis numerosis virescentibus magnitudine tantum seminis cannabini. Floret sub foenisecio.

ERIOPHORUM

Linn. gen ed. Schreb. n. 95. Jussieu gen. p. 31. Gertn. fruct. 1. p. 10. t. 2.

Calycis gluma univalvis, uniflora, disposita in rachide spicæ vel spiculæ multifloræ undique imbricatæ, demum post florescentiam (vernalem) exserens lanam semine multoties longiorem.

34. ERIOPHORUM *alpinum*: spica oblonga: bractea mucronata, culmis triquetris.

E. alpinum *Linn. svec. n. 51. syst. veg. ed. Roemer. 2. p. 156. Sv. Bot. t. 426. B. — Flor. Dan. t. 620.*

Hab. ad lacum Vitulfsbergensem et per paludes Jumkilenses solo fluctuante copiose.

Radix repens, squamosa. Vaginæ intimæ radicales apice foliolaceo subtriquetro terminatæ. Culmus ceteroquin et foliis et vaginis destitutus, longitudine spithamalis. Bractea ad basin spicæ, inferne squamacea, superne terminata apice triquetro viridi longitudine spicæ rufescentis circiter bilinearis.

35. ERIOPHORUM *vaginatum*: spica subovata, culmo teretiusculo vaginato, foliis triquetris superne serrulatis.

E. vaginatum *Linn. svec. n. 50. syst. veg. ed. Roemer. 2. p. 157. Sv. Bot. t. 281. Flor. Dan. t. 236.*

Hab. in omnibus paludibus sylvaticis frequenter.

Radix valde cæspitosa, proferens numerosos fasciculos foliorum filiformium strictorum et culmos demum pedalis longitudinis, vaginis suis inflatis scariosis aphyllis albicantibus valde insignes. Spica magnitudine fere nucis avellanæ primum nigrescens, dein lanam ceteris copiosiorem exserens.

36. ERIOPHORUM *latifolium*: spicis pedunculatis;

pedunculis scabris, culmis obtuse trigonis, foliis planis apice triquetris.

E. latifolium *Hoppe man.* 1800. *p.* 108. *Roemer. syst. veg.* 2. *p.* 154. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1581

E. polystachion *β. Linn. svec. n.* 49. *Sv. Bot. t.* 180. *Vaill. paris. t.* 16. *f.* 2.

Hab. in palude Vitulfsbergensi solo cespitoso copiose.

Radix stolonifera. Folia maximam partem plana fere duas lineas lata; apice tantum pollicaris longitudinis triquetro. Culmus circiter sesquipedalis altitudinis, laxus. Spicae circiter quinque. Gramen laetius virens.

57. ERIOPHORUM *polystachyon*: spicis pedunculatis: pedunculis lævibus, culmis teretiusculis strictis, foliis inferne planiusculis superne triquetris.

E. polystachion *α Linn. svec. n.* 49. *lappon. n.* 22. *herbat. upsal. l. c. p.* 428.

E. angustifolium *Roth. germ.* 2. 2. *p.* 63. *Roem. syst. veg.* 2. *p.* 158. *Sv. Bot. t.* 490. *f.* 1. non opt. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1442.

Hab. in paludibus omnibus et pratis paludosis sterilioribus frequentissime.

Radix oblique stolonifera. Folia ad basin latitudine fere praecedentis (quare nomen E. angustifolium parum convenire videtur, sequenti speciei longe aptius, cui etiam primum datum fuerit), sed supra medium tota triquetra. Culmus strictus. Spicae fere plures quam in praecedenti. Totum gramen obscurius coloratum.

58. ERIOPHORUM *gracile*: spicis pedunculatis: pedunculis scabris, foliis triquetris subfiliformibus.

E. gracile *Roth. catal.* 2. *Sv. Bot. t.* 490. *f.* 2.

E. angustifolium *Schleich. cat. p.* 56.

E. triquetrum *Roemer. syst. veg.* 2. *p.* 157. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1441.

E. palystochion *γ Linn. Svec. n.* 49.

Hab. in palude Vitulfsbergensi solo fluctuante pareius.

Radix evidenter repens et totum gramen longe angustius et gracilius praecedentibus. Folia a basi usque

triquetra, culmo nullibi latiora, erecta. Culmus filiformis vix pedalis. Spicae pauciores, minores.

* * *

NARDUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 97. Jussieu gen. n. 38. Hoffm. germ. 1. t. 4.

Calyx nullus. Corolla bivalvis inaequalis: valvula exteriore duplo majore, subulata, in dentibus spicae unilateralis innata. *Gramen totum setaceum.*

Ord. nat. 5. *Gramina* sicuti omnia sequentia Digyniae genera.

39. NARDUS *stricta*: spica setacea recta glabra.

N. stricta *Linn. svec. n.* 52. *syst. veg. ed. Roemer* 2. *p.* 262. *Sv. Bot. t.* 174. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1022.

Hab. in solo uliginoso sylvatico frequenter ex. gr. versus Malma, Lassbybackar.

Radix perennis, valde caespitosa. Folia omnia setacea et radicalia praeter unum paullo supra radicem insertum. Culmus subenodis, spithamalis circiter altitudinis. Flores fuscescentes, circa solstitium aperti.

2. ORD. DIGYNIA

PHALARIS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 106.

Calyx bivalvis subuniflorus: valvulis subaequalibus, navicularibus, includentibus Corollam veram bivalvem et accessoria initia flosculi alterius tertiive. Semen corolla cartilaginea corticatum.

Inflorescentia graminis paniculata et patens vel contracta spicaeformis.

40. PHALARIS *arundinacea*: panicula patente glomerata, corolla accessoria minuta pilosa.

Ph. arundinacea *Linn svec. n.* 53. *syst. veg. ed. Roemer* 2. *p.* 405. *Flor. Dan. t.* 259. mala.

Arundo colorata *Sv. Bot. t.* 107.

Hab. ad fluvios, lacus omniaque fere aquarum receptacula frequenter.

Radix perennis, subrepens. Gramen ex maximis

nostrorum: culmis interdum orgyalis altitudinis, foliis latitudine digiti minoris. Panicula quoque spithamalis stricta, ramis patentibus sub foenisecio florens: fructificatione postea insigniter nitente.

41. PHALARIS *phleoides*: panicula spicaeformi cylindrica, calycibus lanceolatis scabriusculis, flosculis glabris.
Ph. phleoides *Linn. suec. n.* 54. *Decand. fl. franc. ed.* 3. *n.* 1488. *Flor. Dan. t.* 551.
Phleum phalaroides *Gaud. agrost. helv.* 1. *p.* 43. *Sv. Bot. t.* 396.
Chilochloa Boehmeri *Roemer syst. veg.* 2. *p.* 408. *n.* 1. *β.*
Hab. in collibus apricis campestribus tum glareosis tum saxosis ubique.

Radix perennis, fibrosa. Gramen totum glaberrimum non parum glaucescens; foliis breviusculis; culmis circiter pedalibus, duriusculis, saepe subcaesiis. Panicula ad solstitium floret. Postea flores nonnulli steriles praecipue in paniculae parte superiore exserunt corollae vulvulam exteriorem in sacculum cornutum multoties grandefactam, quae sic dicta viviparatio a generibus sequentibus aliena. Alioquin valvula corollina interiore, ob rudimentum flosculi alterius non parum impressa, a Phalaridibus veris aliquantum differt hoc gramen.

PHLEUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 109. *Hoffm. germ.* 1. *t.* 5. *Gaertn. fruct.* 1. *t.* 1. *f.* 1.

Calyx uniflorus, bivalvis: valvulis aequalibus, compressis: nervis dorsalibus rectis in mucrones exporrectos abeuntibus et sic flores bifurcatos constituentibus. Corolla bivalvis mutica apice dentata.
Inflorescentia graminis subspicata.

42. PHLEUM *pratense*: spica cylindrica, calycibus truncatis ciliatis; mucronibus valvula brevioribus.
Ph. pratense *Linn. suec. n.* 56. *syst. veg. ed. Roemer.* 2. *p.* 378. *Sv. Bot. t.* 23.
β. nodosum: spica abbreviata, radice bulbosa. Phl. nodosum *Flor. Dan. t.* 380.
Hab. in pratis, marginibus agrorum omnibusque fere graminosis fertilioribus siccis frequentissime; *β.* in lapidosis tum apricis tum nemorosis.

Radix perennis, fibrosa. Culmus plerumque bi-vel tripedalis, strictus: foliis ultra duas lineas latis. Spica saepe palmaris longitudinis, tactu aspera ob mucrones exstantes calycis, post solstitium optime florens.

β. memorabilis omnino status est. Quo magis bulbosa fit radix eo gracilius totum gramen evadit: spica demum subrotunda pisi minoris tantum magnitudine (qualis Bauh. prodr. p. 3. f. 1.)

ALOPECURUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 102. Hoffm. germ. 2. t. 3.

Calyx uniflorus, bivalvis: valvulis subaequalibus. compressis. inermibus, mollibus, basi connatis. Corolla univalvis, subvaginans, basi aristata. -- *Inflorescentia graminis racemoso-spicaeformis.*

43. ALOPECURUS *agrestis:* spica cylindrica acuta; glumis calycinis ultra medium connatis acutis glabris, culmo erecto superne scabro.

A. agrestis *Linn. syst. veg. ed. Roemer* 2. *p.* 272. *Ehrh. upsal. in. beitr.* 5. *p.* 8. *Flor. Dan. t.* 697. *Sv. Bot. t.* 432.

Hab. Upsaliae secundum Cl. Ehrhart.

Radix annua. Gramen totum nitidius quam sequentis speciei.

44. ALOPECURUS *pratensis:* spica cylindrica obtusa, glumis calycinis infra medium connatis acutis ciliatis, culmo erecto glabro.

A. pratensis *Linn. svec. n.* 59. *syst. veg. ed. Roemer.* 2. *p.* 269. *Sv. Bot. t.* 14.

β. nigricans: spica post florescentiam nigricante.

A. nigricans et arundinaceus *Roemer syst. veg.* 2. *p.* 270. 269.

Hab. in pratis subhumidis fertilioribus frequenter.

Radix perennis, fibrosa. Gramen elatius, erectum, insigniter foliosum: spica bipollicaris et ultra, valde mollis, ante solstitium jamdudum florens. De cetero variat eximie. In locis siccioribus magis glabrescit spica et aristae elongantur (fere ut in praecedenti specie); in prato autem humido fertilissimo Kungsängen fere a-

rundinaceam altitudinem suborgyalem acquirit: spica eximie villosa inaequali breviter aristata post florescentiam nigricante, qui status β. efficit. Locis vero humidis macris ad sequentem speciem accedere videtur.

45. ALOPECURUS *geniculatus:* spica sublobata attenuata, glumis calycinis basi connatis obtusis crenulatis villosis, culmo adscendente geniculato.
A. geniculatus *Linn. svec. n.* 60. *syst. veg. ed. Roemer* 2. *p.* 273. *Sv. Bot. t.* 333. *Flor. Dan. t.* 861.
Hab. in fossis aquosis agrorum pratorumque frequenter.
Radix perennis, fibrosa. Gramen totum longe gracilius et minus quam praecedentis. Stolones et culmi inferne decumbentes, superne sese erigentes, sed laxi unacum foliis. Spica pennae gallinaceae plerumque crassitudinis, per magnam partem aestatis florens. Arista longitudine variat ut in praecedenti.

MILIUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 110.

Calyx uniflorus, bivalvis, globosus. Corolla bivalvis, convoluta, nitida, demum cartilaginea semen obvestiens. — *Inflorescentia graminis latifolii paniculata patentissima.*

46. MILIUM *effusum*: panicula diffusa, floribus muticis dispersis.
M. effusum *Linn. svec. n.* 61. *syst. veg. ed. Roemer* 2. *p.* 319. *Sv. Bot. t.* 162. *Flor. Dan. t.* 1143.
Hab. in lucis laetioribus prope Mäleri lacum sitis uti in Montibus Godtsundensibus, ad Vårdsätra alibique copiose.
Radix perennis. Gramen ex majoribus nostrorum, quadripedale et ultra, totum glaberrimum, gracile, glaucescens. Folia ultra lineas quatuor lata, mollia. Panicula ramis divergentibus laxis simpliciusculis. Stamina exserta sub solstitio. Semina mature decidunt.

AGROSTIS

Linn. gen. ed. Schreb n. 111. *Hoffm. germ.* 1. *t.* 6. 7.

Calyx uniflorus, bivalvis, compressus. Corolla inaequa-

lis, bi-valvis (raro in n. 48. et 49. univalvis), calyce minor; valvula exteriore aristata vel mutica. -- *Flores minores quam in sequentibus generibus, per paniculam capillarem dispersi.*

47. AGROSTIS *spica venti*: panicula diffusa, petalo exterriore infra apicem exserente aristam longissimam subflexuosam.
A. spica venti *Linn. svec. n.* 62. *syst. veg. ed. Roemer* 2. *p.* 369. *Sv. Bot, t.* 286. *Flor. Dan. t.* 853.
Hab. inter segetes frequenter.

Radix annua, fibrosa. Gramen in hoc genere apud nos maximum plerumque tripedale, totum erectum; foliis interdum sesquilineam latis; panicula dodrantali late diffusa, circa solstitium florente. Aristae valvulis calycinis triplo saltem longiores.

48. AGROSTIS *canina*; panicula elongata: ramis trichotomis hispidulis ramulisque patentibus flexuosis, calycibus acutis, petalo solitario infra medium munito arista geniculata duplo longiore.
A. canina *Linn. svec. n.* 64. *Smith fl. brit. compend.* 1816. *p.* 13. *Hoffm. germ.* 1. *p.* 34. *t.* 6. *Knapp gram. brit. t.* 21.
Trichodium caninum *Schrad. germ.* 1. *p.* 198. *Roemer syst. veg.* 2. *p.* 276.
Hab. in terra denudata praecipue arenaria inprimis versus lacum Mäleri frequenter.

Radix perennis; stolonibus multis interdum decumbentibus. Culmi plerumque pedales, graciles, ad radicem stoloniferi. Panicula ubique fere ejusdem latitudinis vel subcylindrica, magis purpureo-brunnea quam in ceteris (quare Linnaeo svethice Brunhven dicitur haec species). Flores minores quam in sequenti, versus foenisecium aperti aeque ac sequentium.

49. AGROSTIS *rubra*: panicula late pyramidata laeviuscula: ramulis divergentibus, calycibus lanceolatis, petalo exteriori infra medium munito arista declinata, ligula abbreviata.
A. rubra *Linn. svec. n.* 64. *lappon. n.* 46. *Wahlenb. lapp. n.* 59.

A. vulgaris β. aristata *Schrad. germ.* 1. *p.* 206. *t.* 5. *f.* 1.
β. mutica.
A. vulgaris α. *Schrad. germ.* 1. *p.* 206. *t.* 2. *f.* 3. *Hoffm. germ.* 1. *p.* 36. *t.* 7. *Knapp gram. brit. t.* 26.
A. capillaris *Flor. Dan. t.* 163.
Hab. in graminosis praecipue ad aquas ubique.
Radix perennis, exserens stolones paucos erectiusculos. Culmus totus erectiusculus, ad radicem ramulis orbatus. Panicula inferne fere tam lata ac longitudo totius. Ceterum admodum varians gramen: α. plerumque statura minore vix pedali angustiore; β. saepe tripedalis foliis sesquilineam latis. Haec saepius cum sequenti commixta fuit.

50. AGROSTIS *stolonifera:* panicula contracta: ramis hispidulis ramulisque patentibus, calycibus subovatis, petalis muticis mucronulatisve, ligula oblongata, culmo repente stolonifero.
A. stolonifera *Linn. svec. n.* 66. *Flor. Dan. t.* 564.
A. alba *Schrad. germ.* 1. *p.* 209. *t.* 2. *f.* 1. *Roemer. syst. veg.* 2. *p.* 346.
(A. pumila *Linn. praelect. in ord. nat. p.* 147. *Ehrh. beitr.* 4. *p.* 157. status ustilaginosus).
Hab. in fossis et agris incultis humidioribus frequenter.
Radix perennis, longe repens, stolones culmosque multos basi repentes emittens. Folia pallescentia vel etiam glaucescentia magis quam in praecedentibus; Culmi ipsi ut totum gramen strictiores; Glumae latiores in evidentiore articulo pedicelli positae.

ARUNDO

Linn. gen. ed. Schreb. n. 124. *Schrad. fl. germ.* 1. *p.* 211. *Hoffm. germ.* 2. *t.* 9.

Calyx uni-vel semibiflorus rarius multiflorus, bivalvis. Corolla bivalvis, pilis longis copiosis cincta. — *Flores majores quam in proximis generibus, in paniculam sparsi.*

51. ARUNDO *sylvatica:* panicula erecta, calycibus acutis, arista dorsali geniculata corollis duplo longiore exserta, pilis corolla triplo brevioribus.

A. sylvatica *Roemer syst. veg.* 2. *p.* 507. *Schrad. fl. germ.* 1. *p.* 218. *t.* 4. *f.* 7.
Agrostis arundinacea *Linn. svec. n.* 63. *Sv. Bot. t.* 96.
Hab. in sylvis rupestribus siccioribus ubique.

Radix perennis, subrepens. Culmi plerumque quadripedales, erecti, stricti. Folia lanceolato-linearia, tres lineas circiter lata. Panicula erecta, stricta nec nisi sub florescentia, paullo ante foenisecium, ramis patens, colore plerumque virescens vel aliquanto subviolacea. Pili receptaculi corolla triplo breviores; sed penicillus e rudimento alterius flosculi adest pilos suos magis elevans.

52. ARUNDO *stricta:* panicula stricta, calycibus acutiusculis, arista capillari sub apicem corollae inserta eamque aequante, pilis corolla brevioribus.
A. stricta *Schrad. fl germ.* 1. *p.* 215. *t.* 4. *f.* 5. *Roemer. syst. veg.* 2. *p.* 504. *Sv. Bot. t.* 301.
A. neglecta *Ehrh. beit.* 6. *p.* 137.
Hab. circa paludem Vitulfsbergensem copiose, ut etiam in prato citra sylvam Råbyensem parcius, et ad Home Läbyensium.

Radix perennis, subrepens. Culmi tantum bipedales et totum gramen longe minus quam reliquarum Arundinum nostrarum, colore paniculae admodum caerulescente fere ut in *Molinia caerulea*, sat facile dignoscendum. Calyces quoque breviores, sesquilineam tantum longi; et minus acuti quam reliquarum. Antherae obscure caeruleae ante foenisecium exseruntur.

53. ARUNDO *epigejos:* panicula stricta congregata, calycibus longe acuminatis, arista dorsali recta corollam subaequante, pilis corolla longioribus, foliis sublanceolatis.
A. epigejos *Linn. svec n.* 106. *Schrad. fl. germ.* 1. *p.* 211. *t.* 4. *f.* 1. *syst. veget. ed. Roemer.* 2. *p.* 501. *n.* 1, *β. Sv. Bot. t.* 402.
Hab. supra ripas lapidosas lacus Maeleri ex. gr. circa Vårdsätra et Ytternäs parcius.

Radix perennis, subrepens. Culmi ut plurimum quadripedales, stricti. Folia saepe quatuor lineas lata. Pa-

nicula interdum pedem longa: ramis semper erectiusculis. Calyces multo magis elongati quam in proximis, fere tres lineas longi.

54. ARUNDO *Calamagrostis*: panicula diffusa, calycibus sublinearibus acuminatis, arista exigua in fissura corollae, pilis corolla longioribus.

A. Calamagrostis *Linn. svec. n.* 107. *Schrad fl. germ.* 1. *p.* 214. *t.* 4. *f.* 4. *Sv. Bot. t.* 312. bona. *Flor. Dan. t.* 280.

Agrostis lanceolata *Roemer syst. veg.* 2. *p.* 363.

Hab. in lucis humidis ad lacus majores praecipue Maeleri, ut ad Vårdsätra copiose.

Radix perennis, subrepens. Gramen totum multo angustius et laxius quam praecedentis speciei, saepe quadripedale. Folia linearia plerumque duas tantum lineas lata. Panicula mollissima omnium. Calyces duas circiter lineas longi.

55. ARUNDO *Phragmites*: calyce flosculis subquinis breviore.

A. Phragmites *Linn. svec. n.* 105. *syst. veg. ed. Roemer* 2. *p.* 510. *Sv. Bot. t.* 114. bona.

Hab. in lacubus et fluviis omnibus vulgatissime, itemque in pratis humidis ad Godtsunda.

Gramen longe maximum nostrorum. Radix perennis horizontalis crassitie digiti minoris. Culmi orgyales. Folia latitudine digiti medii, scindentia, longe acuminata, dorso glaucescentia. Panicula diffusa maxima omnium, post foenisecium florens. Spicula tota fere sex lineas longa.

AIRA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 112. Hoffm. germ. 1. t. 8.

Calyx aequivalvis includens flosculos binos cum vel absque pedicello sterili lineari flosculi tertii. Corolla basi pilosiuscula: valvula exteriore apice fissa dentatave, ad basin aristata: arista recta (*in Deschampsia* Roemer), vel geniculata (*in Aira* Roemer). — *Flores*

terminales minores quam in proximis praecipue Moliniam insequentibus generibus. *).

56. AIRA *caespitosa*: foliis planis sulcatis, panicula diffusa, pedunculis scabris, flosculis cum pedicello sterili calycem subexcedentibus, arista recta inclusa.
A. caespitosa *Linn. svec. n.* 70. *Sv. Bot. t.* 132. bona. *Flor. Dan t.* 240. minus bona. *Hoffm. germ.* 1. *p* 38. *t.* 8.
Deschampsia caespitosa *Roemer syst. veg.* 2. *p.* 685. *n.* 1. *β.*
Hab. in pratis humidis omnibus tum campestribus tum sylvaticis frequentissime.

Radix perennis, caespitosa. Folia ad radicem magnum caespitem efficientia, plerumque sesquilineam lata, rigidula. Culmi saepe tripedales, graciles. Panicula valde diffusa apice ramisque nutans, saepe fere pedalis longitudinis. Flores (vel si mavis spiculae biflorae) satis minuti circiter sesquilineam longi, nitentes, post solstitium stamina exserentes.

57. AIRA *flexuosa*: foliis setaceis, panicula divaricata subflexuosa, flosculis calycem aequantibus, arista geniculata exserta.
A. flexuosa *Linn. svec. n.* 71. *syst. veg. ed. Roemer.* 2. *p.* 678. *n.* 1. *α. Flor. Dan. t.* 157. mala. et *t.* 1322.

---

*) *Gramina paniculata bi-multiflora, ob conjunctionem flosculorum valvulam interiorem corollae impressam habentia, in multis generibus saepe numerum flosculorum variantem offerunt: ideoque schema aliud ad genera cognoscenda multum juvat affinitatem naturalem ostendens.*

1. *Paniculae ramis continuis, aequaliter divisis in ramulos apice floriferos: Calycibus aequivalvibus plus minus includentibus* Flosculos
   a) *laxos basi pilosiusculos aristatos apice fissos dentatosve* (Gr. avenaceae.): 1. Aira. 4 Holcus. 5. Hierochloa. 13 Avena 10. Triodia
   b) *dense imbricatos plus minus compressos integros muticos* (Gr. poaeformia): 3 Melica. 6 Briza. 7 Poa. 14 Dactylis.
   c) *emarginatos aristatos*: . . . . . 11 Bromus.
2. *Paniculae ramis plus minus compresso-alatis supra articulos racemose floriferos: Calycibus inaequivalvibus exserentibus spiculam primum teretiusculam sed deflorutam sese dividentem in Flosculos disjunctos convoluto-teretiusculos* (Gr. festucacea).
   a) *obtusos*. . . . . 2 Molinia. 8 Glyceria.
   b) *acutos vel acuminatos in aristas*: 9 Festuca. 12 Brachypedium.

Hab. in collibus et campis sterilibus praecipue sylvaticis frequenter.

Radix perennis, caespitosa. Folia caespitis et totius graminis setam tenuitate aequantia. Culmi plerumque sesquipedales. Panicula longe pauperior quam praecedentis eodem tempore florens: floribus multo majoribus sesquitertiam lineam longis eximie nitentibus ex fusco albove. Exsistit varietas ramis paniculae vix flexuosis.

MOLINIA

Wibel werthem. p. 116. Palisot de Beauv. agr. p. 69. t. 14. f. 6. (partim) Airae spec. *Linn.*

Calyx inaequivalvis exserens flosculos binos ternosve teretiusculo-conoideos. Corollae valvula exterior dorso teretiuscula, obtusa, indivisa, mutica. Semen stylis persistentibus bimucronatum. — *Inflorescentia partialis subracemosa: spiculis lateralibus, coloratis.*

58. MOLINIA *aquatica:* flosculis binis obconoideis, panicula divergente verticillata, radice culmoque subrepente.

Aira aquatica *Linn. svec. n.* 68. *Flor. Dan. t.* 381. mala. *Vaill. paris. t.* 17. *f.* 7.

Catabrosia aquatica *Roemer. syst. veg.* 2. *p.* 696.

Molinia aquatica *Wibel werthem. p.* 116.

Hab. in rivulis fontanis passim ex. gr. ad rivulum e fonte arcis Upsaliensis per pratum Tegelhagen defluentem, infra Vesterläby et Home paroeciae Läbyensis copiose.

Radix perennis, longe repens et stolones itidem eximie repentes emittens; foliis ad basin ultra duas lineas latis et tamen saepe non ultra pollicem longis, insigniter caerulescentibus. Culmi e geniculis tumidis saepius turiones radiculasque emittentes, demum sese erigentes. Panicula insigniter verticillata, patenti-divergens: floribus eximie rubro-violaceis; antheris albescentibus sub solstitio exsertis. Corollae valvula exterior sursum latior denticulata.

59. MOLINIA *caerulea:* flosculis subternis elongato-conoideis strictis, panicula angustata elongata, culmo subenodi.

Aira caerulea *Linn. svec. n.* 67. *Flor. Dan. t.* 239.
Enodium caeruleum *Roemer. syst. veg.* 2. *p.* 531.
Melica caerulea *Sv. Bot. t.* 401.
Molinia caerulea *Palisot de Beauv. agr.*

Hab. in pascuis et pratis uliginosis passim.

Radix perennis, fibrosa. Folia omnia fere radicalia, circiter duas lineas lata, siccitate sese admodum convolventia et rigescentia, caerulescentia. Culmi ad radicem intumescentes, et mox supra uno alterove articulo foliifero instructi, ceterum enodi, stricti, bipedalis circiter altitudinis. Panicula interdum longitudine pedis. Spiculae totae caerulescentes, calyce suo saepe triplo longiores, post messem ad autumnum florentes. Flosculi sursum angustati, integerrimi.

MELICA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 113. *Hoffm. germ.* 1. *t.* 9. *Gaertn. fruct.* 2. *p.* 5. *t.* 80. *f.* 4.

Calyx subaequivalvis includens flosculos binos imbricatos cum initio flosculi tertii obovato. Corolla obtusiuscula, integra, mutica, membranacea, demum indurescens subcartilaginea includensque Semen nitidum. -- *Inflorescentia subracemosa.*

60. MELICA *nutans*: racemo subsimplici secundo, calycibus nutantibus ovatis flosculos includentibus.
M. nutans *Linn. svec. n.* 76. *syst. veg. ed. Roemer* 2. *p.* 522. *Sv. Bot. t.* 354. *f.* 1. optim. *Flor. Dan.* 6. *t.* 962.

Hab. in lucis et sylvis rupestribus laetioribus ubique.

Radix perennis, subrepens Culmi ut plurimum pedales, valde graciles et apice nutantes, subcompressi. Folia saturate viridia, scabriuscula, circiter duas lineas lata. Calyces sub racemo basi aliquantum ramoso pendentes, violacei, mense frondescentiae florentes et cum flosculis inclusis magnitudinem formamque seminum Tritici fere aequantes.

HOLCUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1565. (excl. Hierochl.) *Hoffm. germ.* 2. *t.* 12.

Calyx subaequivalvis includens Flosculos binos: infe-

riorem hermaphroditum muticum; superiorem masculum: valvula corollina exteriore aristam geniculatam dorsalem ferente, basi pilosiuscula apice fissa dentatave. — *Inflorescentia paniculata terminalis in gramine pubescente.*

61. HOLCUS *lanatus:* flosculi superioris arista recurvata intra calycem, radice caespitosa.
H. lanatus *Linn. svec. n.* 917. *syst. veg. ed Roemer* 2. *p.* 655. *Ehrhart beitr.* 5. *p.* 29. *et* 6. *p.* 81. *Sv. Bot. t.* 84. *Flor. Dan. t.* 1181.
Hab. circa Skokloster.
Radix perennis. Gramen totum dense et mollissime pubescens.

HIEROCHLOA

Gmel. sib. 1. p. — Palisot de Beauv. agr. 1. 12. f. 5. *Roemer syst. veg.* 2. *p.* 29.

Calyx subaequivalvis scariosus includens Flosculos ternos, quorum inferiores masculi; secundus valvula corollina exteriore apice magis fissa longiusque mucronata aristatave quam in ceteris; tertius (terminalis) seminifer diandrus. — *Inflorescentia paniculata terminalis in gramine glabro odoro.*

62. HIEROCHLOA *odorata*: calyce subrotundo: flosculis ciliatis submucronatis, panicula divaricata, pedicellis laevibus.
H. borealis *Roemer syst. veg.* 2. *p.* 513.
Holcus odoratus *Linn. svec. n.* 918. *Flor. Dan.* 6. *t.* 963.
Holcus borealis *Schrad. fl. germ.* 1. *p.* 252.
Hab. ad paludes sylvaticas majores rarius ex. gr. ad Vitulfsberg
Radix perennis, valde repens. Gramen totum fortius svaveolens quam Anthoxanthum aliaque nostra. Folia omnia vaginis laxis pallidis insidentia, sesquilineam lata, brevia. Culmus plerumque tantum pedalis, strictus. Panicula unciam unam alteramve longa, fuscoumbrina, nitens, vere ultimo florens. Calyces cum flosculis suis inclusis lineas fere duas longi latique.

BRIZA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 115. Hoffm. germ. 2. t. 5. Gaertn. fruct. 1. p. 4. t. 1. f. 6.

Calyx subaequivalvis flosculos multos dense imbricatos colligens in spiculam subcordatam. Corolla inflata bivalvis: valvula exterior basi cordata amplectens, obtusa, mutica; interior minima subrotunda. -- *Spiculae in panicula pendulae.*

63. BRIZA *media:* spiculis demum cordatis subseptemfloris, calyce flosculis minore.
Br. media *Linn. svec. n.* 86. *syst. veg. ed. Roemer.* 2. *p.* 520. *Flor. Dan. t.* 258.
Hab. in pratis et pascuis siccioribus apricis ubique.
Radix perennis, fibrosa. Culmi plerumque sesquipedales, erecti. Folia praecipue culmi sublanceolata, brevia, paullo ultra pollicem longa. Panicula in ramulis expansis capillaribus gerit spiculas omnino tremulantes, demum eximie cordatas vel potius semiorbiculares, ultra duas lineas latas, fusco-subviolaceas. Floret ante solstitium.

POA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 114. Hoffm. germ. 1. t. 10.

Calyx carinatus subaequivalvis, colligens flosculos plures (5-6) dense imbricatos in spiculam ovatam compressam. Corollae valvula exterior carinata, subovata, acuta, integra, mutica. -- *Spiculae magnitudine insequentibus generibus cedentes, in paniculae ut plurimum brevioris ramulis terminales.*

64. POA *pratensis:* panicula aequali diffusa, spiculis ovato-oblongis subquinquefloris: flosculis basi villo connexis quinquenervibus, culmo vaginisque laevibus, ligula abbreviata, radice subrepente.
P. pratensis *Linn. svec. n.* 82. *syst. veg. ed. Roemer* 2. *p.* 532. *Knapp gram. brit. t.* 55.
P. glabra *Ehrh. gram. n.* 62.
β. minor. P. humilis *Ehrh. gram. n.* 115.
Hab. in pratis et pascuis fertilibus plerisque frequenter.

Radix perennis. Gramen statura admodum varians a pedibus quatuor ad unum, culmis vaginisque laevibus praecipue a sequente dignoscendum. Folia ad margines et carinam scabriuscula. Spiculae sub anthesi circa solstitium cernuae, postea saepius erectae.

65. POA *trivialis*: panicula aequali diffusa, spiculis oblongo-ovatis subtrifloris: flosculis basi villo connexis quinquenervibus, culmo vaginisque scabriusculis, ligula oblongata, radice caespitosa.
P. trivialis *Linn. svec. n.* 80. *syst. veg. ed. Roemer* 2. *p.* 534. *Sv. Bot. t.* 88. bona (except. fig. a.) *Flor. Dan.* 9. *t.* 1444.
P. scabra *Ehrh. gram. n.* 72. *Hoffm. germ.* 1. *p.* 41. *t.* 10.
Hab. in pratis et pascuis sterilioribus ubique.
Radix perennis, nec minime repens. Culmi plerumque bipedales, saepe purpurascentes, una cum vaginis suis scabriusculi. Panicula brevis eximie diffusa: spiculis fere semper nutantibus, plerumque post solstitium florentibus.

66. POA *angustifolia*: panicula aequali patente, spiculis ovato-lanceolatis subquinquefloris: flosculis basi villo connexis obsolete quinquenervibus, ligula brevi, radice repente.
P. angustifolia *Linn. svec. n.* 81.
P. palustris *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 9.
P. serotina *Schrad. fl. germ.* 1. *p.* 299. *Roemer syst. veg.* 2. *p.* 553. *Sv. Bot. t.* 502. bona.
Hab. in pratis paullo declivibus passim ex. gr. ad Godtsunda, et in Kungsängen.
Radix perennis, valde repens vel potius culmos stolonesque ad genicula radicantes et valde intumescentes emittens, qui successive excrescunt et plerumque in autumnum usque florere continuant. Gramen totum de cetero angustius, sed elatius et strictius nec non magis nitidum saturate virens. Culmi plerumque tripedales. Folia lineam tantum lata, sed etiam in culmo superiori ultra spithamam longa, quare longifolia potius diceretur haec species. Panicula modice patens

et ramulis totis stricte patentibus (nec apice laxe nutantibus) praedita. Spicularum glumae angustiores acutiores: apicibus eximie luteo-nitentibus.

67. POA *annua*: panicula subsecunda divaricata, spiculis ovato-oblongis subsexfloris: flosculis laxis liberis, culmo vaginisque compressis laxis, radice fibrosa.
P. annua *Linn. svec. n.* 83. *syst. veg. ed. Roemer* 2. *p.* 535. *Sv. Bot. t.* 126.
Hab. praecipue in terra culta fertili ad domos, vias ubique.

Radix annua vel subbiennis, simplex, sed emittens stolones culmosque nonnullos basi decumbentes et ut totum gramen valde laxos et compressos, laete virentes nec non per totam aestatem successive florentes. Culmi plerumque semipedales vel paullo ultra. Folia evidenter disticha, undulata et mollia. Paniculae rami inferiores plerumque dependentes. Spiculae majores quam in proximis.

68. POA *nemoralis*: panicula subsecunda attenuata nutante, spiculis lanceolatis subbifloris: flosculis liberis acuminatis, ligula brevissima, radice subrepente.
P. nemoralis *Linn. svec. n.* 85. *syst. veg. ed. Roemer* 2. *p.* 545. *n* 28. *α. Flor. Dan. t* 749. *Knapp gram. brit. t.* 58.
Hab. in nemoribus praecipue rupestribus frequenter.

Radix valde perennis, densos caespites efficiens. Gramen totum angustissimum, sed duriusculum, plerumque sesquipedale. Culmorum genicula insigniter nigrescunt. Folia linea una angustiora, plerumque evidenter glaucescentia. Panicula saepius digito minimo angustior, ramulis erectiusculis, sed tota apice nutans, optime ad solstitium florens. Spiculae quam in P. angustifolia angustiores.

69. POA *compressa*: panicula secunda oblongata: ramis patentibus: spiculis oblongis subsexfloris: flosculis basi villo subconnexis, culmis adscendentibus vaginisque compressis strictis.
P. compressa *Linn. svec. n.* 84. *syst. veg. ed. Roe-*

mer 2. *p.* 558. *Flor. Dan. t.* 742. *Vaill. paris. t.* 18. *f.* 5.

Hab. praecipue in arvis margaceis incultis apricis passim ex. gr. versus Lassbybackar et Vitulfsberg copiose.

Radix perennis, repens vel saltim stolones plures culmosque basi decumbentes passimque radicantes emittens. Gramen totum pallidum vel glaucescens, non parum rigens. Culmi toti usque ad paniculam valde compressi, inferne ad genicula lineam lati, vix pedales. Panicula cum ramulis expansis vix digitum majorem lata, ad foenisecium florens antheris albidis.

GLYCERIA

R. Brown prodr. 1. p. 179. (partim).

Calyx inaequivalvis exserens spiculam teretiusculam multifloram: flosculis demum sese convolventibus. Corollae valvula exterior dorso teretiuscula, apice obtusa mutica. — *Inflorescentia partialis subracemosa: spiculis lateralibus subsessilibus.*

70. GLYCERIA *distans:* panicula aequali, pedunculis elongatis rigidis demum deflexis, spiculis subquadrifloris laeviusculis, foliis apice compressis, radice fibrosa.

Poa distans *Linn. mant. p.* 32. *syst. veg. ed. Roemer* 2. *p.* 544. *Engl. Bot. t.* 986. *Knapp gram. brit. t.* 47.

Poa salina *Ehrh. gram. n* 13. *beitr.* 6. *p.* 81.

Aira aquatica multiflora *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 9.

Hab in prato Kungsängen per aemitas hiemales copiose, unde usque ad templum Upsaliae antiquae delata legitur.

Radix perennis, fibrosa, sed stolones culmosque multos oblique adscendentes emittens. Facies totius graminis plus minus glaucescens. Folia ad basin lineam tantum lata et insuper continuo sursum angustata moxque sub exsiccatione sese convolventia et insigniter rigescentia. Culmi ut plurimum pedales duriusculi ut tota panicula. Rami paniculae saepe bis unciam longi

deflexione valde insignes, ad foenisecium et postea florentes. Spiculae initio omnino teretes lineas duas longae, plerumque subviolaceae. Locis macris gracilescit totum gramen et pauciflorum fit, neutiquam vero in *Moliniam aquaticam* abit.

71. GLYCERIA *fluitans*: panicula secunda divaricata, spiculis suboctofloris: flosculis septemnervibus, radice repente.
G. fluitans *Roemer syst. veg.* 2. *p.* 695.
Festuca fluitans *Linn. svec. n* 95. *Flor. Dan. t* 237.
Poa fluitans *Smith brit.* 1. *p.* 95. *Sv. Bot. t.* 102.
Hab. in fossis et ad paludes ubique.

Radix perennis, primo vere emittens folia multa supra aquam fluitantia mollissima; postea exsiccata aqua sese erigentia, saepius tres lineas lata. Culmi oblique adscendentes, compressiusculi, interdum tripedales. Panicula inferne simpliciter ramosa: spiculis omnibus sive per ramos sive rachidem sessilibus, saepe ultra novem lineas longis, plerumque post foenisecium florentibus.

FESTUCA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 119. Hoffm. germ. 2. t. 8.

Calyx inaequivalvis, exserens flosculos multos in spiculam oblongatam dispositos, demum teretiusculos. Corollae valvula exterior acuminata apice in aristam attenuata; rarius tantum acutiuscula vixque setigera. (*in Schoenodoro*).--*Panicula elongata: ramulis lateralibus brevibus sursum compresso-dilatatis vel subcuneiformibus. Species maxime angustiflorae folia quoque subsetacea habent; ultima minus acutiflora latifolia est.*

72. FESTUCA *ovina*: foliis omnibus setaceis, ligula biaurita, culmo tetragono, panicula patente, spiculis sublinearibus aristatis.
F. ovina *Linn. svec. n.* 91. *syst. veg. ed. Roemer.* 2. *p.* 714. *n.* 5. *a. Sv. Bot. t.* 78.
Hab. in collibus, campis pascuisque siccis ubique frequenter.

Radix perennis, dense caespitosa. Folia omnia re vera setacea culmo angustiora. Culmus etiam seta non multum crassior, raro ultra pedalem altitudinem. Paniculae rami breves vix unciales. Spiculae sesquitertiam lineam longae (exceptis aristis): glumis omnibus subulatis. Floret mense florescentiae.

73. FESTUCA *glauca*: foliis omnibus filiformibus culmisque angulatis rigidis glaucescentibus, ligula biaurita, panicula patente, spiculis lanceolatis aristatis.
F. glauca *Schrad. germ.* 1. *p.* 322. *Roemer syst. veg.* 2. *p.* 720.
Hab. in muris templi Upsaliae antiquae rarius.
Radix perennis, caespitosa. Gramen totum insigniter glaucescens et rigescens duplo triplove major praecedenti. Folia omnia filiformia, latitudine circiter culmi bipedalis. Spiculae quatuor lineas fere longae. Ideoque characteribus non paucis accedit ad antecedentem, sed magnitudine et florescentia post solstitium seriori ad sequentem.

74. FESTUCA *rubra*, foliis radicalibus filiformibus; culmeis planis, panicula patente, spiculis lanceolatis: aristis brevibus, radice subrepente.
F. rubra *Linn. suec. n.* 92. *syst. veg. ed. Roemer* 2. *p.* 724. *Scheuchz. agrost. p.* 287. *t.* 6. *f.* 9.
F. duriuscula *Flor. Dan. t.* 848.
Hab. in pratis, pascuis et marginibus agrorum siccioribus ubique.
Radix perennis, subrepens, laxum caespitem efficiens. Folia stolonum et radicis complicato-filiformia, sed culmea ipso culmo duplo triplove latiora, siccitate parum convoluta. Culmus bipedalis et ultra, uno latere versus paniculam planiore. Panicula major quam in praecedentibus, plerumque ex rubro subviolacea. Spiculae saepe lineas quinque longae, post solstitium florentes, non raro pubescentes.

75. FESTUCA *elatior*: panicula secunda patente ramosa, spiculis linearibus multifloris muticis, foliis linearibus, radice fibrosa.

F. elatior *Linn. svec. n.* 94. *Sv. Bot. t.* 54. *Decand. fl. franc. ed.* 3. *n.* 1579.
F. pratensis *Smith. brit.* 1. *p.* 123. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1323.
Schoenodorus pratensis *Roemer syst. veg.* 2. *p.* 698.
Hab. in pratis fertilioribus et agrorum marginibus frequenter.

Radix perennis. Culmi erecti, plerumque tripedales. Folia fere duas lineas lata, longa. Paniculae rami ultra duos pollices longi. Spiculae circiter septemflorae, fere dimidiam unciam longae: flosculis singulis sesquitertiam lineam; valvula exteriore apice quidem simplici mutica, sed nervis tribus per margines membranaceos fere ad oram excurrentibus. Floret paullo ante foenisecium. Gramen hocce elatum et patens magnitudine tamen valde variat, et interdum humile et simplex evadit fere ut praecedens species.

TRIODIA

R. Brown prodr. 1. p. 182. Palisot de Beauv. agr. t. 15. f. 9.

Calycis valvula exterior maxima: valvulis interioribus spiculae multiflorae inclusae sensim decrescentibus. Corollae valvula exterior apice tridentata, basi pilosula. -- *Inflorescentia subracemosa.*

76. TRIODIA *decumbens*: culmo compresso, vaginis ciliatis, panicula contracta pauciflora, spiculis subovatis mucrone calycino extimo brevioribus.
T. decumbens *Roemer syst. veg.* 2. *p.* 597.
Festuca decumbens *Linn. svec. n.* 93. *Flor. Dan. t.* 162. mala.
Poa decumbens *Schrad. germ.* 1. *p.* 305. *Knapp gram. brit. t.* 59.
Hab. in pascuis siccis sterilibus calcatis passim ex gr. ad Kungsparken, Lassbybackar, Håga, Kättinge Börjensium.

Radix perennis, laxius caespitosa, emittens stolones culmosque numerosos late circumcirca decumbentes. Folia subangusta et brevia. Culmi plerumque pedalis longitudinis. Panicula ut plurimum sex tantum spiculas ha-

bet easque Hordei semini circiter aequales: valvula calycina exteriore quatuor lineas longa; flosculis interioribus plus quam dimidio minoribus. Floret post solstitium.

BROMUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 120. Hoffm. germ. 1. t. 11.

Calyx subaequivalvis, multiflorus; fosculis demum tereti-ovalibus in spiculam sublinearem dispositis. Corolla bivalvis: valvula exteriore emarginata, extra apicem aristata. -- *Spiculae quam in praecedentibus generibus majores, terminales in paniculae ramis aequalibus.*

77. BROMUS *secalinus:* panicula demum nutante, spiculis ovatis tumidis nitidisque, aristis flexuosis gluma brevioribus, vaginis glabriusculis.
Br. secalinus *Linn. svec. n.* 96. *syst. veg. ed. Roemer* 2. *n.* 633. *Sv. Bot. t.* 204. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1446. aristat. et 2. *t.* 293. mutic. (nom. Br. arvensis).
Hab. inter segetes hybernas ubique.
Radix annua. Gramen laete virens, erectum srictumque saepe tripedale. Vaginae raris pilis conspersae, virides, foliaque parcius tantum ciliata, ultra duas lineas lata. Panicula vix plus quam digitum longa. Spiculae semper laete virides et nitidae, sed numero flosculorum et aristae praesentia variantes.

78. BROMUS *hordeaceus:* panicula contracta erecta, spiculis tumidulis glaberrimis, aristis rectis glumam aequantibus, vaginis pubescentibus.
B. hordeaceus *Linn. spec. pl. ed.* 1. *p.* 77. *svec. ed.* 1. *n.* 87. *herbat. upsal. in am. ac.* 3. *p.* 440.
B. secalinus *β.* 2. *Linn. svec. n.* 96. -- B. secalinus minor *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 9.
B. racemosus *Willden. spec. pl.* 1. *p.* 353. *Roemer syst. veg.* 2. *p.* 636. *Moris. sect.* 8. *t.* 7. *f.* 19.
Hab. in aggeribus siccissimis juxta fluvium Upsaliensem infra urbem parcius.
Radix annua vel subbiennis. Vaginae foliorum infe-

riores tam pubescentes ut fere tomentosae; foliis unam alteramve unciam tantum longis. Culmus quoque plerumque semipedalis tantum longitudinis. Panicula tam contracta ut faciem Hordei habeat (Linnaeus in fl. svec. ed. 1.,) unde nomen non immerito desumtum; squamis margine tantum nitentibus albisque. Floret mense florescentiae, postea cito maturans.

79. BROMUS *mollis*: panicula subcontracta erectiuscula, spiculis tumidulis pubescentibus, aristis rectis glumam aequantibus, vaginis pubescentibus.
B. mollis *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 112. *ed. Willd.* 1. *p.* 429. *Roemer syst. veg.* 2. *p.* 636. *Sv. Bot. t.* 456. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1324. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 9.
B. secalinus *β. Linn svec. n.* 96. *ed.* 1. *n.* 84. *spec. pl. ed.* 1. *p.* 76.

Hab. in aggeribus et elevatis agrorum marginibus passim.

Radix annua vel subbiennis. Vaginae et quidem folia plerumque dense pubescentia. Culmus plerumque sesquipedalis. Panicula circiter palmaris, magis copiosa et lata quam praecedentis. Spiculae plerumque ovato-oblongae latiores quam praecedentium: aristis magis patentibus. Floret ad solstitium.

80. BROMUS *arvensis*: panicula diffusa, spiculis sublanceolatis glabris discoloribus, aristis rectis gluma longioribus, vaginis tomentosis.
B. arvensis *Linn. svec. n.* 97. *syst. veg. ed. Roemer* 2 *p.* 646. *Scheuchz. agrost. p.* 262. *t.* 5. *f.* 15. *Knapp gram. brit. t.* 84.

Hab. in arvis et agris praecipue arenosis frequenter.

Radix annua. Vaginae prope radicem tomento denso omnino canescunt. Folia ut totum gramen saturatius vel obscurius viridia quam in praecedentibus, sublanceolata. Culmus plerumque bipedalis, superne laxus. Panicula magis effusa et lata quam in omnibus praecedentibus: ramis interdum palmam longis pendentibus. Spiculae angustiores vix unquam duas lineas latae, numero flosculorum et longitudine valde variantes, latere superiore semper coloratae fusco-subviolaceae.

81. BROMUS *giganteus*: panicula secunda apice nutante, spiculis subquadrifloris lanceolatis glabris, aristis flexuosis spicula longioribus, vaginis glabris.
B. giganteus *Linn. svec. n.* 99 *syst. veg. ed. Roemer* 2. *p.* 644. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 9.
B. triflorus *Fl. Dan. t.* 440.
Festuca triflora *Smith. fl. brit. comp.* 1816. *p.* 18. *Engl. Bot. t.* 1918.
Festuca gigantea *Sv. Bot. t.* 120.
Hab. in lucis amoenissimis ad lacum Maeleri rarius.
Radix perennis, fibrosa. Gramen elatum ultra tres pedes, sed gracile, totum glaberrimum. Folia interdum ultra tres lineas lata. Panicula semipedalis, parum composita, elongata, subracemosa. Spiculae praeter aristas tantum quatuor lineas longae, angustiores quam in omnibus praecedentibus.

82. BROMUS *tectorum*: panicula nutante; ramulis hirtellis, spiculis compressis: flosculis demum remotiusculis subsubulatis ciliatis, aristis rectis glumam aequantibus, foliis pubescentibus.
B. tectorum *Linn. svec. n.* 98. *syst. veg. ed. Roemer.* 2. *p.* 648. *Hoffm. germ.* 1. *p* 56. *t.* 11. *f.* 2.
Hab. in tectis et ruderatis ubique, dum aestas nimium sicca eum non destruat sicuti anno 1818.
Radix annua. Culmi circiter pedales. Vaginae inferne valde pubescentes; foliis interdum tantum ciliatis. Panicula tantum palmaris longitudinis: ramis bipollicaribus. Spiculae graciliores quam in omnibus praecedentibus, praeter aristas plerumque dimidiam unciam longae, initio aestatis florentes.

BRACHYPODIUM

Palisot de Beauv. agr. t. 19. f. 3.

Calyx inaequivalvis exserens spiculam multifloram teretiusculam. Corollae valvula exterior apice aristata; interior truncata, ciliato-pectinata. -- *Inflorescentia subspicata: pedicellis solitariis sub florescentia patentibus.*

83. BRACHYPODIUM *pinnatum*: spica erecta, spiculis puberulis, aristis gluma obtusa brevioribus, foliis subpubescentibus, radice repente.

B. pinnatum *Roemer syst. veg.* 2. *p.* 736.

Bromus pinnatus *Linn. svec. n.* 100. *Hoffm. germ.* 1. *p.* 56. *t.* 11. *f.* 4.

Festuca pinnata *Schrad. germ.* 1. *p.* 342. *Knapp gram. brit. t.* 75.

Triticum pinnatum *Decand. fl. franc. n.* 1663.

Hab. in pratis et pascuis sterilibus duris passim ex. gr. ad Håga et Vitulfsberg.

Radix perennis. Gramen totum luteo-viride, glabriusculum, sesquipedale, strictum. Spica circiter palmaris, composita spiculis ut plurimum novem pedicello brevissimo vix semilineari impositis, sub florescentia versus foenisecium fere horizontaliter patentibus et compressis, alias rachidi adpressis et subteretibus, praeter aristas breves circiter octo lineas longis.

AVENA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 122. *Hoffm. germ.* 1. *t.* 12.

Calyx subaequivalvis, continens flosculos ternos pluresve squarrosos. Corolla (basi pilosa) bivalvis: valvula exteriore lanceolata, dorso aristam geniculatam tortilem validam exserente, apice fissa (laciniis etiam setosis in *Triseto* Roemer.) -- *Inflorescentia paniculata, rarius subspicata: spiculis magnis ut in proxime praecedentibus generibus.*

84. AVENA *fatua*: panicula aequali diffusa, calycibus flosculos subternos pilosissimos excedentibus, radice fibrosa.

A. fatua *Linn. svec. n.* 101. *syst. veg. ed. Roemer* 2. *p.* 669. *Sv. Bot. t.* 144.

Hab. inter segetes annuas nimium frequenter.

Radix annua. Folia saltem radicalia primaria ciliata. Culmi circiter tripedales. Panicula magna ramis spithamalibus. Calyces demum ultra unciam longi, includentes flosculos ipsis breviores flavescentes. Semen demum barba rigidula flavo-nitente circumdatur et arista plus quam bipollicari munitur, omnino ferox.

85. AVENA *pubescens:* panicula aequali coarctata, calyce flosculis ternis breviore, foliis pubescentibus, radice subrepente.

A. pubescens *Linn. spec. pl. ed.* 2. *app. p.* 1665. *Schrad. fl. germ.* 1. *p.* 382. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1203.

A. pratensis *β. Linn. l. c. p.* 119. *Sv. Bot. t.* 263.

Trisetum pubescens *Roemer syst. veg.* 2. *p.* 662.

Hab. in pascuis et pratis sterilioribus siccioribus ubique.

Radix perennis, gerens caespitem laxum stolonum culmorumque, quorum folia omnia plana plerumque duas lineas lata, obtusa utrinque molliter pubescentia. Culmi ut plurimum sesquipedales. Panicula erecta; ramis circiter uncialis longitudinis. Calyces semiunciam longi, flosculis non multo breviores. Pili ad basin flosculorum albo-nitentes. Floret circa solstitium.

86. AVENA *pratensis:* racemo simplici, spiculis subquinquefloris calyce duplum longioribus, foliis fasciculorum glabris complicatis angustissimis.

A. pratensis *Linn. svec. n.* 104. *syst. veg. ed, Roemer* 2. *p.* 673. *Schrad. germ.* 1. *p.* 385. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1083.

Hab. in pratis, pascuis et collibus inter juniperos et lapides solo duro ubique.

Radix perennis, caespitosa proferens fasciculos numerosos foliis angustissimis subfiliformibus rigidulis glaberrimis. Gramen totum de cetero rigidum, quare Juniperos occidere dicitur in Linn. svec. et am. ac. 7. p. 167. Culmi circiter bipedales. Spiculae pleraeque subsessiles, nonnullae tantum pedicellis calycis fere longitudine innixae, plerumque octo lineas longae, circa solstitium florentes.

DACTYLIS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 117. Hoffm. germ. 2. t. 6.

Calyx multiflorus, bivalvis: valvula majori obliqua, altero latere convexo latiori, altero impresso angustiori. Corolla bivalvis, lanceolata, mucronata. Spiculae dense imbricatae compressae, subsessiles, in rachidem paniculae dense compaginatae.

87. DACTYLIS *glomerata*: panicula secunda glomerata, foliis carinatis. *Linn. svec. n.* 87. *syst. veg. ed. Roemer.* 2. *p.* 625. *Sv. Bot. t.* 32. *Flor Dan. t.* 745.
Hab. in pratis, marginibus agrorum, nemoribus alibique solo pinquiori frequenter.

Radix perennis, caespitosa. Folia fere quatuor lineas lata, aspera. Culmus bipedalis et ultra, strictus. Panicula brevis, fere triangula; ramis primariis divergentibus. Spiculae ob insertionem subsessilem obliquae, ciliatae. Antherae lutescentes post solstitium exsertae.

SESLERIA

Syst. veg. ed. Roemer. p. 35.

Involucrum (s. Cal. communis) rachidis univalve indivisum colligens supra pedicellos breves Calyces bivalves, bi- vel tri-floros, mucronatos. Corolla bivalvis, obtusa, terminata variis mucronibus. — *Inflorescentia subspicata. Culmus subenodis.*

88. SESLERIA *caerulea*: spica subovata, spiculis subtrifloris, gluma corollina exteriore trimucronata, foliis planis.
S. caerulea *Scop. carn. n.* 90. *Roemer syst. veg.* 2. *p.* 603. *Sv. Bot. t.* 210. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1506.
Cynosurus caeruleus *Linn. svec. n.* 89.
Hab. in pratis et pascuis subhumidis apricis praecipue juxta fluvios majores frequenter.

Radix perennis, caespitem latum divergentem efficiens. Folia fasciculorum angusta subrecurva; culmea inferiora sesquilineam lata, superiora brevissima, sed vaginis longitudine dimidii culmi innixa. Culmus ad radicem uno alterove articulo tantum instructus, plerumque semipedalis. Spica insigniter caerulea mense frondescentiae florens.

CYNOSURUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 118. (*exclus. Sesl.*) *Hoffm. germ.* 2. *s.* 7.

Involucrum (s. Cal. communis) rachidis pinnatum (quasi e spicula vacua factum) amplectens Spiculam unam alteramve subsessilem. Calyx bivalvis, multiflorus. Corolla

bivalvis: valvula exteriori lineari-lanceolata, mutica mucronatave. -- *Inflorescentia spicata.*

89. CYNOSURUS *cristatus*: spica lineari unilaterali, spiculis muticis, foliis linearibus.
C. cristatus *Linn. svec. n.* 88. *syst. veg. ed. Roemer* 2. *p.* 517. *Sv. Bot. t.* 66. *Flor. Dan. t.* 238.
Hab. in prato uno alterove fertili prope urbem ex. gr. in Tegelhagen parcius.

Radix perennis, subcaespitosa. Culmi sesquipedales, tenues. Folia etiam angusta. Spica crassitie pennae anserinae, plerumque sesqviuncialis longitudinis, viridis, ante foenisecium florens.

LOLIUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 126. Hoffm. germ. 2. t. 10.

Calyx univalvis, valvulam a rachide avertens, spiculamque multifloram margine rachidi oppositam fulcrans. Corolla bivalvis: valvula exteriore lanceolata, sub apice aristata vel mutica.

90. LOLIUM *perenne*: spiculis muticis calyce longioribus, radice repente.
L. perenne *Linn. svec. n.* 110. *syst. veg. ed. Roemer* 2. *p.* 747. *Sv. Bot. t.* 71. *Flor. Dan. t* 747.
Hab. ad vias, margines agrorum, domos alibique frequenter.

Radix perennis, caespitem laxum efficiens. Culmi saepe sesquipedales, subjuncei laevesque aeque ac folia. Spiculae plerumque novemflorae calyce duplo longiores, per magnam partem aestatis florentes tumque spicam pollicem fere latam efficientes.

91. LOLIUM *temulentum*: spiculis aristatis calycem aequantibus, radice fibrosa.
L. temulentum *Linn. svec. n.* 109. *syst. veg. ed. Roemer* 2. *p.* 749. *Sv. Bot. t.* 192. *Flor Dan. t.* 160.
Hab. inter segetes vernales rarius.

Radix annua, solitaria. Culmi circiter bipedales, strictiores et magis scabri una cum foliis. Spiculae subsexflorae, turgidiores, ante messem florentes; aristis glumas aequantibus.

TRITICUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 130. Hoffm. germ, 2. t. 11.

Calyx bivalvis, solitarius, spiculam multifloram latere plano rachidi obvertens. Corolla bivalvis: valvula exteriore lanceolata, apice aristata vel mutica.

92. TRITICUM *repens*: glumis calycinis subquinquenervibus flosculisque muticis mucronatisve, radice repente.
T. repens *Linn. svec. n.* 114. *Sv. Bot. t.* 38.
Agropyrum repens *Roemer syst. veg.* 2. *p.* 754.
β. floribus longius aristatis. Tr. caninum *Flor. Dan.* 9. *t.* 1447.
γ. calyce floribusque aristatis longitudine subaequalibus, spiculis passim geminatis.
Elymus dumetorum *Hoffm. germ.* 2. *t.* 11. *f.* 2. *Flor. Dan. t.* 748.
Hab. *α.* in cultis pratisque, *β.* et *γ.* in nemoribus et dumetis ubique.

Radix perennis, valde repens, qua optime distingvitur a sequenti. Culmus ut plurimum bipedalis, strictior. Spica evidenter disticha. Spiculae saltem in varietatibus aristatis majores fere dimidiam unciam longae.

93. TRITICUM *caninum*: glumis calycinis trinervibus mucronatis, flosculis subquinis longius aristatis, radice caespitosa.
T. caninum *Schrad. fl. germ.* 1. *p.* 389. *Knapp gram. brit. t.* 112.
Elymus caninus *Linn. svec. n.* 112. *Moris. hist.* 3. *sect.* 8. *t.* 1. *f.* 2. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 10.
Agropyrum caninum *Roemer syst. veg.* 2. *p.* 756.
Hab. in lucis laetioribus versus lacum Mäleri sitis parcius.

Radix perennis, eximie caespitosa ut fere nodosa. De cetero difficile distingvitur a praecedente. Gramen totum gracilius, saepe tripedale. Spica nutans; spiculis sursum vergentibus, minoribus, vix quatuor lineas longis; mucronibus calycinis multoties quam aristae flosculorum

brevioribus. Color totius graminis obscurior, spicae subbrunneus praecipue aristarum flexuosarum glumis suis duplo longiorum.

3. ORD. TRIGYNIA

MONTIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 133. Jussieu gen. p. 347. Gaertn. fruct. 2. p. 220. t. 129. f. 2.

Calyx diphyllus, persistens. Corolla monopetala quinquepartita: laciniis intermediis minoribus staminiferis. Capsula unilocularis, trivalvis, trisperma. — *Herbula dichotoma, foliis oppositis.*
Ord. nat. 31. *Succulentae sectio Portulaceae.*

94. MONTIA *fontana*: α. minor *Schrad fl. germ.* 1. *p.* 415.
M. fontana *Linn. svec. n.* 115. *Sv. Bot. t.* 540. *Flor. Dan. t.* 131. *Vaill. paris. t.* 3. *f.* 4.
M. minor *Roemer syst. veg.* 2. *p.* 870.
Hab. ad fontes et aquas limpidas solo frigido sterili passim ex. gr. juxta Norby.

Planta tota annua, tenera, vix digitalis longitudinis, inferne rubicunda. Caulis inferne simplex, superne dichotomus. Flores fere axillares, minuti. Calyx insignis fere totum florem involvens. Corollae albae laciniae duae oppositae, majores, calyce alternantes, inter quas tres minores inconspicuae staminiferae. Pedunculi fructiferi mox recurvantur.

CLASSIS IV.

TETRANDRIA

CONSPECTUS.

Ordo Monogyniae solus est, qui ulteriore distributione generum indiget. Secundum corollae et fructus indolem sequens oritur schema: 1) *Flores mo-*

nopetali a) *fructus inferus monospermus*: Scabiosa; b) *fructus inferus dispermus*: Galium, Asperula; c) *fructus superus capsularis*: Plantago; 2) *Flores apetali*: Alchemilla.

Horum generum tria priora ad duos ordines naturales huic Classi maxime proprios referuntur, scil. 1 AGGREGATAS *floribus ut plurimum compositis (vel si mavis aggregatis), flosculis calyce proprio superè praeditis, semine inverso ita ut radicula embryonis tenui tantum albumine circumdati sursum spectet* (Scabiosa); 2 STELLATAS *floribus segregatis, fructu bicocco vel testiculari, embryone parvo in dorso albuminis magni cartilaginei posito, foliis circa caulem stellatis* (Galium, Asperula.) *Reliqua genera diversis ordinibus naturalibus adnumerantur.*

De cetero hic secundum numerum staminum quaeri possunt Rhamnus catharticus, Gentiana campestris, Convallaria bifolia, Draba muralis alineque nonnullae Tetradynamae, Linnaea, Limosella, Myriophyllum verticillatum.

1. ORD. MONOGYNIA

SCABIOSA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 149. Jussieu gen. p. 227. Gaertn. fruct. 2. p. 38. t. 86. f. 4.

Calyx communis polyphyllus; proprius duplex, superus, demum semen coronans. Receptaculum commune villosum (*in Trichera Schrad.*), vel squamosum. — *Herbae foliis oppositis.*

Ord. nat. 44. Aggregatae.

95. SCABIOSA *arvensis*: corollulis quadrifidis radiantibus, foliis subpinnatifidis, caule hispido.

S. arvensis *Linn. suec. n. 117. Sv. Bot. t. 322. Flor. Dan. t. 447.*

Trichera arvensis *Schrad.* - - - *Roemer. syst. veg. 3. p. 54.*

Hab. in marginibus agrorum et pratis passim ex gr. inter Lassbybackar et Kungsparken.

Flora Upf. ♃

Radix perennis. Folia radicalia primaria stolonum indivisa et integerrima, sed caulina semper profunde pinnatifida. Herba tota pilis longis rigidulis obsita sub flore retrorsum vergentibus. Caulis plerumque pedalis et triflorus. Calycis communis foliola eximie ciliata. Flores sub foenisecio ornatissimi, corollulis dilute violaceis compositi, ultra pollicem lati. Receptaculum destitutum paleis vel squamis ullis a calyce communi introrsum continuato ortis.

96. SCABIOSA *succisa*: corollulis quadrifidis aequalibus, receptaculo globoso, seminibus villosis, foliis ovato-lanceolatis subintegerrimis pilosiusculis.

S. succisa *Linn. svec. n.* 119. *syst. veg. ed. Roemer.* 3. *p.* 66. *Sv. Bot. t.* 422. *Flor. Dan. t.* 279.

Hab. in pratis et pascuis sylvaticis subhumidis ubique.

Radix perennis, subtus plus minus succisa vel praemorsa. Folia radicalia stolonum ovalia, subpetiolata, praecipue supra hirtella, saturate viridia, crassiuscula; caulina angustiora, lanceolato-spathulata, usque ad basin infimam connatam, integerrima. Caulis pedalis et ultra, tantum paucis et minoribus paribus foliorum praeditus, ubique tenuiter pubescens. Flores ante plenam expansionem squamas coloratas inter flosculos optime ostendunt: flosculis dein initio mensis Augusti explicatis, pulchre azureis, rarius dilutioribus.

ASPERULA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 157. *Jussieu gen. p.* 219.

Calyx quadridentatus minutus. Corolla monopetala infundibuliformis (tubulosa), supera, quadrifida (rarius trifida). Semina binata, globosa. — *Herbae. Ord. nat.* 16. *Stellatae.*

97. ASPERULA *odorata*: foliis octonis lanceolatis, florum fasciculis pedunculatis, fructu hispido.

A. odorata *Linn. suec. n.* 121. *syst. veg. ed. Roemer.* 3. *p.* 265. *herbat. upsal. in amoen. acad.* 3. *p.* 431. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 10. (*Sv. Bot. t.* 218. *Flor. Dan. t.* 562.)

Hab. in lucis ad radices rupium Godtsundensium raro.
Radix perennis. Herba exsiccatione odorata fit.

98. ASPERULA *tinctoria*: caule flaccido, foliis linearibus: inferioribus senis, intermediis quaternis, corollis avenis, fructo glabro. ♃
A. tinctoria *Linn. suec. n.* 122. *syst. veg. ed. Roemer* 3. *p.* 268. *Sv. Bot. t.* 244.

Hab. in collibus duris, campestribus inter juniperos et lapides majores praecipue versus Upsaliam antiquam, Vitulfsberg et Vaxaliam frequenter.
Radix perennis, ramosa, subfiliformis, extus jamdudum rubra. Caules ad nodos eximie tumidi geniculatique, flaccidi, teretiusculi, laevissimi. Folia in plerisque geniculis inaequalia: duobus minoribus oppositis; usque dum bina opposita tantum restant in ramis floriferis. Bracteae florum ovales. Corollae post solstitium explicatae, omnino niveae, saepe trifidae: laciniis obtusis crassiusculis.

GALIUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 142. *Jussieu gen. p.* 219. *Gaertn. fruct. 1. p.* 109. *t.* 24. *f.* 1.

Calyx minimus quadridentatus. Corolla explanata, subrotata (sine tubo), quadrifida (rarius trifida), supera. Semina binata, globosa. — *Herbae.*
Ord. nat. 16. Stellatae.

99. GALIUM *palustre*: foliis quaternis obovato-lanceolatis inaequalibus obtusis, caulibus diffusis, laeviusculis, seminibus laevibus corollas aequantibus.
G. palustre *Linn. svec. n.* 126. *syst. veg. ed. Roemer* 3. *p* 215. *Flor. Dan. t.* 425.

Hab. locis aquosis fere omnibus frequenter.
Radix perennis. Herba tota asperitie omni evidenti expers. Caules filiformes, exacte tetragoni. Folia inaequalia ob exortum ramorum. Corollae praecipue sub foenisecio explicatae, albae: antheris fuscescentibus. Pedunculi fructiferi divergentes quidem, sed non recurvati. Fructus major quam sequentium adeo ut corollam sesquilineam latam magnitudine aequet.

100. GALIUM *trifidum*: foliis quaternis sublinearibus obtusis, caule procumbente retrorsum hispido, seminibus laevibus recurvatis corolla trifida majoribus.
G. trifidum *Flor. Dan. t.* 48. *Wahlenb. fl. lapp. p.* 47. *Roemer syst. veg.* 3. *p.* 220.
Hab in ripis fluctuantibus lacus Vitulfsbergensis inter Caricem majores satis copiose.
Radix perennis quidem, sed tenuitate fere setae uti caulis. Tota quoque planta tenerrima nostrorum Galiorum, plerumque spithamam longa, inconspicua. Folia plerumque tres tantum lineas longa, ad margines scabra, quamquam obtusissima. Pedicelli omnino capillaris tenuitatis. Flores albi et minuti adeo ut semine semilineam tantum lato pluries minores sint. Versus autumnum legitur inconspicua planta.

101. GALIUM *uliginosum*: foliis senis lanceolatis reretrorsum aculeatis mucronatis rigidis, seminibus scabris corolla minoribus.
G. uliginosum *Linn. svec. n.* 127. *syst. veg. ed. Roemer* 3. *p.* 247. *Engl. Bot. t.* 1972.
Hab. locis uliginosis sterilibus praecipue sylvaticis frequenter.
Radix perennis. Herbula tota asperula, ob setulas retroversas digitis adhaerens. Caules acutanguli. Folia infima quaterna, cetera sena etiam ad ramificationes subaequalia. Flores sub messe cerealium optime explicati; corolla alba antheris vix discoloribus. Pedunculi fructiferi recti.

102. GALIUM *verum*: foliis octonis linearibus mucronulatis margine revolutis scabriusculis, floribus virgato-paniculatis congestis, seminibus glabris.
G. verum *Linn. svec. n.* 123. *syst. veg. ed. Roemer* 3. *p.* 233. *Sv. Bot. t.* 165. *Flor. Dan. t.* 1146.
Hab. in collibus et campis pratensibus nec non agrestibus frequentissime.
Radix perennis. Caules basi ramosi, circiter pedales, superne pubescentes, teretiusculi. Folia supra nitida. Corollae flavae sub foenisecio apertae, odoris mellei.

103. GALIUM *boreale*: foliis quaternis lanceolatis obtusis trinervibus glabris, caule erecto tetragono scabro, panicula congesta, seminibus hispidis.
G. boreale *Linn. svec. n.* 124. *syst. veg. ed. Roemer.* 3. *p.* 253. *Sv. Bot. t.* 122. non opt. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1024.
Hab. in pratis et pascuis sylvisque duris sterilibus vulgatissime.

Radix perennis, rubicunda, multicaulis. Herba tota per angulos et margines scabriuscula, ceterum glabra et viridis. Panicularae rami brèves. Corollae ante foenisecium maxime explicatae, albae, aliquantum svaveolentes.

104. GALIUM *Aparine*: foliis octonis lanceolatis mucronatis margine retrorsum aculeatis supra scabris, caule tetragono aculeato, geniculis villosis, corollis fructu pilis uncinatis tecto minoribus.
G. Aparine *Linn. svec. n.* 128. *syst. veg. ed. Roemer* 3. *p.* 257. *Sv. Bot. t.* 419. *Flor. Dan t.* 495.
Hab. inter segetes et sata ubique.

Radix annua. Caules aliis plantis adhaerentes et supra eas proserpentes. Pedunculi florentes foliis breviores. Flores pallide lutescentes, fructibus semini cannabis aequalibus multoties minores, per totam aestatem obvii.

PLANTAGO

Linn. gen. ed. Schreb. n. 186. Jussieu gen. p. 100. Gaertn. fruct. 1. p. 236. t. 51. f. 3.

Calyx quadripartitus brevissimus. Corolla persistens: tubo cylindraceo-globoso; limbo quadripartito reflexo. Filamenta longissima. Capsula supera (intra tubum corollae), bilocularis, circumscissa, polysperma (in specie prima) vel disperma (in ceteris). *Inflorescentia spicata. Herbae apud nos acaules, Ordini naturali* 30. *Holoracearum accedentes.*

105. PLANTAGO *major*: foliis ovatis integerrimis subseptemnervibus petiolatis glabriusculis, scapo tereti, spica lineari nuda arcte imbricata.

P. major *Linn. svec. n.* 129. *syst. veg. ed. Roemer* 3. *p.* 111. *Sv. Bot. t.* 95. *Flor. Dan. t.* 461.

Hab. ubique in locis calcatis.

Radix perennis. Folia plerumque multoties majora quam in sequentibus, unde nomen. Scapus vix longior ipsa spica valde elongata, sub maxima parte aestatis successive florens: corollis staminibusque umbrinis inconspicuis brevioribus.

106. PLANTAGO *media*: foliis ovato-lanceolatis integerrimis quinquenervibus subsessilibus pubescentibus, scapo tereti pubescente, spica oblonga.

P. media *Linn. svec. n.* 130. *syst. veg. ed. Roemer* 3 *p.* 115. *Flor. Dan. t.* 581.

Hab. in pratis et marginibus agrorum apricis elevatis frequenter.

Radix perennis. Folia terrae optime adpressa. Scapus foliis multoties longior; sed spica vix plus quam pollicaris, post solstitium florens, tota dilute rosea, svaveolens: filamentis latitudine spicae longioribus.

107. PLANTAGO *lanceolata*: foliis lanceolatis denticulatis subseptemnervibus petiolatis pubescentibus, scapo angulato pubescente, spica ovata.

P. lanceolata *Linn. svec. n.* 131. *syst. veg. ed. Roemer.* 3. *p.* 115. *Flor. Dan. t.* 437.

Hab. in pratis et marginibus agrorum siccis praecipue ad semitas ubique.

Radix perennis, praemorsa. Folia in exemplaribus minimis trinervia. Spica omnium brevissima, utplurimum ante solstitium florens: corollae laciniis in medio fuscescentibus: filamentis latitudinem spicae aequantibus, una cum antheris albicantibus.

ALCHEMILLA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 222. *Jussieu gen. p.* 373. *Gartn. fruct. 1. p.* 346. *t.* 73. *f.* 1.

Calyx tubulosus: limbo patente octofido: laciniis alternis minoribus. Corolla nulla. Stylus basi germinis adfixus. Semen unicum, superum, tubo calycis inclusum, margineque ejus interiore fere tectum.

— *Herba foliis alternis radiatis, stipulis vaginantibus.* — *Ord. nat.* 57. *Senticosae, sectio Sanguisorbae Juss.*

108. ALCHEMILLA *vulgaris:* foliis reniformibus plicato-concavis novemlobis; serraturis apicis prominentibus.

A. vulgaris *Linn. svec. n.* 141. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 698. *Sv. Bot. t.* 261. *Flor. Dan. t.* 693.

β. glabrior. *Flor. svec. ed.* 1. *n.* 135.

Hab. in pratis et graminosis pingvioribus ubique copiose.

Radix perennis: caudice crassiusculo. Caules plures, vix pedales, adscendentes, cum tota herba pilosi. Folia radicalia interdum palmam lata; caulina demum stipulis suis non longiora, semiorbicularia. Stipulae in caule inferiore omnino vaginantes cucculli indivisi instar, et petiolis trajectae. Flores congregati minuti circiter lineam lati, intus lutescentes, initio aestatis praecipue obvii.

2. ORD. DIGYNIA

CUSCUTA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 227. *Gaertn. fruct. 1. p.* 297. *t.* 62. *f.* 6.

Calyx quadrifidus (raro 5-fidus). Corolla demum globosa, et supra capsulam coarctata: ore quadrifido (rarius 5-fido). (Nectarii squamae ad basin staminum in speciebus extraneis). Capsula basi circumscissa et decidua, bilocularis: loculamentis dispermis. Seminis embryo spiralis, psevdoacotyledoneus. — *Herbae parasiticae, aphyllae, filiformes, Convolvulis quodammodo affines.*

109. CUSCUTA *europaea:* floribus sessilibus subnudis, fauce nuda aperta, stigmatibus disjunctis divergentibus acutis.

C. europaea *Linn. svec. n.* 144. *Persoon syn.* 1. *p.* 289. *Flor. Dan. t.* 199. *Sv. Bot. t.* 352.

β. tenuior: floribus lutescentibus. C. Epithymum *Liljebl. Sv. fl. Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 10? *Cels. upsal. n.* 29.

Hab. in Urtica, Humulo aliisque plantis succosioribus passim; β in Lino.

Planta annua, radiculis inconspicuis alias plantas sugens. Caulis plerumque crassitie fili, volubilis, rubicundus. Florum glomeruli media aestate explicantur, fulcrati subtus bractea una lanceolata ipsis breviore. Flores ipsi sub anthesi magnitudine tantum seminum Carvi, dein increscentes ultra magnitudinem seminis Cannabini. Calycis basis infra receptaculum producta in cylindrum diaphanum, qui pedunculus dici non debet; limbo primum rubicundo, dein etiam pellucente. Corolla fere ut in Arbuto demum basi diaphana et dilatata faucemque coarctatam gerens, ante maturationem fructus non marcescens, verum indumentum succosum constituens, colore primum alba vel parum rosea, dein hyalina. Capsula viridis magnitudine seminis Piperis, e basi circumscissa decidens cum seminibus suis magnitudine seminis Sinapis.

3. ORD. TETRAGYNIA

POTOMOGETON

Linn. gen. ed. Schreb. n. 234. Jussieu gen. p. 23. Gaertn. fruct. 2. p. 25 t. 84.

Calyx nullus. Petala quatuor ungviculata. Semina quatuor nucularia, obliqua, stylo brevissimo uncinata. — *Inflorescentia spicata. Herbae aquaticae foliis caulinis alternis, bracteantibus oppositis; stipulis intra folium in vaginam unitis, nec nisi in ultima specie cum folio conjunctis.*

Ord. nat. 8. *Tripetaloideae, sectio Potamophilae.*

310 POTAMOGETON *natans*: foliis omnibus ellipticis obtusis petiolatis natantibus; floralibus basi subcordatis, petiolis inferioribus submersis aphyllis.

P. natans *Linn. suec. n.* 145. *syst. veg. ed. Roemer* 3. *p.* 503. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1025.

Hab. in aquis quietis frequenter.

Radix perennis ut in sequentibus. Caulis infra aquam longe protensus ibique semper aphyllus, stipulis tantum

scariosis plus minus rufescentibus, plures uncias longis obvolutus. Folia natantia petiolis plus quam palmaribus evecta, majora quam in sequentibus speciebus, saepe palmam longa. Flores et fructus insigniter rufescunt ut tota planta. Semina magnitudine fere lentis.

111. POTAMOGETON *heterophyllum*: foliis natantibus ellipticis utrinque obtusis longe petiolatis; immersis sessilibus sublanceolatis duplo minoribus
P. heterophyllum *Schreb. spicil. p.* 21. *Roemer syst. veg.* 3. *p.* 506. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1263.
Hab. in aqua quieta rivulorum fluviorumque minorum passim ex. gr. ad Råby Vaxalensium.

Herba tota laete virens, nec evidenter rufescens ut in praecedente. Caulis infra aquam protensus fere tenuitate fili et foliis tantum minutis vix plus quam sesquilineam latis praeditus. Folia natantia plerumque pollicaria.

112. POTAMOGETON *gramineum:* foliis omnibus subaequalibus sublanceolatis: inferioribus subamplectentibus; natantibns subsessilibus, pedunculis incrassatis.
P. gramineum *Linn. svec. n.* 151. *lappon. n.* 70. *Wahlenb. lapp. n.* 94. *Ehrh. beitr.* 2. *p.* 167. *n.* 4. *Flor. Dan. t.* 212. (tenuis sine fol. natant.).
P. lanceolatum *Smith. Engl. Bot. t.* 1985. *fl. brit. comp.* 1816. *p.* 27. *Roemer syst. veg.* 3. *p.* 507.
P. gramineum latiusculum etc. *Celsii herb. upsal. p.* 597. *citat. in Linn. svec. ed.* 1. *n.* 144.
Hab. in fluviis minoribus lente fluentibus passim.

Per plures pedes saepe protensus et tamen foliis undique subaequalibus circiter sesquiuncialis longitudinis et quatuor lineas latis; submersis insigniter complicatis carinatis curvulisque; emersis sursum paullo latioribus, raro subpetiolatis. Pedunculi saepe tam incrassati ut latitudine spicam florentem aequent, qua nota aliquantulum ad *P. complanatum* accedere videtur. Alias inter praecedentem et sequentem quodammodo medium.

113. POTAMOGETON *rufescens:* foliis summis subnatantibus oblongis basi attenuatis subpetiolatis; in-

ferioribus: immersis dupplo longioribus sublinearibus sessilibus discoloribus.

P. rufescens *Schrad. germ. ined.* -- *Roemer syst. veg.* 3. *p.* 510.

Hab. in fluviis minoribus lente fluentibus et lacubus praecipue sylvaticis frequenter.

Sub aqua rufescit magis quam omnia praecedentia ibique folia longe majora gerit utpote saepe semipedalis longitudinis et latitudine digiti majoris, valde tenuia ideoque saepius lacerata. Pedunculi foliis subnatantibus breviores, tenues. Semina duplo saltem minora quam in P. natante.

114. POTAMOGETON *crispum:* foliis lineari-lanceolatis sessilibus acutis undulatis serratis, seminibus cornutis, caule compressiusculo.

P. cripsum *Linn. svec. n.* 148. *syst. veg. ed. Roemer* 3 *p.* 511. *Flor. Dan.* 6 *t.* 927.

Hab. in fluvio Upsaliensi supra telonium (Sjötullen) passim.

Caulis protensus insigniter ramosus. Folia omnia aequalia, circiter quatuor lineas lata et binas uncias longa, laete viridia. Semina duplo longiora quam latiora.

115. POTAMOGETON *perfoliatum*: foliis amplexicaulibus cordatis obtusiusculis integerrimis, stipulis minutis.

P. perfoliatum *Linn. svec. n.* 146. *syst. veg. ed. Roemer.* 3. *p.* 507. *Flor. Dan. t.* 196.

Hab. in aquis lente fluentibus ubique copiosissime.

Caulis densius foliosus. Folia circiter pollicaris latitudinis, subovalia, laete virentia, valde amplexicaulia, quare etiam stipulae omnium minimae unam alteramve lineam tantum longae. Spicae vix uncialis longitudinis.

116. POTAMOGETON *acuminatum*: foliis basi ovatis subamplectentibus sursum lanceolatis stipulisque acuminatis, seminibus lunatis carinatis.

P. acuminatum *Flor. Dan.* 8. *t.* 1384.

P. praelongus *Roemer syst. veg.* 3. *p.* 510.

Hab. in aqua profunda lacuum maxime stagnantium ex. gr. in lacu Vitulfsbergensi frequenter.

Praecedenti aliquantum accedit insertione foliorum, sed sequenti certe longe affinior est magnitudine omnium partium, stipulis insignibus, spicis fere digitalibus. Stipulae ejus scariosae et lutescentes. Semina acutius carinata quam in ullo alio.

117. POTAMOGETON *lucens:* foliis basi attenuatis subpetiolatis lanceolatis stipulisque linguaeformibus obtusis foliaceis.

P. lucens *Linn. svec. n.* 147. *syst. veg. ed. Roemer* 3. *p.* 509. *Flor. Dan. t.* 195.

Hab. in aquis majoribus minus profundis uti in lacu Ekebyensi, in fluvio Upsaliensi inferiori etc. copiose.

Maximum nostrarum specierum, caule saepe crassitudine calami scriptorii, foliis interdum semipedalibus et uncias duas latis, laete virentibus et eximie reticulatis. Stipulae omnium maximae, virides, foliaceae, saepe tertiam partem folii longitudine superantes. Spicae magnitudine digiti minimi.

118. POTAMOGETON *complanatum:* caule compresso foliaceo latitudine foliorum linearium basi eglandulosorum, seminibus lunatis carinatis.

P. complanatum *Willden. Berl. mag.* 1809. *p.* 297.

P. zosteraefolium *Hornem. plantel. p.* 154. *Roemer syst. veg.* 3. *p.* 512.

P. gramineum *β. Linn. mant. p.* 333.? *Ehrh. beitr.* 2. *p.* 167.

Hab. in lacu Ekebyense ad ripam orientalem lapidosam copiose.

Caulis omnino planus et latus sicuti folia, nec non colore et substantia iis simillimus praecipue versus superiora plantae, simulque ad genicula fragilissimus (quia stipulae et folia eum difficilius amplectuntur). Folia sesquilineam lata, longe linearia (fere ut in Zostera), Pedunculus interdum latescit fere ut caulis. Tota planta laete viret. — Est varietas tenuior seminibus a sequente optime dignoscenda.

119. POTAMOGETON *compressum:* foliis linearibus obtusis basi biglandulosis caule compressiusculo triplum latioribus, seminibus oblongatis.

P. compressum *Linn. svec. n.* 149. *Ehrhart beitr.* 4. *p.* 48. *n.* 8. *Roemer syst. veg.* 3. *p* 512. *Flor. Dan. t.* 203.

β. tenuius. P. compressum *Kops fl. batav.*

Hab. in lacu Ekebyensi ad ripas lapidosas copiosius; *β.* in fossis.

Caulis compressiusculus tantum, rubens praecipue ad genicula, ubi insuper ad insertionem foliorum insident glandulae duae insigniter rubicundae. Tota planta de cetero aliquantum rubet et tenax est, nec ullo modo ad genicula fragilis. Folia circiter lineam lata.

β. tenuitate sua ad sequentem accedit.

120. POTAMOGETON *pusillum:* caule subsetaceo; foliis linearibus acutis, spicis demum globosis, seminibus ovato-oblongis.

P. pusillum *Linn. svec. n.* 153. *syst. veg. ed. Roemer* 3. *p.* 516. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1451. *Vaill. paris. t.* 32. *f.* 4.

Hab. ad ripas aquarum minorum lente fluentium ubique.

Radix annua esse videtur. Herbula plerumque digitum longa, tenerrima totius generis; foliis tantum dimidiam lineam latis. Spicae seminibus circiter octo.

121. POTAMOGETON *pectinatum:* caule foliisque filiformibus, stipulis foliiferis vaginantibus, spicis interruptis, seminibus subrotundis.

P. pectinatum *Linn. svec. n.* 150 *syst. veg. ed Roemer* 3. *p.* 513. *Vaill. paris. t.* 32 *f.* 5.

P. marinum *Flor. Dan. t.* 186.

Hab. in lacu Mäleri et per fluvium Upsaliensem usque ad Ekebyquarn passim copiose.

Radix perennis videtur. Caulis longior quam in proxime praecedentibus, saepe pedes plures extensus. Folia stipulis longis insident, adeo ut saepe sexta tantum pars stipularum supra conjunctionem cum folio libera emineat. Stipulae insuper ramos vaginant (nec ab iis mox sejunguntur cum folio suo ut in P. marino L.) Haec duo aliquantulum ad Ruppiam accedunt habitu.

SAGINA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 236. Jussieu gen. p. 333. Gaertn. fruct. 2. p. 225. t. 129.

Calyx quadripartitus, patens. Petala quatuor obsoleta. Capsula supera unilocularis, quadrivalvis; receptaculo columnari. -- *Herbulae floribus pedunculatis.*
Ord. nat. 26. *Caryophylleae, sectio Alsinaceae.*

122. SAGINA *procumbens*: caulibus procumbentibus glabris radicantibus.
S. procumbens *Linn. svec. n.* 155. *syst. veg. ed. Roemer* 5. *p.* 497.
(S. erecta *Flor. Dan. t.* 845. hujus varietas)
Hab. in agris requietis, hortis aliisque locis terra nuda fertiliore praeditis ubique copiose.
Radix annua. Caules numerosi, plerumque tantum uncialis longitudinis. Folia linearia, caule parum latiora, mucronulata. Pedunculi solitarii foliis longiores: flore unico nutante, fere toto virescente, initio aestatis praecipue obvio.

TILLAEA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 237. Jussieu. gen. p. 340.

Cylyx tri-quinquepartitus. Petala tria ad quinque. Capsulae tres ad quinque uniloculares, introrsum dehiscentes seminiferaeque. -- *Herbula: flosculi in foliorum oppositorum axillis sessiles.*
Ord. nat. 31. *Succulentae.*

123. TILLÆA *aquatica*: caule erectiusculo, foliis linearibus. *Linn. svec. n.* 156.
T. prostrata *Roemer syst. veg.* 3. *p.* 500.
Crassula - - foliis linearibus - - *Linn. svec. ed.* 1. *n.* 259. *Celsii herb. upsal n.* —
Hab. versus Vaxaliam in cavitatibus saxorum aqua repletis.
Radix annua et tota planta tantum uncialis.

CLASSIS V.
PENTANDRIA

CONSPECTUS.

Vastissima Classis plantarum sexualium utique indiget clavi quadam generum in ordinibus duobus prioribus maximis. Corolla optimas offert divisiones.

Monogynia.

sequenti modo subdividitur.

1) *Flores monopetali, inferi: seminibus quatuor nudis: ordo naturalis* ASPERIFOLIARUM *inflorescentia racemosa secunda inter florendum sensim sese evolvente, seminibus inversis. Hic Ordo ulterius distinguitur in a) Corollae fauce nuda seminibusque plus minus lapideis:* Echium; Pulmonaria, Lithospermum; *b) Corollae fauce squamis obtecta, seminibusque plus minus suberoso-arillatis α) dorso carinatis basi perforatis:* Symphytum, Lycopsis, Anchusa; *β) planiusculis latere interiore adnatis:* Cynoglossum, Myosotis, Asperugo.

2) *Flores monopetali inferi: seminibus inclusis tectisque sat bene secundum indicia naturae distinguitur in* a) *Fructu uniloculari qualis in Ordinibus naturalibus* ROTACEARUM *et Gentianearum valde sibi affinibus, quorum genera sunt:* Lysimachia, Primula, Androsace, Hottonia, Menyanthes; b) *Fructu biloculari in Ordine naturali* LURIDARUM: Hyoscyamus, Verbascum, Solanum; c) *Fructu tri-multiloculari:* Convolvulus, Polemonium.

3) *Flores monopetali superi:* Campanula, Lonicera.

4) *Flores pentapetali:* Rhamnus, Ribes.

5) *Flores incompleti (corolla vel si mavis calyce distituti):* Glaux.

Digynia

1) *Flores monopetali inferi: fructu folliculari vel capsulari:* Asclepias, Gentiana.

2) *Flores incompleti: Ordo naturalis Holoracearum semine unico post singulum florem praeditis, cujus genera sunt* Chenopodium *et* Herniaria, *quibus non male accedit* Ulmus.

3) *Flores pentapetali, superi: seminibus binatis nudis inversis maximus in hac Classe Ordo naturalis scilicet* UMBELLATARUM. *Hujus genera numerosa facilius quam certius methodo Linnaeana dispescuntur secundum Involucri praesentiam sequenti modo:* a) *Involucro tam universali quam partiali:* α) *seminibus hispidis:* Sanicula, Torilis, Daucus; β) *seminibus gibbosis:* Conium, Athamanta, Sium; γ) *seminibus planis alatisve:* Selinum, Laserpitium, Heracleum, Angelica; — b) *involucro partiali sed nullo universali:* Aethusa, Phellandrium, Cicuta, Chaerophyllum, Scandix; — c) *involucro utroque nullo nisi spurio universali:* Carum, Pimpinella, Aegopodium.

Reliqui ordines Pentandriae schemate non indigent.

Ceterum observandum, quod plantae variae Decandrae praecipue pentagynae stamina alterna sterilia interdum gerunt, ideoque examine huc revocari possunt ut: Stellaria media, Spergula pentandra, Cerastium semidecandrum, Gerania nonnulla minora. *Itemque* Polygona nonnulla *ad Chenopodium accedentia pentandra sunt.*

1. ORD. MONOGYNIA

ECHIUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 251. Jussieu gen. p. 145. Gaertn. fruct. 1. p. 326. t. 67.

Calyx quinquepartitus. Corolla subcampanulata, oblique quinqueloba. Stigma bipartitum. Semina quatuor, crustacea, dorso carinata, basi adfixa.

Ord. nat. 42 *Asperifoliae aeque ac genera insequentia* 9.

124. ECHIUM *vulgare*: caule herbaceo tuberculoso-hispido, foliis lineari-lanceolatis hispidis, spicis late-

ralibus pilosis approximatis, staminibus subexsertis.
Ech. vulgare *Linn. svec. n.* 168. *syst. veg. ed. Roemer.* 4. *p.* 23. *Sv. Bot. t.* 274. *Flor. Dan. t.* 445.
Hab. ad vias campestres solo sabuloso exarido rarius; ad Myrby Upsaliae antiquae hucusque solummodo observatum.

Radix biennis. Caulis bipedalis, strictus, simplicissimus, angustus itemque tota herba. Folia plerumque longitudine biuncialia. Spicae laterales breves, eximie albo-pilosae. Corollae spectabiles, cyaneae, sub foenisecio optime explicatae.

LITHOSPERMUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 241. *Jussieu. gen. p.* 145. *Gaertn. fruct. 1. p.* 527. *t.* 67.

Calyx quinquepartitus. Corolla infundibuliformis: tubo gracili. Semina quatuor, lapidea, dorso subcarinata, basi adfixa.

125. LITHOSPERMUM *officinale*: seminibus laevissimis, corollis vix calycem superantibus, foliis lanceolatis acutis venosis asperis.
L. officinale *Linn. svec. n.* 159. *syst. veg. ed. Roemer.* 4. *p.* 42. *Sv. Bot. t.* 177. *Flor. Dan. t.* 1084.
Hab. in insulis lapidosis lacus Mäleri uti in Fläskjan ad Krusenberg et Skarholmen extra Vårdsätra satis copiose.

Radix perennis, rubicunda. Caulis pedalis et paullo ultra, tantum superne divisus in ramos fructificantes. Folia omnia sessilia. Flores ante solstitium deflorent. Corollae minutae, albae. Semina insignia nitore vel vitri vel margaritarum.

126. LITHOSPERMUM *arvense*: seminibus rugosis, calycibus longitudine corollae: fructiferis patulis, foliis lanceolato-linearibus obtusiusculis aveniis strigosis.
L. arvense *Linn. svec. n.* 160. *syst. veg. ed. Roemer.* 4. *p.* 43. *Sv. Bot. t.* 386. *Flor. Dan. t.* 456.
Hab. in agris secalinis aliaque terra culta ubique.
Radix annua, rubra, insigniter tingens. Caulis circi-

ter pedalis. Folia uninervia sine venis lateralibus evidentibus. Corollae albae a vere ad aestatem maturiorem successive explicantur. Semina sine omni nitore, plus minus grisea.

PULMONARIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 244. Jussieu gen. p. 146.

Calyx quinquefidus, prismatico-pentagonus. Corolla infundibuliformis, subquinqueloba, erecto-patens: fauce fasciculis quinque pilorum insignita. Semina quatuor, crustacea, dorso carinata, basi adfixa.

127. PULMONARIA *officinalis:* calyce longitudine tubi corollae, foliis radicalibus petiolatis subcordatis scabris; caulinis ovatis acutis subamplexicaulibus.
P. officinalis *Linn. svec. n.* 163. *syst. veg. ed. Roemer.* 4. *p.* 54. *Sv. Bot. t.* 135. *Flor. Dan. t.* 482.
Hab. in lucis laetioribus inter Corylos ex. gr. in Norbylund, Quarnbolund, Godtsunda bergen, Vårdsätra etc. copiose.

Radix perennis. Herba vix pedem alta, magis hirta quam aspera. Flores pauci simul explicantur mense germinationis, primum rubri, dein caerulescentes. Semina plerumque mense florescentiae perficiuntur et dein herba tota cadit.

SYMPHYTUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 245. Jussieu gen. p. 146. Gaertn. fruct. 1. p. 325. t. 67.

Calyx quinquepartitus. Corolla limbo campanulato coarctato quinquedentato. Faux radiis lanceolatis aequantibus stamina iis alternantia. Semina quatuor perforata.

128. SYMPHYTUM *officinale:* foliis ovato-lanceolatis scabris decurrentibus omnibus alternis.
S. officinale *Linn. svec. n.* 165. *syst. veg. ed. Roemer.* 4. *p.* 64. *Sv. Bot. t.* 418. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1569.

Hab. ad fossas hortorum et pratorum urbi vicinorum passim.

Radix perennis, teres, valde mucilaginosa. Folia radicalia saepe pedem longa; caulina tam decurrentia, ut caulis undique alatus evadat: hirsutie longa et rigidula, non vero pungente. Flores media aestate successive explicantur, nutantes. Corolla violacea vel alba, fere cylindrica: limbus enim tubo parum latior, eidemque forma subaequalis, dentibus tantum marginalibus recurvatis. Faucis radii staminibus tum longitudine tum forma valde aequales, limbo parum breviores. Stylus demum exsertus.

LYCOPSIS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 250. *Jussieu gen. p.* 146.

Calyx quinquepartitus demum inflatus. Corolla tubo curvato; limbo brevi obliquo; fauce fornicibus obtusis fimbriatis clausa. Semina quatuor perforata.

129. LYCOPSIS *arvensis:* foliis lanceolatis denticulatis hispidis, calycibus tubo corollae brevioribus erectis.
L. arvensis *Linn. svec. n.* 167. *syst. veg. ed. Roemer.* 4. *p.* 72. *Flor. Dan. t.* 435.

Hab. in arvis et ruderatis ubique.

Radix annua, attenuata. Caulis fere totus erectus, strictus vix pedalis, viridis, sed obsitus setulis albis rigidis cutem teniorem penetrantibus vel pungentibus. Folia inferiora basi attenuata, superiora basi lata subovata, verrucoso-hispida. Inflorescentia satis coarctata. Calyx demum multoties increscens fructuque multoties major, inflatus. Corollae successive prodeunt aestate, valde singulares: limbo primum pallide violaceo, dein dilute cyaneo: staminibus ad flexuram tubi inferiorem remotis a fauce.

ANCHUSA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 242. *Jussieu gen. p.* 146.
Buglossum *Gaertn. fruct.* 1. *p.* 322. *t.* 67.

Calyx quinquefidus. Corolla tubo subquinquangulari; limbo planiusculo; fauce fornicibus obtusis clausa. Semina quatuor basi perforata.

130. ANCHUSA *officinalis*: caule foliisque strigosis lanceolatis undulatis, spicis imbricatis, bracteis ovatis, calycibus longitudine tubi corollae.

A. officinalis *Linn svec. n.* 161. *syst. veg. ed. Roemer.* 4. *p.* 89. *Sv. Bot. t.* 280. *Flor. Dan. t.* 572.

Hab. in agris et ruderatis campestribus frequenter.

Radix perennis, elongata. Caulis pedalis et ultra. Folia extrorsum valde undulata et inaequalia. Calyx semina includens superne non parum coloratus. Flores per maximam partem aestatis successive explicantur: corollis primum saturate azureis, demum dilutioribus et interdum albescentibus; fornicum ciliis semper albissimis.

CYNOGLOSSUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 243. *Jussieu gen. p.* 147. *Gaertn. fruct. 1. p.* 323. *t.* 67.

Calyx quinquepartitus. Corolla rotata: limbo concavissimo; fauce fornicibus clausa. Semina quatuor, depressa, glochidato-hispida, interiore latere adfixa stylo persistenti.

131. CYNOGLOSSUM *officinale*: foliis oblongo-lanceolatis basi attenuatis acutis cano-pubescentibus, laciniis calycinis oblongis acutiusculis.

C. officinale *Linn. svec. n.* 162. *syst. veg. ed. Roemer.* 4. *p.* 74. *Sv. Bot. t.* 302. *Flor. Dan. t.* 1147.

Hab. in ruderatis, ad vias, sepes frequenter.

Radix biennis, subfusiformis. Folia radicalia attenuato-petiolata oblongata; caulina cauli simpliciter adfixa. Caulis saepius bipedalis, strictus, subangulatus. Flores in racemis longis successive prodeunt per partem priorem aestatis. Corolla tota cum fornicibus suis unicolor primum luride rubra, dein sordide violacea, calyce vix major. Semina multo majora quam in ulla alia planta Asperifolia svecica.

MYOSOTIS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 240. *Jussieu gen. p.* 146. *Gaertn. fruct. 1. p.* 328. *t.* 68. (Lappula).

Calyx quinquefidus. Corolla limbo planiusculo quinquelobo: lobis emarginatis; fauce squamis conniven-

tibus. Semina quatuor, plana, marginata - - vel laevia prope basin adfixa (*in Myosotide p. s d. cujus racemi ebracteati*) - - vel glochidato-hispida, latere interiori adfixa (*in Lappula*). — *Herbae corollis minoribus.*

132. MYOSOTIS *scorpioides*: seminibus laevibus, racemis ebracteatis, calycibus glabriusculis tubo brevioribus, caule patenter pilosiusculo.
M. scorpioides *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 746. *Sv. Bot. t.* 72. *Flor. Dan. t.* 583. *fig.* 1.
M. scorpioides β. *Linn. svec. n.* 157.
M. perennis *Decand. fl. franc. n* 2725.
β. parviflora, pilis totius herbae adpressis inconspicuis, calycibus tubo corollae longioribus.
M. commutata *Roemer syst. veg.* 4. *p.* 102?
Hab. in graminosis humidis ubique; β inter altiora gramina.

Radix perennis. Caulis plerumque pedalis, subangulatus. Calycis laciniae tubo omnino adpressae et eodem breviores. Corollae pulchellae: limbo primum subcarneo, demum cyaneo et ita divaricato, ut faucis squamae eleganter vitellinae exstent.

In β. calycis laciniae sinum inter lobos corollae adtingunt et efficiunt ut limbus semper concaviusculus persistat. Corolla plus quam duplo minor quam in α, fauce tantum lutescente.

133. MYOSOTIS *arvensis*: seminibus laevibus, racemis ebracteatis, calycibus uncinato-pilosis, caule divergenter piloso.
M. arvensis *Linn. spec pl. ed. Willden.* 1. *p.* 747. *Roemer syst. veg* 4 *p* 105.
M. scorpioides α. *Linn. svec. n.* 157.
β. M. sylvatica *Ehrh. herb. n.* 31. *Persoon syn.* 1. *p.* 156. (radice subperennante).
Hab. in arvis, collibus, sylvis, solo sicciore ubique.

Radix annua. Herba tota pilis copiosis fere canescens. Calycis pars semina includens pilis uncinatis eximie adhaerens; laciniis supra semina sese claudentibus tantum longius pilosis. Corollae ut in praeceden-

is β. ob calycem longiorem semper convaviusculae; auco adhuc pallidiore.

134. MYOSOTIS *Lappula*: fructibus glochidato-hispidis erectis subsessilibus bracteatis, calycinis laciniis tubo corollae longioribus pilosis.
M. Lappula *Linn. svec. n.* 158. *spec. pl. ed Willden.* 1. *p.* 749. *Flor. Dan. t.* 692.
Lappula Myosotis *Moench. meth. p.* 417.
Rochelia Lappula *Roemer syst. veg.* 4. *p.* 109. *et* 781.
Hab. in ruderatis urbis et vicorum frequenter.
Radix annua. Herba tota insigniter et patenter incano-pilosa, vix ultra spithamam alta. Folia plerumque recurvata. Racemi successive per maximam partem aestatis praecipue posterioris florentes, quo denique ipso caule longiores fiunt. Calyx quinquepartitus post florescentiam valde patet. Corolla dilute caerulescens, calyce vix major, inconspicua.

ASPERUGO

Linn. gen. ed. Schreb. n. 249. *Jussieu gen. p.* 146.

Corolla minuta: fauce squamis conniventibus: limbo lobis obtusis. Semina quatuor versus apicem stylo adfixa, marginata, inclusa calyce compresso grandefacto quinquefido: dentibus aliis lacinias sejungentibus. — *Flores axillares.*

135. ASPERUGO *procumbens*: *Linn. svec. n.* 160. *syst. veg. ed* Roemer. 4. *p.* 111. *Flor Dan. t.* 552.
Hab in hortis, locisque aliis stercoratis inter plantas oleraceas passim copiose.
Radix annua. Herba tota laete viridis et succosa. Caulis dichotomus, angulatus: asperitie angulorum retrorsum versa, adhaerente. Flores re vera solitarii ex axillis foliorum, sed folia plura plerumque approximantur et sursum vergunt; deflexis demum ad inferiora fructibus. Corolla minima in hoc ordine naturali apud nos, semine cannabis non latior: limbo caeruleo; fauce multo obscuriore (unde nomen svecicum ormögon). Fructus flore multoties grandior, pedem anserinum non

male referens. Planta floret et fructificat successive per maximam partem aestatis.

* * *

LYSIMACHIA

Linn. gen. ed. Schreb. 269. Jussieu gen. p. 107. Gaertn. fruct. 1. p. 232. t. 50.

Calyx quinquepartitus. Corolla rotata: limbo quinquepartito. Capsula globosa, unilocularis, quinquevalvis: receptaculo libero centrali. — *Herbae folia opposita. Ord. nat. 27. Rotaceae.*

136. LYSIMACHIA *vulgaris*: racemis paniculatis terminalibus, foliis oblongo-lanceolatis subternis. *Linn. suec. n. 175. syst. veg. ed. Roemer 4. p. 120. Sw. Bot. t. 545. Flor. Dan. t. 689.*

Hab. ad paludes, ripas fluviorum et lacuum locis umbrosis vel occultis frequenter.

Radix perennis. Caulis bipedalis et ultra, teres, villosus. Folia terna, interdum quaterna: infima subamplexicaulia, subtus pilosiora. Calyx ad marginem linea crocea glandulari insigniter ornatus. Corollae sub foenisecio et postea aperiuntur, flavae, interdum intus fundo eximie fulvescente: laciniis ovatis. Filamenta usque ad medium omnino connata, apice fulvescentia.

137. LYSIMACHIA *thyrsiflora*: spicis lateralibus pedunculatis ovatis, foliis lanceolatis.

L. thyrsiflora *Linn. suec. n. 176. syst. veg. ed. Roemer. 4. p. 123. Flor. Dan. t. 517.*

Hab. in paludibus, rivulis, amnibus praecipue sylvestribus passim ex. gr. retro Vitulfsberg, versus Norby et Godtsunda nec non in sylva Nosten frequenter.

Radix perennis, subrepens. Caulis strictus, teres, simplicissimus, vix pedalis. Folia e lata basi attenuantur, approximata, exacte sese decussantia. Spicae in medio caule ex axillis oppositis ortae, pedunculis longitudine ipsius spicae pubescentibus insidentes, sub solstitio et paullo postea florentes, eleganter flavae. Calycis et corollae laciniae lineares (interjectis dentibus), con-

niventes, croceo-punctatae, staminibus et pistillo breviores. Germen praecipue concinne croceo-punctatum.

138. LYSIMACHIA *Nummularia*: pedunculis axillaribus unifloris, caule glabro repente, foliis orbicularibus petiolatis. *Linn. svec. n.* 177. *syst. veg. ed. Roemer* 4. *p* 128. *Flor. Dan. t.* 493.

Hab. in pratis ab inferiore parte fluvii Upsaliensis vere inundatis passim ex. gr. in prato regio infra pontem fluitantem copiose et retro Flötsund parcius.

Radix perennis. Caulis compresso-quadrangulus. Folia breviter petiolata, ad radicem omnino orbicularia, versus apicem caulis subovata. Pedunculi longitudine fere foliorum. Calycis laciniae eximie cordatae, acuminatae. Corollae sub foenisecio explicantur, eximie flavae, foliis herbae majores, acuminatae serrataeque. Stamina conniventia.

PRIMULA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 258. *Jussieu gen. p.* 108. *Gaertn. fruct. 1. p.* 233. *t.* 50.

Calyx tubulosus, quinquedentatus, capsulam demum includens. Corolla infundibuliformis; fauce patente. Capsula unilocularis, dentibus decem rarius quinque dehiscens: receptaculo libero centrali. -- *Herbae foliis radicalibus; scapo umbellato: floribus majoribus. Ord. nat.* 27. *Rotaceae, sectio Preciae Linn.*

139. PRIMULA *veris*: foliis dentatis rugosis subtus hirsutis, floribus nutantibus, calycibus acutangulis, corollae limbo concavo brevi.

P. veris *Linn. syst. veg. ed. Roemer.* 4. *p.* 134. *Sv Bot. t.* 5. *Flor. Dan. t.* 455.

P. veris *α. Linn. svec. n.* 171.

Hab. in pratis firmis sed non siccis, ut etiam in nemoribus ubique frequenter.

Radix perennis, fibrosa. Folia plus quam palmaris longitudinis, valde rugosa et utrinque viridia. Scapi exsurgunt primo vere et flores explicatos edunt mense frondescentiae. Calyx multo amplior quam tubus corollae, quinqueplicatus. Corolla flava, intus maculis fulvis, valde svaveolens; tubo pro situ diverso staminum vel in

medio vel superne tumente. Flores primum nutantes; demum erecti fiunt et abeunt in capsulam.

140. PRIMULA *farinosa*: foliis crenatis glabris subtus farinosis, pedunculis patentibus, corollae limbo plano.
P. farinosa *Linn. svec. n.* 172. *syst. veg. ed. Roemer* 4. *p.* 141. *Sv. Bot. t* 442. *Flor. Dan. t.* 125.
Hab. in pascuis et pratis uliginosis apricis passim; praecipue frequenter occurrit retro Folgelsången.

Radix perennis, fibrosa. Folia parva, vix unciam longa, plana, tenuia. Scapus subfiliformis. Umbella multiflora erecta; bracteis calycibusque subfarinosis. Corolla purpurascens vel denique lilacina; fauce quidem marginata, sed neutiquam subtus constricta ut in sequenti genere, ad quod de cetero accedit haec species capsula breviore ideoque etiam quinquedentata. Floret initio mensis florescentiae.

ANDROSACE

Linn. gen. ed. Schreb. n. 257. *Jussieu gen. p.* 108. *Gaertn. fruct. 1. p.* 232. *t.* 50.

Calyx quinquepartitus patens. Corolla hypocrateriformis; fauce coarctata, tuberculis subclausa. Capsula unilocularis, dentibus quinque dehiscens: receptaculo libero, centrali. -- *Herbae foliis radicalibus; scapo umbellato, floribus minoribus albis.*
Ord. nat. 27. *Rotaceae sectio Preciae.*

141. ANDROSACE *septentrionalis:* foliis lanceolatis dentatis scabriusculis basi attenuatis, umbellis multifloris strictis, calyce glabro corollis breviore.
A. septentrionalis *Linn. svec. n.* 170. *syst. veg. ed. Roemer.* 4. *p.* 153. *Sv. Bot. t.* 483. *Flor. Dan. t.* 7. bona.
Hab. in jugo glareoso fere alpestri planitiem Upsaliensem pervadente usque ad Flötsund frequenter, unde rarius in loca adjacentia disseminatur.

Radix quodammodo biennis, superne simplex, sed rosulam densam foliorum et scapos multos gerens. Scapus plerumque spithamalis: pedunculis florum unciali-

bus Corollae prodeunt mense frondescentiae, albae, paullo latiores calyce seminibus cannabis minore.

HOTTONIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 265. Jussieu gen. p. 107. Gaertn. fruct. 3. p. 106. t. 198.

Calyx quinquepartitus. Corolla rotata. Stamina in fauce corollae lobis opposita. Capsula unilocularis evalvis: receptaculo libero centrali. -- *Herbae aquaticae foliis submersis; scapo verticillatim spicato. Ord. nat. 27. Rotaceae, sectio Praeciae.*

142. HOTTONIA *palustris*: floribus verticillatis pedunculatis. *Linn. svec n. 174. syst. veg. ed. Roemer 4. p. 176. Flor. Dan. t. 487.*

Hab. in fossis ad fluvium Upsaliensem inferiorem rarius ex. gr. in Maligrop.

Radix perennis, sub aquâ repens ibique emittens folia pectinata: laciniis subfiliformibus integerrimis. Scapus vix pedalis. Calycis laciniae a tubo corollae patent. Corollae post solstitium successive explicantur, albae.

MENYANTHES

Linn. gen. ed. Schreb. n. 263. Jussieu gen. p. 110. Gaertn. fruct. 3. p. 112. t. 198.

Calyx quinquepartitus. Corolla infundibuliformis: laciniae recurvatae, intus hirsutae ciliataeve, staminibus alternantes. Stigma bifidum. Capsula unilocularis bivalvis: valvulis in latere interiore medio seminiferis. *Ord. nat. 28. Gentianeae.*

143. MENYANTHES *trifolia*: foliis ternatis. *Linn. svec. n. 173. syst. veg. ed. Roemer. 4. p. 177. Sv. Bot. t. 22. Flor. Dan. t. 541.*

Hab. in omnibus paludibus profundis ut etiam ad ripas lacuum et fluviorum frequenter.

Radix perennis supra limum serpens demumque ex apice (vel si mavis caule brevi) adscendente folia alterna emittens. Scapus e basi folii infimi, teres, terminatus thyrso erecto: floribus terno-verticillatis suc-

cessive sese explicantibus mense florescentiae usque ad solstitium. Corollae extus rubicundae glabrae: laciniis ante florescentiam non complicatis sed connatis, dein a se invicem dehiscentibus, intus albis atque villositate insigni ejusdem coloris tectis. Stamina laciniis corollae dimidio breviora: antheris fuscescentibus.

* * *

HYOSCYAMUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 333. Jussieu. gen. p. 139. Gaertn. fruct. 1. p. 369. t. 75.

Calyx campanulatus quinquedentatus. Corolla infundibuliformis patens: limbo oblique quinquelobo. Genitalia declinata. Capsula bisulca, bilocularis, calycis grandefacti ventre inclusa, apice circumscissa l. operculata. -- *Herba floribus axillaribus secundis.*

Ord. nat. 21. *Luridae eque ac genera duo sequentia.*

144. HYOSCYAMUS *niger*: foliis amplexicaulibus sinuato-angulatis; radicalibus pinnatifidis, calycibus inermibus sessilibus, corollis reticulatis.

H. niger *Linn. svec. n.* 199. *syst. veg. ed. Roemer* 4. *p.* 308. *Sv. Bot. t.* 21. non opt. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1452. *Woodville med. bot. t.* 52.

Hab. ad domos, locis stercoratis ruderatisque frequenter.

Radix biennis, fusiformis. Folia primi anni exteriora ovata, integra, glabriuscula; interiora sinuato-angulata, petiolata et sicut tota insequens herba pilis subglutinosis obsita, odoris fatui narcotici. Caulis secundi anni bipedalis et ultra, firmus, teres. Folia inferiora magnitudine circiter palmae, succosa. Flores duplici ordine successive prodeunt sub parte priore aestatis et sicut capsulae insequentes sursum vergunt: bracteis ipsarum magnitudinem duplo superantibus uni-vel bidentatis. Corolla intus mox supra insertionem filamentorum violaceo-plumbea (unde nom. speciei), superne autem magis hepatico-reticulata in pagina luteo-pallescente.

VERBASCUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 331. Jussieu gen. p. 139. Gaertn. fruct. 1. p. 252. t. 55.

Calyx quinquepartitus. Corolla rotata: lobis subirre-

gularibus. Stamina recta: filamentis villosis. Capsula bilocularis, bivalvis demumque bipartibilis ob dissepimentum duplicatum. -- *Herbae floribus subspicatis.*

145. VERBASCUM *Thapsus:* caule tomentoso simplici spicato, foliis lanceolato-oblongis crenatis decurrentibus, filamentis duobus glabriusculis.

V. Thapsus *Linn. svec. n.* 195. *syst. veg. ed. Roemer.* 4. *p.* 525. *Sv. Bot. t.* 79. *Flor. Dan t.* 631.

Hab. in ruderatis et glareosis frequenter; in rupestribus rarius ex. gr. ad Godtsunda.

Radix biennis, simplex. Planta tota usque ad paginam exteriorem corollae tecta tomento stellulis composito non parum lutescente. Caulis bi-quadripedalis, omnino firmus. Folia inferiora obovata, superiora lanceolata, in caulem utroque margine decurrentia. Spica ultra pollicem crassa, densissima: bracteis brevibus. Flores post solstitium ut plurimum explicati: corollis intus flavis, obscure venosis: filamentis concoloribus, superioribus tomentosis, inferioribus duobus glabriusculis.

146. VERBASCUM *nigrum:* caule pubescente teretiusculo simplici racemoso, foliis oblongo-cordatis crenatis petiolatis, filamentis omnibus medio barbatis discoloribus.

V. nigrum *Linn. svec. n.* 197. *syst. veg. ed. Roemer.* 4. *p.* 545. *Flor. Dan. t.* 1088.

Hab. in pratis asperis collinis et fruticetis passim, ex. gr. in insulis Maeleri, ad Godtsunda, in Liljeconvaljsholm, trans Läby.

Radix perennis. Folia radicalia petiolis spithamaeis canaliculatis insidentia, fere pedem longa, subtus tantum pubescentia; sed caulina praecipue superiora ad venas subtus potius tomentosa, petiolis brevibus neque planis nec decurrentibus. Caulis plerumque tripedalis; strictus, obsoletius quinquangulus. Racemorum fasciculi circiter quinqueflori: pedicellis longitudine calycis. Flores sub foenisecio elegantissimi. Corolla flava, extus obsoletius pubescens, intus ad basin maculis aurantiacis. Stamina aurantiaca, cum barba violacea in medio filamentorum. Herba tota exsiccatione nigrescit unde nomen speciei.

SOLANUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 337. Jussieu gen. p. 141. Gaertn. fruct. 2. p. 239. t. 131.

Calyx quinquedentatus. Corolla rotata: limbo patente. Antherae elongatae, conniventes, apice poris binis. Bacca bilocularis.

147. SOLANUM *nigrum:* caule inermi herbaceo glabro, foliis ovatis dentato-angulatis glabris, floribus subumbellatis. *Linn. svec. n.* 200. *syst veg. ed. Roemer* 4. *p.* 587. *Sv. Bot. t.* 61. *Flor. Dan. t.* 460.

Hab. in fimetis et ruderatis passim.

Radix annua. Herba tota laete viridis et glabra praeter pilos nonnullos inconspicuos in petiolis et foliis summis. Caulis circiter pedalis. Folia petiolo brevi alato insidentia. Pedunculi inferiores satis longe extra et infra folia e nudo caule exeunt, pollicem longi: pedicellis circiter quatuor dimidio brevioribus Flores aestivales. Corolla alba, inconspicua, multoties minor baccis insequentibus nigris globosis magnitudine pisi majoribus.

148. SOLANUM *Dulcamara*: caule inermi frutescente flexuoso, foliis cordato-ovatis; superioribus hastatis, floribus cymosis oppositifoliis. *Linn. svec. n.* 201. *syst. veg. ed. Roemer.* 4. *p.* 581. *Sv. Bot. t.* 20. *Flor. Dan. t.* 607.

Hab. ad saepes, palos arborumque truncos locis humidis passim copiose.

Frutescens; ramis passim scandentibus cinereis. Folia inferiora pedunculis carentia plerumque indivisa obliqua; superiora autem floribus opposita vel supra-posita basi dividuntur lacinia una alterave. Corolla post solstitium aperta, nutans, acuminata, colore lilacina, maculis decem nectarinis albo-virescentibus in fundo obscuriore valde conspicuis. Baccae oblongatae rubrae.

CONVOLVULUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 287. Jussieu gen. p. 149. Gaertn. fruct. 2. p. 247. t. 134.

Calyx quinquefidus. Corolla infundibuliformis, paten-

tissima, plicata, indivisa. Stigmata duo Capsula subtrilocularis: loculamentis dispermis. Embryo contortuplicatus. — *Herbae lactescentes, volubiles, pedunculis axillaribus Ord.. nat.* 25. *Campanacearum conveniunt, sed semina ut in ord. nat.* 53. *Columniferarum.*

149. CONVOLVULUS *arvensis:* foliis sagittatis utrinque acutis, pedunculis teretibus subunifloris: bracteis linearibus remotis, dentibus calycinis obtusis. C. arvensis *Linn. svec. n.* 181. *syst. veg. ed. Roemer.* 4. *p.* 256. *Sv. Bot. t.* 541. *Flor. Dan. t.* 459.

Hab. in arvis, agris et hortis ubique frequentissime.

Radix perennis, valde repens. Caules subfiliformes angulati. Folia infima saepe ovata. Pedunculi foliis longiores, in medio bracteis binis oppositis minutis praediti. Flores primum explicantur circa solstitium. Corolla pollicem lata, non parum svaveolens (fere ut Linnaeae), venusta, ex roseo albicans: radiis quinque subtus insigniter rubentibus, intus pallidioribus, sed ad faucem purpureo-striatis.

150. CONVOLVULUS *sepium*: foliis cordato-hastatis postice truncatis, pedunculis subtetragonis unifloris: bracteis cordatis calycem acutum includentibus. C. sepium *Linn. svec. n* 182. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 844. *Sv. Bot. t.* 514. *Flor. Dan t.* 458. Calystegia sepium *Roemer syst. veg.* 4. *p.* 182.

Hab. ad ripas lapidosas lacus Mäleri passim ex. gr. inter Vårdsätra et Flötsund saepius copiose, extra Öfvernäs parcius.

Radix perennis, valde repens. Caulis crassitie pennae gallinaceae, contortus angulatusque, saepe in Abietes alte adscendens easque floribus mirum in modum ornans. Folia palmaris circiter longitudinis; inferiora subcordata; superiora postice angulis binis, quorum exterior major formam fere hastatam efficit. Pedunculi longitudine tantum petiolorum. Corollae media aestate explicantur, totae niveae, pollices duos latae. Capsula septis incompletis, unde novum quodammodo genus.

POLEMONIUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 289. *Jussieu gen. p.* 152. *Gaertn. fruct. 1. p.* 299. *t.* 62.

Calyx urceolatus quinquefidus. Corolla rotata. Stigma tripartitum. Capsula trilocularis, apice trifariam dehiscens, ad axin seminifera — *Herbae foliis pinnatis. Ord. nat.* 23. *Campanaceis accedit.*

151. POLEMONIUM *caeruleum*: floribus erectis, calycibus tubo corollae longioribus. *Linn. svec. n.* 183. *syst. veg. ed. Roemer* 4. *p.* 364. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 11. *Sv. Bot. t.* 309. *Flor. Dan. t.* 255.

Hab. in regione Upsaliensi secundum Cl. Ehrhart, sed locus specialis jam incognitus est.

CAMPANULA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 290. *Jussieu gen. p.* 183. *Gaertn. fruct. 1. p.* 153. *t.* 31.

Calyx quinquepartitus. Corolla campanulata: valvis staminiferis callum nectariferum germinis obtegentibus. Stigma tripartitum. Capsula infera, trilocularis, foraminibus tribus lateralibus dehiscens. — *Herbae lactescentes. Ord. nat.* 23. *Campanaceae.*

152. CAMPANULA *rotundifolia*: foliis radicalibus reniformibus denticulatis; caulinis linearibus integerrimis glabris cauleque multiflore, calycinis laciniis subulatis stamina aequantibus.

C. rotundifolia *Linn. svec. n.* 184. *α. spec. plant. ed. Willden.* 1. *p.* 892. *Sv. Bot. t.* 297. bona. *Flor. Dan. t.* 1086.

β. parviflora *Linn. svec. n.* 184. *β. Flor. Dan. t.* 855.

Hab. ubique in pratis siccioribus et agrorum marginibus; *β* in insulis lacus Maeleri locis lapidosis frequenter.

Radix perennis, valde multicaulis. Folia radicalia ungue digiti minimi vix majora. Caulis plerumque

pedalis. Flores nutantes, latitudine digiti minoris, pulchre caerulei.

β. tota minor, foliis caulinis crebrioribus, corollis dimidio minoribus, dilutioribus.

153. CAMPANULA *persicifolia:* foliis radicalibus ovalibus; caulinis lanceolato-linearibus subserratis glabris remotis, caule simplici glaberrimo racemoso, laciniis calycinis lanceolatis patulis.

C. persicifolia *Linn. svec. n.* 187. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 897. *Flor. Dan. t.* 1087.

Hab. in lucis durioribus, dumetis et juniperetis pratorum ubique.

Radix perennis, fibrosa. Folia ad radicem primum subovata vel ovalia; sed ad caulem floriferum lanceolata: marginibus reflexis serraturas fere occultantibus. Caulis tripedalis et ultra, inferne insigniter angulatus, strictus. Flores inexplicati toti nitidi. Corollae post solstitium apertae, eximie azureae et fere latiores quam in ceteris omnibus, valde spectabiles.

154. CAMPANULA *rapunculoides:* foliis cordato-lanceolatis petiolatis canescentibus; superioribus sessilibus, caule subramoso; racemis terminalibus secundis, pedunculis cernuis, laciniis calycinis serrulatis reflexis, corollis ciliatis.

C. rapunculoides *Linn spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 901. *Sv. Bot. t.* 369. bona. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 12. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1327.

Hab. ad agrorum margines et inter ipsas segetes praecipue Hordeum passim copiose ex. gr. retro Upsaliam antiquam, versus Rickomberga, prope Lassbybackar.

Radix perennis, late repens. Folia radicalia petiolo longo triquetro. Herba tota scabritie brevi canescente crebri adspersa. Caulis ob insertionem foliorum decurrentem non parum angulatus, pedalis et ultra. Racemus demum longitudine ipsius caulis: floribus saepe ultra triginta Calycis laciniae non parum coloratae. Corollae sub foenisecio et postea explicatae, violaceae, magnitudine pollicis.

155. CAMPANULA *Trachelium*: foliis cordatis acuminatis petiolatis scabris, caule angulato simplici, pedunculis axillaribus erectiusculis, laciniis calycinis attenuatis hispidulis, corollis barbatis.
C. Trachelium *Linn. svec. n.* 189. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 903. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1026.
Hab. in lucis et dumetis laetioribus passim ex. gr. ad Vårdsätra, in Godtsundabergen, Norbylund, juxta Håga.

Radix perennis Folia caulina pleraque petiolis angustis compressisque insidentia, supra saturate viridia, grosse et duplicate serrata. Caulis subtriqueter, rubicundus, bipedalis et ultra. Pedunculi plerumque solitarii, patentes, in toto caule vix ultra sex. Calyces virides. Corolla ante explicationem pilis nonnullis apice barbata, sub foenisecio aperta, violacea, pollicaris.

156. CAMPANULA *latifolia*: foliis ovato-lanceolatis in petiolum planum decurrentibus scabriusculis, caule tereti simplici, pedunculis axillaribus unifloris, laciniis calycinis glaberrimis erectis, corollis ciliatis.
C. latifolia *Linn svec. n.* 188. *spec. pl. ed. Willden.* 1 *p.* 900. *Sv. Bot. t.* 272 *Flor. Dan. t.* 782.
Hab. in lucis amoenissimis prope lacum Mäleri sitis rarius scil. ad rupes Godtsundenses et Vårdsätra.

Radix perennis, crassa. Folia caulina petiolis suis latis alatis valde insignia, glabriuscula et laete viridia sicuti tota herba. Caulis inferne saltem glaberrimus, bipedalis. Pedunculi pauci, vix ultra sex, patentes. nudi. Calycis laciniae subconvolutae. Corollae sub foenisecio apertae, ultra pollicem longae, violaceae.

157. CAMPANULA *Cervicaria*: foliis lanceolato-linearibus undulatis hispidis, floribus sessilibus lateralibus terminalibusque glomeratis.
C. Cervicaria *Linn. svec. n.* 191. *spec. pl ed. Willden.* 1. *p.* 904. *herbat. upsal. in amoen. acad.* 3. *p.* 444. *Flor. Dan. t.* 787.
Hab. in pratis collinis quam maxime sylvaticis prope Jumkil alibique rarius.

Radix biennis. Planta tota longe hispidior quam praecedentes, rigida, circiter bipedalis. Flores multo minores, post foeniseciuin aperti.

LONICERA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 319. Xylosteon *Jussieu gen. p. 235.* Caprifolium *Gaertn. fruct. 1. p. 135. t. 27.*

Calyx dentibus quinque germen coronans. Corolla infundibuliformis: limbo subbilabiato: labio inferiore ad basin gibbo nectarifero. Baccae duorum florum connexae, inferae, polyspermae. -- *Frutices foliis oppositis; floribus axillaribus.*
Ord. nat. 18. *Dumosae sectio Caprifoliaceae.*

158. LONICERA *Xylosteum*: pedunculis bifloris longitudine florum, baccis subdistinctis, foliis ovalibus pubescentibus integerrimis.
L. Xylosteum *Linn. suec* 194. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 986. *Sv. Bot. t.* 319. *Flor. Dan. t.* 808.
Hab. in lucis et dumetis durioribus ubique frequenter.
Frutex circiter quadripedalis: ramis cinereis. Folia e gemmis exeunt convoluta, ovali-elliptica. Pedunculi ex axilla singulorum foliorum solitarii, petiolo duplo longiores, apice gerentes bracteolas, quarum binae exteriores sunt et quatuor interiores germina bina bracteant. Calycis dentes inconspicui. Corolla post frondescentiam mox explicatur, luteo-pallida: labio superiore quadrilobo; inferiore indiviso ad basin gibbo nectarifero rubescente. Baccae rubrae, unilociilares.

RHAMNUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 358. Jussieu gen. p 417. Gaertn. fruct. 2. p. 111. t. 106.

Calyx urceolatus, quadri-quinquefidus. Petala quatuor vel quinque, minima, calycis dentibus interjecta, staminibus opposita. Bacca supera, urceolo calycis adnato insidens, tri-quadrilocularis: seminibus solitariis. -- *Arbusculae foliis alternis primum convolutis.*
Ord. nat. 18. *Dumosae.*

Flora Upf. 6.

159. RHAMNUS *catharticus:* spinis terminalibus, foliis ovatis serrulatis nervosis glabris, floribus subdioicis quadrifidis.
Rh. catharticus *Linn. svec. n.* 202. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1092. *Sv. Bot. t.* 507. *Flor. Dan. t.* 850. *Woodwill med. bot. t.* 114. mas.
Hab in dumetis et nemorosis passim.

Arbuscula divergens, sed interdum ramis parum spinescentibus. Folia subnitida. Flores mense florescentiae in basi ramulorum annotinorum sedent, tum loco foliorum infimorum tum in axillis, congregati, pedicellis simplicibus longitudine petiolorum suffulti, omnes virides, dioici. Masculi flores fundo vel urceolo inani; staminibus longitudine fere laciniarum calycis petala sibi similia fere occultantibus. Feminei flores urceolum germine oppletum habent, stylumque superne quadrifidum laciniis acuminatis calycis longiorem, rudimentaque setacea staminum petalorumque. Bacca quadrilocularis, extus nigerrima, intus succo virescente.

160. RHAMNUS *Frangula:* inermis, stigmate simplici, foliis ellipticis utrinque acutis venosis glabris.
Rh. Frangula *Linn. svec. n.* 203. *spec. pl. ed Willden.* 1. *p.* 1098. *Sv. Bot. t.* 109. *Flor. Dan. t.* 278.
Hab. in paludosis nemorum et sylvarum ubique.

Arbuscula gracilescens. Folia subtus nitida et insigniter venosa. Flores in axillis foliorum subumbellati explicantur sub solstitio, basi virescentes, sed laciniis calycis et petalis albis. Petala obcordata lobis suis stamina amplectuntur et occultant. Stigma vix evidenter bilobum. Bacca trilocularis, rubro-nigrescens.

RIBES

Linn. gen. ed. Schreb. n. 390. *Jussieu. gen. p.* 344.

Calyx campanulatus, quinquefidus. Petala quinque, calycis laciniis interjecta; staminibus opposita. Stylus bifidus. Bacca infera, unilocularis, polysperma: receptaculis duobus oppositis. — *Frutices foliis lobatis interdum spina triplici fulcratis, primum complicatis. Ord. nat.* 38. *Pomaceis quodammodo accedens.*

161. RIBES *alpinum*: inerme subdioicum, racemis erectis, bracteis flore longioribus, foliis subtus lucidis.
R. alpinum *Linn. svec. n.* 206. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1154. *Sv. Bot. t.* 223. *Flor. Dan.* 6. *t.* 968. femina.

Hab. in lucis et dumetis prope fluvios ubique.

Frutex plerumque semiorgyalis, gracilis. Folia trida, supra sparsim glanduloso-pubescentia. Florum racemi ex iisdem gemmis ac folia et eodem tempore erumpentes, lutescentes in diversis individuis sexu differentes: masculi saepius vigintiflori; floribus majoribus magisque patulis stamina pollinifera gerentibus, calycem demum complicantibus, sub flore germine destitutis caducis; feminei racemi vix plus quam septemflori: floribus angustioribus, calycem mox revolventibus tuncque margine laevi magis cyathiformibus, stamina glandulas nigras referentia habentibus, sed germine infra calycem mox evidentissimo. Baccae rubrae, insipidae.

162. RIBES *rubrum*: inermes, racemis pendulis calycibusque glabris planiusculis, foliis subtus puberulis obtuse quinquelobis.
R. rubrum *Linn. svec. n.* 205. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1153. *Sv. Bot. t.* 199. *Flor. Dan.* 6. *t.* 967.

Hab. juxta fluvium Upsaliensem in peninsula Liljeconvaljsholm locis nemorosis sat copiose.

Frutex laxus. Florum racemi e diversis gemmis infra folia, mense florescentiae plane explicati, rubro punctati in superficie virescente. Baccae grate aciculae.

163. RIBES *Uva crispa*: spinosum, pedunculis unifloris: bractea bipartita, germinibus puberulis.
R. Uva crispa *Linn. svec. n.* 208. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1158. *herbat. upsal. in amoen. ac.* 3. *p.* 453.

Hab. in collibus asperis prope pagos passim.

Frutex rigidus. Flores vernales, lutescentes. Baccae minores, pallidius virentes quam in sequenti.

164. RIBES *Grossularia*: spinosum, pedunculis unifloris, bracteis binatis, germinibus glanduloso-pilosis.
R. Grossularia *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1158. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 12. *Sv. Bot. t.* 153. *Flor. Dan. t.* 546.

Hab. in pratis collinis ad praedia passim.

Frutex aliquanto altior. Flores vernales aliquantum-rubro maculati. Baccae majores.

GLAUX

Linn. gen. ed. Schreb. n. 408. Jussieu gen. p. 369. Gaertn. fruct. 3. p. 37. t. 184.

Calyx campanulatus, coloratus, quinquelobus: lobis recurvis. Petala nulla. Capsula supera, quinquevalvis, unilocularis: receptaculo maximo centrali libero semina quinque excipiente. -- *Herbula foliis oppositis, flor. axillaribus.*

Ord. nat. 34. *Calycanthemae* (*Salicariae Jussieu*).

165. GLAUX *maritima*: *Linn. svec. n.* 210. *spec pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1210. *Sv. Bot. t.* 443. opt. *Flor. Dan. t.* 548.

Hab. in locis depressis sterilioribus prati Kungsängen, ejusque partis superioris pone domum pluveris pyrii parcius.

Radix perennis: stolonibus variis decumbentibus, ramosis. Caules florentes circiter digitalis altitudinis: foliis fere imbricatis, oblongo-lanceolatis, punctatis. Flores plerique in medio caule, sessiles, toti rosei, sub solstitio explicati, vix ad medium usque divisi. Stamina laciniis calycinis alternantia, inter calycem et germen adfixa.

2. ORD. DIGYNIA

ASCLEPIAS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 429. *Jussieu gen. p.* 164. *Gaertn. fruct. 2. p.* 176. *t.* 117.

Calyx minutus, quinquefidus. Corolla rotata: laciniis obliquis. Nectarium urceolatum, introrsum subdivisum in processus quinque laciniis corollae alternantes, inter stamina et pistillum sese diffundentes. Stamina superne proferentia capitula nigro-fusca, ad utrumque latus emittentia corpusculum pollinarium oblique demersum in tubulum nectarii adjacentem. Stig-

ma magnum, scutiforme, rima media divisum, stylos binos tegens. Fructus folliculi duo superi: seminibus comosis. — *Herbae foliis oppositis.*
Ord. nat. 20. *Contortae* (*Apocyneae* Jussieu.)

166. ASCLEPIAS *Vincetoxicum*: limbo nectarii stigma aequante, umbellis proliferis, caule erecto, foliis ovatis acuminatis tenuissime ciliatis.
A. Vincetoxicum *Linn. svec. n.* 212. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1268. *Sv. Bot. t.* 249. *Flor. Dan. t.* 849.
Hab. in lucis rupestribus passim ex. gr. in montibus Godtsundensibus et exinde tum versus Hâga tum Vårdsätra copiose, in Törnbylund Vaxalensium.
Radix perennis, valde fibrosa. Caules teretiusculi, breiter sesquipedales. Folia breviter petiolata. Pedunculi extra axillam folii vel inter insertiones utrorumque foliorum alternatim egredientes, petiolo sextulo longiores; umbellis albis circa solstitium explicatis. Floris partes interiores valde occultatae et quidem, uti videtur, ne siccitate unquam laedantur. Nectarii processus introrsum abeunt in tubulos binos nectariferos labio tectos. Capitula nigrescentia staminum oblique deorsum corpuscula sua pollinaria in hos tubulos nectariferos immergunt.

GENTIANA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 450. *Jussieu gen. p.* 158. *Gaertn. fruct.* 2. *p.* 159. *t.* 114.

Calyx quinque-vel quadri-partitus. Corolla basi tubulosa: limbo ut plurimum patente. Capsula compressiuscula, bivalvis, unilocularis. Semina undique parietibus affixa. — *Herbae foliis oppositis.*
Ord. nat. 28. *Gentianeae.*

167. GENTIANA *Amarella*: corolla hypocrateriformi fauce barbata, laciniis calycinis aequalibus corollae tubum subaequantibus, foliis lanceolatis.
G. Amarella *Linn. svec. n.* 229. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1347. *Flor. Dan. t.* 328.
Hab. in pratis et pascuis subuliginosis passim, uti versus Vitulfsberg, trans Hâga.

Radix annua, tenuis. Caulis compresso-tetragonus, saepius ramuloso-virgatus. Folia radicalia spathulata. Flores in ramulis successive explicantur saepe a solstitio usque ad autumnum, interdum quadrifidi; calyce tamen semper teretiusculo, laciniis subaequalibus. Corolla violaceo-fuscescens.

163. GENTIANA *campestris*: corolla hypocrateriformi fauce barbata, calyce quadripartito: laciniis duabus oppositis maximis ovatis.

G. campestris *Linn. svec. n.* 250. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1548. *Sv. Bot. t.* 278. *Flor. Dan. t.* 567.

Hab. in pascuis quam maxime campestribus citra sylvam Râbyensem Upsaliae antiquae parcius.

Radix annua. Herba paullo pallidior quam praecedentis et flores vix nisi in summo caule, itaque post solstitium cito deflorentes. Calycis tubus compressus ob margines laciniarum majorum usque ad basin ejus decurrentes eumque alatum efficientes et superne lacinias duas angustiores omnino includentes. Corollae duplo fere majores quam in praecedente, violaceae: barba minus divisa.

CHENOPODIUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 435. *Jussieu gen. p.* 95. *Gaertn. fruct. t. p.* 360. *t.* 75.

Calyx quinquepartitus. Corolla nulla. Semen superum, lenticulare, horizontale vel disco suo inferiore calycis imae parti insertum, calyce pentagono aequali imperfecte inclusum, demumque ab eo decidens. — *Herbae molles, foliis ramisque omnibus alternis nisi radicalibus. Ord. nat.* 30. *Holoraceae juxta Atriplicem.*

169. CHENOPODIUM *Bonus Henricus*: foliis triangulari-sagittatis acutis integerrimis subtus pulverulentis, spica composita aphylla.

Ch. Bonus Henricus *Linn. svec. n.* 214. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1299. *Flor. Dan. t.* 579.

Hab. in rejectamentis juxta parietes, saepes, agros passim copiose.

Radix perennis, crassiuscula, ab insequentium specierum longe diversa. Herba tota virgata, sicciuscula, pallidius virens: spica terminali elongata apice nutante; spiculis glomeratis sessilibus. Florere incipit initio aestatis.

170. CHENOPODIUM *urbicum*: foliis triangularibus grosse dentatis acutiusculis, spicis confertis strictissimis cauli adpressis.
Ch. urbicum *Linn. svec. n* 215. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1299. *Sv. Bot. t.* 459. *Flor. Dan. t.* 1148.
Hab. ad domos urbis et pagorum locis siccioribus passim copiose.

Radix annua sic ut in omnibus sequentibus generis speciebus. Herba etiam virgata, sed stricta, omnino glabrata, pallide virens, saepius bipedalis: foliis satis magnis, patentibus; spicis vero valde angustis et erectis, parvifloris. Floret ad messem vel serius cum omnibus sequentibus.

171. CHENOPODIUM *rubrum*: foliis rhomboideis laciniato-dentatis, spicis axillaribus erectis compositis: spiculis conglomeratis bracteatis, seminibus ovatis acutis.
Ch. rubrum *Linn. svec. n.* 217. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1300. *Engl. Bot.* 24. *t.* 1721. opt. *Flor. Dan. t.* 1149.
Hab. ad fossas platearum locis succosis stercoratis passim praecipue in parte urbis maxime depressa Svartbäcksroten copiose.

Singularis species. Herba tota eximie succosa vel crassiuscula, obscure viridis, sed glaberrima, subnitida, valde foliosa. Serius floret usque in autumnum spicis eximie rubentibus fere ut Amaranthi cujusdam. Semina in toto genere minima, magnitudine tantum seminum Papaveris, forma quoque valde diversa.

172. CHENOPODIUM *glaucum*: foliis ovato-oblongis obtusis repandis subtus glaucis, spicis racemosis nudis glomeratis.
Ch. glaucum *Linn. svec. n.* 221. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1305. *Flor. Dan. t.* 1151.

Hab. in plateis Upsaliensibus juxta fluvium ubique, unde etiam in aliis ruderatis humentibus seminatum est.

Herba plus minus decumbens. Caulis valde succosus, rubro-lineatus, demumque versus autumnum totus rubens unacum venis foliorum, quo color paginae inferioris foliorum glauco-albicans (ob pulverem pellucidum) eminentior fit.

173. CHENOPODIUM *album*: foliis ovato-rhomboideis erosis; summis oblongatis, racemis pulverulentis conglomeratis.

Ch. album *Linn. svec. n.* 218. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1302.

β. virescens. Ch. viride *Flor. Dan. t.* 1150. *Sv. Bot. t.* 411.

Hab. inter omnia olera et sata vulgatissime.

Valde varians species, forma foliorum et statura herbae interdum *Ch. rubro* accedens (var. β), interdum *Ch. urbico* similior, adeo ut vix nisi glomerulis suis subrotundis albescentibus dignoscatur.

174. CHENOPODIUM *viride*: foliis rhomboideis dentato-sinuatis; summis lanceolatis, racemis elongatis excurvis: glomerulis secundis.

Ch. viride *Linn. svec. n.* 219. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1303.

Hab. in hortis oleraceis umbrosis passim.

Vix nisi status valde elongatus praecedentis ad sequentem speciem inflorescentia aliquantum accedens, et de cetero aliquantum diversus colore obscurius viridi praecipue racemorum.

175. CHENOPODIUM *hybridum*: foliis cordatis angulato-acuminatis, racemis cymosis divaricatis nudis. *Linn. svec. n.* 220. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1303. *Vaill. paris.* 36. *t.* 7. *f.* 2.

Hab. in hortis oleraceis umbrosis fertilibus frequenter.

Herba major quam reliquorum, tota laete viridis, glaberrima: foliis magnis, interdum palmam latis, tenuibus. Semina quoque majora, eximie lenticularia.

176. CHENOPODIUM *Vulvaria*: foliis rhombeo-ovatis integerrimis pulverulentis, floribus conglomeratis axillaribus, caule prostrato.
Ch. Vulvaria *Linn. suec. n.* 222. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1305. *Flor. Dan. t.* 1152. *Woodwill. med. bot. t.* 145.
Hab. ad parietes in urbis regione Tofven dicta parcius.
Herba valde inconspicua, albescens: foliis ungve diti minimi minoribus. Sed foetore suo facillime cognoscitur.

177. CHENOPODIUM *polyspermum*: foliis integerrimis ovato-oblongis obtusis mucronatis, caule subdecumbente, racemis paniculatis nudis.
Ch. polyspermum *Linn. suec. n.* 223. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1305. *Flor. Dan. t.* 1153.
β. foliis acutioribus. Ch. acutifolium *Smith fl. brit. comp.* 1816. *p.* 42.
Hab. in terra denudata humente prope fluvios passim ex. gr. ad Liljeconvaljsholm, ad Kunboqvarn; β in insulis lacus Maeleri frequenter.
Herba late decumbens et plerumque racemos solos erigens, obscure virens vel etiam aliquantum rubens; β vero erectior, tenerior et laetius viridis.

HERNIARIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 434 *Jussieu gen. p.* 99. *Gaertn. fruct. 3. p.* 179. *t.* 213.

Calyx quinquepartitus. Corolla nulla. Filamenta quinque sterilia longiora calyce alternantia. Capsula supera calyce conniivente tecta, minima, evalvis, semine unico. — *Herbula foliis oppositis. Ord. nat.* 30. *Holoraceae, sectio Amaranthi.*

178. HERNIARIA *glabra*; caule glabriusculo, foliis oblongis acutis, calycibus glabris.
H. glabra *Linn. suec. n.* 213. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1296. *Flor. Dan t* 529.
Hab. in campis arenosis calcatis ubique.
Radix perennis aeque ac magna pars cauliculorum decumbentium, filiformium. Folia quidem semper opposita, sed magnitudine inaequalia. Stipulae interfoliaceae

hyalinae, albentes. Flores minuti, sub solstitio aperti, toti virentes praeter antheras solas flavas.

ULMUS.

Linn. gen. ed. Schreb. n. 445. Jussieu gen. p. 448. Gaertn. fruct. 1. p. 224. t. 49.

Calyx urceolatus, dentatus, coloratus. Corolla nulla. Capsula supera suborbiculata, compressa, alata, medio tumida monosperma: semine lenticulari. — *Arbores floribus fasciculatis, numero staminum diverso in diversis speciebus. — Ord. nat. inter* 46. *Scabridas et* 47 *Amentaceas ambigit.*

179. ULMUS *campestris:* foliis duplicato-serratis basi inaequalibus, floribus subsessilibus glomeratis hexandris, fructibus glabris.

U. campestris *Linn. svec. n.* 226. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1324. *Sv. Bot. t.* 13. *Flor. Dan. t.* 632.

Hab. ad urbem et pagos nec non ad ambitum lucorum solo sicciore aprico ubique.

Arbor mediocris: ramulis alternis, hirtellis. Flores e propriis gemmis ante omnem frondescentiam erumpentes, rubentes: laciniis subciliatis; staminibus plerumque senis, erectis, calyce angusto duplo longioribus. Folia e gemmis veniunt terminalibus conduplicata simulque plicata, et demum insigniter scabra fiunt. Fructus cito maturatur et ante solstitium cadit.

* * *

SANICULA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 458. Hoffm. umb. 1. p. XXVI. *et 65. t. 1. f. 1. et 1. IB. f. 25.*

Umbella universalis 3-radiata; partialis capituliformis floribus pluribus masculis. Involucrum universale diphyllum subpinnatifidum; partiale polyphyllum. Perianthium quinquedentatum. Petala erecta aequalia valde inflexa. Semina ovata aculeolis hamatis tecta. — *Herba foliis radiatis.*

Ord. nat. 15. *Umbellatae hujus et omnium sequentium Digyniae generum.*

180. SANICULA *europaea:* foliis quinquelobis: lobis trifidis dentatis, caule unifolio, flosculis omnibus sessilibus.

S. europaea *Linn. svec. n.* 235. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1366. *Sv. Bot. t.* 245. *Flor. Dan. t.* 283.

Hab. unico loco umbrosissimo inter rupes e montibus Godtsundensibus versus Håga tendentes, et quidem ad limitem septentrionalem pratorum Stora Djurgården sat copiose.

Radix perennis, multiceps. Folia radicalia in terra decumbunt, insigniter nitida, longe petiolata. Caulis plerumque pedalis altitudinis, inferne folio unico petiolato stipatus, ceteroquin nudus, superne plerumque trichotomus, pedicello intermedio quarto umbellulam ferente. Umbellae in his tribus ramulis caulinis positae fere semper triradiatae; radiis lateralibus binis foliolo involucrali subpinnatifido fulcratis. Umbellulae hemisphaericae, magnitudine tantum pisi, petalis albis ante solstitium florentes. Flores masculi petala ita habent inflexa, ut locum pistilli omnino obtegant, et calycem omnino usque ad basin laevissimum. Flores hermaphroditi petalis paullo brevioribus instruuntur, quibus styli duplo longiores sunt et stamina quadruplo majora.

TORILIS

Gaertn. fruct. 1. p. 82. t. 20. Hoffm. umb. 1. p. XXVI. et 49. t. 1. f. 18. et. IB. f. 35. Tordylii spec. *Linn.*

Umbella universalis partialisque multiradiata: flosculis disci abortientibus. Involucrum universale partialeque polyphyllum adpressum: foliolis indivisis. Perianthium quinquedentatum persistens. Petala strigosa extrorsum subradiantia obcordata: apiculo brevi. Semina oblongata, 5-costata, hispida: valleculis univittatis, aculeatis.

181. TORILIS *Anthriscus:* foliis bipinnatis: foliolis lanceolatis serratis scabris, aculeis seminum incurvis apiculatis.

T. Anthriscus *Hoffm. umb.* 1. *p.* 51.

Caucalis Anthriscus *Willden. spec. pl.* 1. *p.* 1388. *Flor. Dan.* 6. *t.* 919.

Tordylium Anthriscus *Linn. svec. n.* 236. *Jacqu. austr. t.* 261.

Hab. ad vias et loca ruderata passim copiose ex. gr. versus Börje, ad Rickomberga et Ekeby, prope Vårdsätra.

Radix plerumque biennis, simpliciuscula. Herba tota scabra; setulis adpressis, deorsum vergentibus. Caulis circiter sesquipedalis, nervosus. Umbellae plerumque decemradiatae; umbellularum pedicelli ipsis flosculis non longiores. Petala sub media aestate explicantur, profunde obcordata, initio aliquantum rubentia, dein alba. Antherae vero semper rubicundae unacum fructibus junioribus.

DAUCUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 466. Hoffm. umb. 1. p. XXVI. *et 61. t. 1. f. 10. et 1B. f. 26.*

Umbella universalis partialisque multiradiata demum concavo-contracta: floribus disci abortientibus. Involucra polyphylla; invol. universalis foliola pinnatifida. Perianthium subintegrum. Petala inaequaliter biloba. Semina ovalia, quadrialata: alis intus vittatis, in aculeos divisis; costis interjacentibus divergenter spinulosis.

182. DAUCUS *Carota:* petiolis subtus nervosis. *Linn. svec n.* 237. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1389.

Hab. inter agros quam maxime campestres elevatos a parte orientali et meridionali urbis passim copiose ex. gr. in paroecia Danmark ad pagum Kumla, in paroecia Funbo ad pagum Ernevi, in paroecia Näs supra templum, ad Skokloster.

Radix biennis, alba, plerumque calamo scriptorio non crassior. Caulis circiter sesquipedalis, divergenter albo-pilosus. Foliorum laciniae omnes linea una angustiores. Umbellae ad messem Secales optime florent, semper albae, saepe palmam latae.

CONIUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 469. Hoffm. umb. 1. p. XXIV. *et 99. t. 1. f. 3. et 1. 1B. f. 13.*

Umbellae multiradiatae. Involucrum universale subpen-

taphyllum reflexum; partiale triphyllum: extrorsum vergens, connatum. Perianthium subnullum. Petala aequalia, emarginata: apiculo inflexo obtuso. Semina subglobosa gibba evittata: costis ante maturitatem undulatis, demum nodosis.

183. CONIUM *maculatum*: involucellis umbellula multo brevioribus lanceolatis.
C. maculatum *Linn. svec. n.* 238. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1395. *Sv. Bot. t.* 226. *Jacqu. austr. t.* 156. *Woodwill med. bot. t.* 22.

Hab. in agris secalinis campestribus ubique frequenter.

Radix biennis. Caulis saepe quadripedalis, non parum angulatus, eximie fusco-maculatus et punctatus per totam longitudinem. Folia supradecomposita: foliolis pinnatifidis. Umbellae circer 15-radiatae, vix ultra tres pollices latae, per priorem partem aestatis florentes. Petala alba, ex minutioribus hujus ordinis naturalis. Fructu optime cognoscitur planta odorem virosum spargens.

ATHAMANTA

Linn. gen, ed. Schreb. n. 471. *Jussieu gen. p.* 248.

Umbella utraque multiradiata densa. Involucrum universale partialeque polyphylla adpressa. Perianthium obsoletum. Petala aequalia obcordata: apiculo uncinato. Semina ovata, gibba, quinquecostata: vallecula univittatis: vittis lanceolatis.

184. ATHAMANTA *Libanotis*: foliis bipinnatis planis, umbella hemisphaerica, seminibus hirsutis. *Linn. svec. n.* 240. *spec. pl ed. Willden* 1. *p.* 1400. *Jacqu. austr. t.* 592 *Flor. Dan. t.* 754.

Hab. in colliculis campestribus inter agros per paroecias Upsaliae antiquae, Vaxaliae, Danmarkiae frequenter, ut etiam ad Ultuna, Ytternäs alibique sat copiose.

Radix perennis, superne setosa. Caulis plerumque bipedalis, eximie angulatus sulcatusque, strictus. Foliorum pinnae cuneatae, incisae, infimae divergentes. Um-

bellae pedunculis profunde sulcatis insidentes, totae albidae: flosculis densissimis post solstitium sese explicantibus. Semina etiam albescunt ut fere tota planta, semine Carvi breviora; odore insigni aromatico.

SIUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 470. Drepanophyllum *Hoffm. umb. 1. p.* XXI.V *et 109.*

Umbella utraque multiradiata. Involucrum universale partialeque polyphyllum persistens. Perianthii dentes persistentes. Petala erecta aequalia, obcordata: apiculo inflexo obtuso. Semina subovata, gibba, quinquenervia: valleculis multivittatis.

285. SIUM *latifolium:* involucri foliolis subintegris, foliis pinnatis: pinnis argute serratis, umbellis pedunculatis.

S. latifolium *Linn. suec. n.* 247. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1451. *Sv. Bot. t.* 178. *Flor. Dan. t.* 246.

Hab. in fluviis et rivis majoribus campestribus frequentissime.

Radix perennis. Folia radicalia praecipue primo vere submersa multifariam divisa in lacinias filiformes fere Myriophylli, sed caulina pleraque tantum pinnata: pinnis ovato-lanceolatis indivisis. Caulis saepe quadripedalis et ultra, angulatus, intus spongiosus. Umbellae inferiores insident pedunculis longitudine folii ob elongationem rami in caulem sibi oppositi. Flores post solstitium aperti: petalis albis; antheris subviolaceis. Fructus quoque saepe coloratus.

SELINUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 470. Hoffm. umb. 1. p. XXVIII. *et 150. t. 1. f. 16.*

Umbella utraque multiradiata. Involucrum universale utplurimum polyphyllum, partiale semper. Perianthium nullum. Petala subaequalia erecta, conniventia, obcordata. Semina plano-lenticularia: marginibus membranaceis; dorso vel trinervato vel jugis acutis praedito (*in Carvifolia*): valleculis univittatis. — *Herbae foliola subfiliformia.*

186. SELINUM *palustre*: caule angulato, involucro polyphyllo, petiolis laxe vaginantibus, foliis triplicato-pinnatis: laciniis sublanceolatis acutis.
S. palustre *Linn. svec. n.* 239 *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1397. *mant. p.* 353. *Sv. Bot. t.* 380. *Flor. Dan. t.* 257. non bona.
Hab in paludibus sylvaticis passim ex. gr. ad lacum Vitulfsbergensem, in Mathsmossa aliisque locis sylvae Nosten, in palude Norbyensi copiose, in paludibus trans Jumkil frequentissime

Radix perennis. Caulis bipedalis et ultra, laxus, angulatus quidem, sed sine membranis. Folia vaginis magnis coloratis caulem ambiunt; foliolis saepe usque ad unciam longis. Involucra undique patentia. Involucella attenuata. Flores sub foenisecio explicati, albi; petalis apice tantum incurvatis.

187. SELINUM *Carvifolia*: caulinis angulis membranaceis, involucro subtriphyllo deciduo petiolisque adnatis unilateralibus, foliis triplicato-pinnatis: foliolis lanceolatis apice calloso-mucronatis.
S. Carvifolia *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1398. *mant. p.* 353. *Flor. Dan. t.* 667. *Jacqu. austr. t.* 16. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 13.
Hab. in loco declivi nemoroso ipsorum montium Godtsundensium parcius.

Radix perennis. Caulis pedalis et sesquipedalis, strictus; anguli tam membranacei ut diaphani albicantesque in fundo viridi sint. Folia itaque etiam uni lateri caulis tantum adfiguntur; foliola brevia, ungve digiti minimi non longiora, albo-mucronata. Involucella insigniter fusco-mucronata. Flores prodeunt post foenisecium: petalis albis, valde inflexis.

LASERPITIUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 476. *Jussieu gen. p.* 247. *Gaertn. fruct. 2. p.* 31. *t.* 85

Umbella utraque multiradiata. Involucrum universale partialeque polyphyllum. Perianthium subquinquedentatum. Petala aequalia, obcordata. Semen singulum quadrialatum: alis sub basi univittatis.

188. LASERPITIUM *latifolium*: foliolis cordatis mucronato-dentatis.

L. latifolium *Linn. svec. n.* 242. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1414. *Jacqu. austr. t.* 146. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1513.

Hab. in lucis et dumetis elevatioribus passim copiose ex. gr. in Norbylund, ad Godtsunda ubique, ad Vårdsätra e. s. p.

Radix perennis, pollice saepe crassior, albicans. Herba quoque maxima nostrarum umbellatarum, quadripedalis. Caulis teres, striatus, glaber. Folia basi vaginis inflatis amplectentia, biternata: foliolis bis pollicem latis, obtusis. Umbellae bis palmam latae, albae, ad foenisecium florentes.

HERACLEUM

Linn. gen. ed. Schreb n. 477. *Jussieu, gen. p.* 247.
Sphondylium *Hoffm. umb. 1. p.* XXVII. 129. *t. 1. f. 11.*

Umbella utraque multiradiata. Involucrum universale caducum. partiale polyphyllum. Perianthium subintegrum. Petala difformia: interiora inflexo-emarginata; exteriora bifurca. Semina plana, dilatato-marginata; valleculis univittatis; vittis duabus commissuralibus clavulatis, apice conjugatis.

189. HERACLEUM *Sphondylium*: foliis pinnatis: foliolis subpinnatifidis: laciniis subtriangulis dentatis, corollis subradiantibus.

H. Sphondylium *Linn. svec. n.* 243. *spec. pl. ed. Willden,* 1. *p.* 1421. *Sv. Bot. t.* 363. (sed corollis subuniformibus.)

Hab. in pratis, hortis, ad agros ubique.

Radix biennis. Herba ex maximis nostrarum Umbellatarum, tota scabra angulataque. Foliola lobato-pinnatifida: laciniis lateralibus ultra pollicem latis. Umbellae albae ante foenisecium florentes; petalorum exteriorum lobis plerumque elongatis.

190. HERACLEUM *angustifolium*: foliis pinnatis: foliolis pinnatifidis: laciniis elongatis linearibus; corollis subuniformibus.

H. angustifolium *Linn. mant. p. 57. spec. pl. ed. Willden* 1, p. 1422.
H. longifolium *Jacqu. austr. t.* 174.
H. Sphondylium *β. Linn. svec. n.* 243.
Hab. in hortis et pratis elatioribus prope urbem aestatibus siccioribus copiose.

Radix biennis. Herba tota gracilior quam praecedentis. Foliola fere usque ad basin pinnatifido-palmata: laciniis latitudine tantum digiti minimi et tamen interdum spithamam longis. Flores plerumque uniformes minus conspicui, sed occurrunt etiam petala radiantia in exemplaribus valde angustifoliis. Est itaque species parum a praecedente diversa.

ANGELICA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 479. Jussieu gen. p. 247. Hoffm. umb. 1. p. XXIX *et* 160. *t. 1. f. 15.*

Umbella utraque multiradiata subglobosa. Involucrum universale paucifolium saepe caducum; partiale polyphyllum. Perianthium inconspicuum. Petala aequalia, acuminata, arcuato-incurvata. Semina planiuscula membranaceo-marginata et dorso tricostata: valleculis univittatis.

191. ANGELICA *sylvestris*: foliis bipinnatis: foliolis aequalibus indivisis ovatis serratis. *Linn. svec. n.* 246. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1429. *Sv. Bot. t.* 503. *Woodwille med. bot. t.* 265.
Hab. in fruticetis subhumidis ad rivulos sylvestres passim ex. gr. pone Vitulfsberg, et trans Håga in confiniis sylvae Nosten pluribus locis copiose.

Radix perennis. Herba tota glaberrima, circiter tripedalis; caule valde fistuloso, digitum saepe crasso. Foliola lateralia superiora petiolis quidem latere inferiore adnascuntur, sed cum extimo foliolo nunquam confluunt. Petioli saceo lato caulem ambiunt. Umbellae albae post foenisecium florent.

AETHUSA

Linn. gen. ed Schreb. n. 487. Jussieu gen. p. 245. Hoffm. umb. I. p. XXIX et 97. t. 1. f. 5. et t. 1 B. f. 5.

Umbella utraque pauciradiata. Involucrum universale nullum; partiale unilaterale pendulum subtetraphyllum. Perianthium obsoletum. Petala scrobiculata subinæqualia, bifida: apiculo inflexo obtuso. Semina subglobosa, quinquejugata: jugis obtusis; valleculis univittatis.

192. AETHUSA *Cynapium*: foliis conformibus; foliolis pinnatifidis: laciniis linearibus. *Linn. svec. n.* 254. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1446. *Sv. Bot.* t. 64.

Hab. in hortis oleraceis et ad domos ubique.

Radix annua. Caulis pedalis — tripedalis, quo altior eo magis inferne maculatus roreque glauco tectus. Herba tota glaberrima: foliolis subtus nitidis. Umbella radiis tantum quinque longioribus. Petala alba per maximam partem aestatis obvia. Fructus forma et magnitudine fere ut in Coriandro.

PHELLANDRIUM

Linn. gen. ed Schreb. n. 485. Jussieu gen. p. 245. Hoffm. umb. I. p. XXV. et 70. t. 1. f. 17. et t. 1 B. f. 11.

Umbella pauciradiata. Involucrum universale nullum; partiale polyphyllum patulum. Perianthium dentibus duobus majoribus persistentibus. Petala patula aequalia obcordata: apiculo inflexo. Semina elliptica gibba, connata, quinquejugata: valleculis intus univittatis.

193. PHELLANDRIUM *aquaticum*: foliorum ramificationibus divaricatis. *Linn. svec. n.* 252. *spec. pl. ed. Wilden.* 1. *p.* 1444. *Sv. Bot. t.* 155. *Flor. Dan. t.* 1154.

Hab. in ripis lutosis depressis omnium aquarum campestrium frequentissime.

Radix biennis, crassa, spongiosa. Caulis etiam eximie inflatus fistulosusque, ramosissimus: ramis valde divergentibus. Folia tripinnata; pinnis ultimis petiolo non latioribus. Umbellae multae laterales et oppositifo-

liae, breviter pedunculatae, valde planae: flosculis albis, antheris primum rubentibus. Semina primum laevia, exsiccatione demum sulcata, ob calycem conjungentem et margines incrassatos nunquam a se invicem sponte dilabentia.

CICUTA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 486. Cicutaria *Jussieu gen. p. 245.*

Umbella multiradiata. Involucrum universale nullum; partiale polyphyllum. Perianthium integrum. Petala aequalia, inflexa. Semina subglobosa quinquejugata: valleculis univittatis; vittis commissuralibus unitis.

194. CICUTA *virosa:* umbellis folio oppositis, petiolis marginatis obtusis *Linn. svec. n* 253. *mant. p.* 355. *spec. pl. ed. Willden. 1. p.* 1445. *Sv. Bot. t.* 134. *Flor. Dan. t.* 208.

Hab. in fluctuantibus ripis ipsius lacus Vitulfsbergensis satis copiose.

Radix perennis, capitata. Herba circiter bipedalis, stricta. Caulis fistulosus, laevis. Petioli ad insertionem caulem non vaginantes. Folia bipinnata; foliolis ultimis tribus ad basin connatis, lanceolatis, serratis. Umbellarum omnes radii longitudine aequales, unde umbella convexa. Petala alba sub et post foenisecium obvia. Fructus magnitudine tantum seminis Sinapis, pistillis suis fere brevior.

CHAEROPHYLLUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 490. *Anthriscus Hoffm. umb. t. p.* XXIII *et 38. t. 1. f. 19 et t. I B. f. 27.*

Umbella multiradiata. Involucrum universale nullum; partiale subpentaphyllum. Perianthium nullum. Petala plana obovata (sine apiculo), subaequalia. Semina oblongato-subulata evittata: rostro brevi costato.

195. CHAEROPHYLLUM *sylvestre*: seminibus glabris: costis rostri obtusis, caule sulcato: geniculis tumidiusculis.

Ch. sylvestre *Linn. svec. n.* 257. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1452. *Sv. Bot. t.* 124. *Jacqu. austr t.* 149.
Anthriscus sylvestris *Hoffm. umbell.* 1. p. 40.
Hab. in pratis elevatioribus omnibus, nec non ad saepes et domos pagorum vulgatissime.

Radix perennis. Herba circiter bipedalis, passim pilosiuscula. Folia triplicato-pinnata: apicibus summis eximie pectinato-pinnatifidis. Involucella ciliata longitudine pedicellorum. Umbellae albae ante foenisecium florentes. Semina laevissima, nitida.

SCANDIX

Linn. gen. ed. Schreb. n. 489. Chaerophyllum *Hoffm. umb. p.* XXIV. *et* 31. *t.* 1. *f.* 20 *et t. IB. f.* 28.

Umbella multiradiata. Involucrum universale nullum; partiale subpentaphyllum. Perianthium nullum. Petala obcordata; apiculo inflexo acuminato. Semina elongata, quinquecostata: valleculis univittatis.

196. SCANDIX *temulenta*: caule scabro: geniculis tumidis, umbellis cernuis.
S. temulenta *Roth germ.* 2. *p.* 317.
Chaerophyllum tumulentum *Linn. svec. n.* 258. *spec. pl. ed. Willden.* 1. p. 1454. *Jacq. austr. t.* 65. *Flor. Dan.* 6. *t.* 918.
Hab. in prato ruderali Tegelhagen dicto et adjacente parte urbis parcius.

Radix biennis. Herba tota gracilis, vix plus quam pedalis, pilis minutis asperula, obscure virens. Foliorum laciniae multo latiores et obtusiores quam in praecedente. Florescentia magis serotina.

CARUM

Linn. gen. ed. Schreb. p. 497. *Hoffm. umb.* 1. *p.* 34. *et* XXV. *t.* 1. *f.* 25. *et t. IB. f.* 20.

Umbella pauciradiata. Involucrum universale spurium saepe monophyllum, partiale nullum. Perianthium integrum. Petala subaequalia, carinata, inflexo-emarginata. Semina oblonga, gibba, quinquecostata: valleculis univittatis: vittis articulatis.

197. CARUM *Carvi*: caule ramoso, vaginis foliorum ventricosis. *Linn. svec. n.* 260. *spec. pl. ed. Willden.* 1. p. 1470. *Sv. Bot. t.* 115. *Jacqu. austr. t.* 393. *Flor. Dan. t.* 1091.

Hab. in agrorum marginibus et pratis collinis passim copiose.

Radix biennis. Caulis pedalis vel paullo ultra, usque e radice ramosus, glaberrimus aeque ac tota planta. Foliorum vaginae marginibus scariosis ramos suos eximie involventes, usque ad pinnas infimas pertingentes. Laciniae fere omnes foliorum latitudine tantum petiolorum. Umbellae albae ante foenisecium florentes.

PIMPINELLA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 498. Hoffm. umb. 1. p. XXV *et* 88. *t.* 1. *f.* 12.

Umbella multiradiata. Involucra utraque nulla. Perianthium obsoletum. Petala aequalia, emarginata; apiculo inflexo, canaliculato. Stigmata globosa. Semina ovato-globosa, gibba, quinquecostata: vallecul is multivittatis. -- *Folia radicalia simpliciter pinnata. Umbellae ante florescentiam nutantes.*

198. PIMPINELLA *Saxifraga*: foliis pinnatis: foliolis radicalium subrotundis serratis; caulinorum pinnatifidis: laciniis linearibus integerrimis.

α. glaberrima, foliolis argute serratis, radice alba. P. alba *officin.*.

P. Saxifraga *Linn. svec. n.* 261. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1471. *Sv. Bot. t.* 160. *Flor. Dan. t.* 669.

β. pubescens, foliolis subcordatis obtuse serratis, radice nigra. P. nigra *offic.* -- *Willden. spec. pl.* 1. *p.* 1471.

Hab. ad margines agrorum et in pratis siccis elatis ubique frequenter.

Radix perennis, intus semper plus minus alba. Folia radicalia pinnis ungvi digiti minoris aequalibus. Caulis circiter sesquipedalis, flexuosus, angustus. Umbellae tantum bis pollicem latae, plerumque albae (nisi rarius in α aliquantum rubentes et in β exsiccatione paullo lutescentes).

ÆGOPODIUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 500. Hoffm. umb. 1. p. XXIII et 80. t. 1. f. 6. et I B. f. 11. Gaertn. fruct. 2. p. 274. t. 140.

Umbella multiradiata. Involucra utraque nulla. Perianthium nullum. Petala aequalia, emarginata: apiculo inflexo, uncinato. Semina ovalia gibba, quinquecostata, evittata, terminata receptaculis lateralibus stylisque deflexis.

199. ÆGOPODIUM *Podagraria*: foliis caulinis summis ternatis. *Linn. svec. n.* 265. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1476. *Sv. Bot. t.* 147. *Flor. Dan. t.* 670.

Hab. ad saepes et parietes hortorum umbrosorum ubique.

Radix perennis. Folia radicalia biternata: foliolis lateralibus basi cordatis, oblongis, acuminatis, argute inaequaliter serratis. Caulis tripedalis et ultra, valde sulcatus. Umbellae circiter sedecimradiatae, sub solstitio florentes albæ. Stylus singulus basi sua propria insidet.

3. ORD. TRIGYNIA

VIBURNUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 503. Jussieu gen. p. 237. Gaertn. fruct. 1. p. 133. t. 27.

Calyx minimus quinquedentatus. Corolla campanulata, quinquefida: laciniae staminibus alternantes. Stigmata sessilia. Bacca infera, monosperma; semine compresso, plano. — *Arbusculae foliis oppositis simplicibus; floribus cymosis. Ord. nat.* 18. *Dumosae.*

200. VIBURNUM *Opulus*: foliis trilobis acuminato-dentatis, petiolis glandulosis glabris.

V. Opulus *Linn. svec. n.* 264. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1490. *Sv. Bot. t.* 337. *Flor. Dan. t.* 661.

Hab. in lucis et dumetis humidioribus ubique.

Arbuscula orgyalis: ramis laevibus. Folia e gemmis prodeunt triplicata iterumque plicata; petiolo superne glandulis duabus planis juxta folium, inferne prope in-

sertionem dentibus acicularibus ramulum amplectente. Florum cymae terminales sub solstitio nitent floribus radii niveis sterilibus planis; flores disci fertiles duplo triplove angustiores, stamina duplo longiora exserentes.

4 ORD. TRIGYNIA

PARNASSIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 523. Jussieu gen. p. 272. Gaertn. fruct. 1. p. 287. t. 60.

Calyx quinquepartitus. Petala quinque, ante florescentiam imbricata, calycis laciniis et staminibus alternantia. Nectaria quinque petalis adposita, filamentis interjecta, ciliata: ciliis apice glandulosis. Stigmata sessilia conniventia. Capsula supera, semiquadrilocularis, quadrivalvis, polysperma. — *Herba caule unifolio, unifloro.*

Ord. nat. 32. *Gruinales?*

201. PARNASSIA *palustris*: nectariis multiradiatis.

P. palustris *Linn. svec. n.* 268. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1516. *Sv. Bot. t.* 172. *Flor. Dan. t.* 584.

Hab. in pratis humidis ubique.

Radix perennis, fibrosa. Folia radicalia petiolata, cordata; caulinum sessile. Caulis supra folium (vel si mavis pedunculus) acute quinquangularis ob margines calycis decurrentes. Flos explicatur ad foenisecium petalis niveis insignibus. Nectaria petalis ne minime cohaerent, sed filamentis ita interposita ut vix nisi stamina deformata esse videantur. Stamina alternatim exporriguntur supra stigmata.

DROSERA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 531. Jussieu gen. p. 278. Gaertn. fruct. 1. p. 291. t. 61.

Calyx quinquefidus. Petala quinque ante florescentiam spiraliter convoluta, calycis laciniis et staminibus al-

terna. Styli plerumque bifidi. Capsula supera, unilocularis, semiquadrivalvis, polysperma. *Herbae foliis ciliatis: ciliis apice glandulosis; spicis ante florescentiam convolutis.*

Ord. nat. 32. *Gruinales.*

202. DROSERA *rotundifolia:* scapis radicalibus, foliis orbiculatis. *Linn. svec. n.* 273. *spec. pl. ed. Willden.* 1. p. 1543. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1028.

Hab. in paludosis muscosis spongiosis ubique frequenter

Radix perennis, tenuis. Folia radicalia fere latiora quam longa, subreniformia; pilis elegantissime purpureis; petiolis tenuiter ciliatis. Scapus eximie rubens, setaceae fere tenuitatis. Flores parvi post solstitium explicantur. Petala alba. Styli plerique bifidi, sed non omnes.

203. DROSERA *longifolia:* scapis radicalibus laxis, foliis obovato-lanceolatis.

D longifolia *Linn. svec. n.* 274. *Smith. brit.* 1. p. 347. *Moris. sect.* 15. *t.* 4. *f.* 2.

D. intermedia *Hayne in Schrad. diar.* 1800. 1. p. 37.

Hab. in paludibus profundioribus passim ex. gr. in Vitulfsbergensi copiose.

Radix perennis, fibrosa. Tota planta duplo crassior quam praecedentis. Folia cum petiolis duos pollices longa, ad basin petioli utrinque dente valde notabili. Scapus crassitie fili, plerumque totus virescens. Flores duplo saltem majores quam praecedentis, eodem tempore obvii. Petala alba. Styli satis regulariter quatuor, quorum fere omnes bifidi; stigmatibus clavatis.

5 ORD. PENTAGYNIA

LINUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 528. *Jussieu gen. p.* 336. *Gaertn. fruct. 2. p.* 146. *t.* 112.

Calyx pentaphyllus persistens. Petala quinque ungue inserta. Filamenta quinque, laciniis interjectis steri-

libus basi subconnata. Capsula supera, semidecemlocularis: loculamentis monospermis. — *Herbae. Ord. nat.* 32. *Gruinales, sectio Lina.*

204. LINUM *catharticum:* foliis oppositis ovato-lanceolatis, caule superne dichotomo, petalis acutiusculis *Linn. svec. n.* 271. *mant. p.* 360. *spec. pl. ed. Willden. 1. p.* 1541. *Sv. Bot. t.* 250. *Flor. Dan. t.* 851.

Hab. in pascuis duris sterilibus ubique.

Radix annua. Herba tota tenuis, plerumque spithamaea. Flores ante florescentiam penduli explicant post solstitium petala alba calyce duplo longiora. Capsula magnitudine tantum seminis Cannabini.

STATICE

Lian. gen. ed. Schreb. n. 527. *Jussieu gen. p.* 103. *Gaertn. fruct. 1 p.* 210. *t.* 44.

Calyx indivisus: limbo scarioso plicato. Petala quinque in fundo calycis saepius connata. Stamina petalorum ungvibus adposita. Semen utriculo evalvi inclusum, et calyce coarctato insuper tectum. Flosculi saepe intra calycem communem aggregati, subpedicellati. *Ord. nat.* 44. *Aggregatae, subdivisio propria.*

205. STATICE *Armeria* α *vulgaris*: scapo radicali capitato tereti glabro, foliis linearibus obtusis planis.

S. Armeria α *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1522. *svec. n.* 269. (partim) (*Flor. Dan.* 7. *t.* 1092. var. elongata).

Armeria vulgaris *Willden. enum. hort. berol. p.* 353.

Hab. in collibus glareosis elatis campestribus praecipue in sic dicto campo polonico frequenter, ut etiam ad margines viarum glareosos passim.

Radix valde perennis, in terram longe descendens, superne terminata caespite insigni foliorum scaporumque. Folia subcanaliculata. Scapus strictus. Calyx communis deorsum terminatur vagina, quae primum totum scapum tegebat. Calycis com. foliola numerosa inter flores sese miscentia et hyalina ibi evadentia. Flores intimi

pedicellati. Calyx proprius superne hyalinus longe antequam petala excrescens, persistens. Petala rosea calyce longiora per partem priorem aestatis florentia. Styli inferne insigniter pilosi.

ORD. POLYGYNIA

MYOSURUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 538. Jussieu gen. p. 258. Gaertn. fruct. 1. p. 354. t. 74.

Calyx pentaphyllus, coloratus: foliolis infra basin productis. Petala quinque, minuta; ungue tubuloso filiformi nectarifero. Semina fungoso-corticata, tetragona, in receptaculo subulato disposita, inversa. — *Herbula foliis floribusque radicalibus.*
Ord. nat. 25. *Multisiliquae.*

206. MYOSURUS *minimus: Linn. svec. n.* 276. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1568. *Decandol. syst. nat.* 1. *p.* 229. *Flor. Dan. t.* 406.

Hab. in campis arenosis elatis passim copiose.

Radix annua. Herba tota plerumque pollicem tantum longa. Folia linearia eximie attenuata. Pedunculi ejusdem altitudinis ac folia, uniflori. Flores exstant mense frondescentiae, valde inconspicui: petalis minutis aureis. Receptaculum fructiferum flore vel sextuplo longius demum evadit.

CLASSIS VI.

HEXANDRIA

CONSPECTUS

Hujus classis nobis non difficilis est, cum nostra Flora pauca tantum genera ejus enumeret. Horum plurima Monogyniam constituunt, quae sequenti modo aptissime dispescuntur: 1) *Flores nudi s. calyce ad corol-*

lam arcte juncto destituti, 8. LILIACEI, *quorum* a) *Spatha involuti fuerunt: Spathaceae uti* Allium; b) *corollae hexapetalae omni tegmento destitutae: Coronariae uti* Fritillaria *et* Ornithogalum; c) *corollae monopetalae pariter omni tegmine orbatae: Sarmentaceae uti* Convallaria; -- 2) *Flores glumacei nunquam marcescentes:* Luzula *et* Juncus; -- 3) *Flores calyce corollaque plus minus completa simul instructi:* Berberis et Peplis.

Secundum numerum et indolem staminum hic quoque quaeri possent: Ulmus campestris et Polygona nonnulla.

1. ORD. MONOGYNIA

ALLIUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 557. Jussieu gen. p. 69. Gaertn. fruct. 1. p. 56. t. 16.

Spatha bivalvis, arida, umbellam multifloram continens. Petala sex patentia. Stigma simplex. Capsula supera, trilocularis, trivalvis. -- *Bulbus tunicatus; scapus umbelliferus.*

Ord. nat. 19. *Spathaceae.*

207. ALLIUM *oleraceum*; scapo folioso tereti, foliis semiteretibus scabris subtus sulcatis, umbella bulbifera pauciflora, staminibus simplicibus.

A. oleraceum *Linn. spec. n.* 280, *spec. pl. ed. Willden.* 2, *p.* 74. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1456.

Hab. in pratis collinis, juxta agros alibique ubi terra abrupta et denudata frequenter.

Bulbus subrotundus, magnitudine nucis avellanae. Vaginae foliorum e bulbo venientes dimidium scapum tegentes. Umbella tum bulbillos tum flores valde inaequales gerens, quorum vix plus quam duo vel tres simul explicati media aestate. Petala virentia; carinis rubicundis.

208. ALLIUM *carinatum*; scapo folioso tereti, foliis planis carinatis, spatha diphylla longissima, umbella bulbifera multiflora, staminibus omnibus subulatis.

A. carinatum β. *Linn. spec. pl. ed Willden.* 2. *p.* 70. *svec. n.* 281. (partim) *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 14. *Engl. Bot.* 24. *t.* 1658.

Hab. Upsaliae secundum Cl. Ehrhart.

Bulbus aliquantum crassior quam praecedentis aeque ac tota planta. Folia etiam latiora. Umbella bulbillis paucioribus magis aequalibus et floribus circiter duodecim simul florentibus. Petala magis colorata.

FRITILLARIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 559. Jussieu gen. p. 55.

Corolla nuda, hexapetala, campanulata, supra basin foveis nectariferis excavata. Stamina stylo breviora. Capsula supera trilocularis (in Meleagride trigona); valvulis liberis; seminibus planis, bifariam in quolibet loculamento impositis. — *Bulbus tuberosus: flores nutantes.*

Ord. nat. 11. *Coronariae.*

209. FRITILLARIA *Meleagris:* foliis omnibus alternis linearibus, caule unifloro, foveis nectariferis linearibus.

F. Meleagris *Linn. svec. n.* 283 *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 91. *Sv. Bot. t.* 376. *Flor. Dan.* 6. *t.* 972.

Hab. in prato Kungsängen sub hieme et ineunte aestate plerumque inundato copiosissime, unde etiam disseminata est non tantum juxta fluvium Upsaliensem tum supra tum infra urbem, verum etiam per alia prata subinundata usque ad Vitulfsberg.

Bulbus intus solidus (tuberosus). Caulis solitarius vix pedalis. Flos pollice major, pendulus, mense frondescentiae superbiens colore inter album et lilacinum variante tessulato. Capsulae postea eriguntur et semina ante foenisecium maturant.

ORNITHOGALUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 566. Jussieu. gen. p. 60. Gaertn. fruct. 1. p. 65. t. 17.

Corolla nuda, hexapetala, basi connivens, apice patens (in-

fundibuliformis), persistens. Filamenta alterna basi dilatata. Stigma simplex. Capsula supera, trilocularis; seminibus subrotundis, inordinatis. -- *Bulbus tuberculosus; flores erectiusculi.*
Ord. nat. 11. *Coronariae, sectio Asphodeli Juss.*

210. ORNITHOGALUM *luteum:* pedunculis umbellatis simplicibus, petalis obtusis glabris, folio radicali solitario lineari plano, bulbis aggregatis squamosis.
O. luteum *Linn. svec. n.* 285. *Flor. Dan. t.* 378.
O luteum β sylvaticum *Willden spec pl.* 2. *p.* 114.
O. sylvaticum *Willden. enum. hort. berol. p.* 368.
Hab in hortis et lucis pratorum ubique frequenter.
Bulbus magnitudine fere Fabae, semper squamis tectus. Herba tota spithamalis. Folium radicale et caulinum infimum involucralibus latiora, saepe trilinearia. Umbella plerumque triflora. Flores explicantur fine mensis germinationis intus lutei, sed extus virides, qui color increscente fructu augetur.

211. ORNITHOGALUM *minimum:* pedunculis umbellatis ramosis, petalis acutis glabriusculis, folio radicali solitario subfiliformi, bulbis aggregatis squamosis.
O. minimum *Linn. svec. n.* 286. *Sv. Bot. t.* 494. *f.* 1. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1331.
O. Stenbergii *Hoppe.*
Hab. cum praecedente, sed parcius et in sylvas acerosas usque evagans.
Bulbus piso minori non grandior. Herba tantum digitalis longitudinis. Folia quo superiora eo latiora: involucrali infimo ultra duas lineas lato, eximie attenuato. Umbella saepius multiflora. Flores aperiuntur mense germinationis utrinque saturatius lutei et extus nervis tantum viridibus praediti.

CONVALLARIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 575. *Jussieu gen. p.* 48. *Gaertn. fruct. 1. p.* 59. *t.* 16.

Corolla nuda monopetala -- sive sexfida campanulata

(in sp. 1.) -- sive sexfida cylindracea *(in speciebus intermediis)* -- sive quadripartita recurva *(in sp. ult.)*. Bacca supera, trilocularis vel bilocularis *(in sp. ult.)*; loculamento uno alterove dispermo. -- *Plantae sublilaceae, radicibus repentibus perennibus, floribus plus minus racemosis.*

Ord nat. 12. *Sarmentaceae* (*Asparageae Juss.*)

212. CONVALLARIA *majalis*: scapo nudo racemoso secundo, foliis ovalibus.

C. majalis *Linn. svec. n.* 292. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 160. *Sv. Bot. t.* 9. *Flor. Dan. t.* 834.

Hab. in pratis et pascuis montosis sylvestribus ubique frequenter, copiosissime autem in peninsula glareosa cui nomen Liljeconvaljsholm dedit.

Radix crassitie calami scriptorii. Folia radicalia bina longitudine scapi. Flores nutantes, svaveolentes, albissimi, medio mensis florescentiae explicati.

213. CONVALLARIA *Polygonatum:* caule anceps glaberrimo, foliis ovatis amplexicaulibus, pedunculis axillaribus subunifloris.

C. Polygonatum *Linn. svec. n.* 294. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 161. *Sv. Bot. t.* 41. *Flor. Dan. t.* 397. *bona.*

Hab. in lucis et dumetis rupestribus omnibus copiose.

Radix crassitie digiti minimi. Caulis pedalis vel paullo ultra, ob carinam et nervos foliorum decurrentes anceps angulatusque, colore foliorum, nonnisi racemum foliosum simplicem constituens. Flores mense frondescentiae praecipue aperti, virescentes, majores quam in sequenti specie.

214. CONVALLARIA *multiflora:* caule tereti, foliis ovatis amplexicaulibus, pedunculis axillaribus multifloris.

C. multiflora *Linn. svec. n.* 295. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 162 *Sv. Bot. t.* 592. *Flor. Dan t.* 152.

Hab. in pratis nemorosis ad Vårdsätra alibique juxta lacum Mäleri copiose.

Radix gracilior quam in praecedenti aeque ac tota

planta. Caulis altior saepe bipedalis, omnino teres et laevis, colore pallidior, cum pedunculis suis quasi scapum foliosum subramosum constituens. Folia tota in callo insertionis confluunt, nec ullo modo decurrunt. Flores angustiores quam praecedentis, paullo magis serotini utpote initio mensis florescentiae explicati, colore pallidiores.

215. CONVALLARIA *bifolia:* caule bifolio, foliis cordatis, floribus subspicatis quadripartitis.
C. bifolia *Linn. svec. n.* 296 *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 164. *Sv Bot. t.* 454. *Flor. Dan. t.* 291.
Hab. in sylvis depressis utplurimum acerosis ubique.
Radix filiformis; folio radicali solitario in diverso ramo. Caulis vix ultra spithamam altus. Folia duo insertione remotiuscula, sed inferius longiori petiolo elevatum. Racemus terminalis ob strictam directionem spica dictus, pedicellis binatis instructus, paullo post solstitium florens. Flores albi, vix magnitudine seminis cannabini: laciniis totis reflexis. Stamina quatuor erecta longitudine pistilli. Stigma bilobum. Bacca floribus paullo major, punctata, omnino bilocularis, adeo ut tertia pars in omni fructificationis parte dematur.

LUZULA

Decandolle fl. franc. ed. 3. Vol. 3. p. 158.
Junci ultimi *Linn. spec. pl.* *Gaertn. fruct.* 1. *p.* 54.

Calyx hexaphyllus, persistens, subglumaceus: foliolis alternis interioribus saepe majoribus. Stigmata tria. Capsula supera, trivalvis, unilocularis, trisperma: seminibus e fundo capsulae filipendulis -- *Plantae gramineae vernales; foliis planis plerumque pilosis: vaginis indivisis (ut in Liliaceis).*
Ord. nat. 8. *Tripetaloideae, sectio* γ. *Juncagines.*

216. LUZULA *pilosa*: umbella divaricata capillari, floribus pedunculorum lateralibus solitariis sessilibus, calycibus capsula brevioribus.
L. pilosa *Willden. enum. hort. berol. p.* 393.
L. vernalis *Decand. fl. franc. n.* 1825. *Sv. Bot. t.* 444.

Juncus pilosus *Linn. svec. n.* 308. *α. spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 216.
Juncus vernalis *Ehrh. beitr.* 6. *p.* 157.
Hab. in sylvis praecipue acifoliis muscosis ubique.
Radix perennis et fibrosa ut in ceteris. Folia radicalia interdum quatuor lineas lata; culmea multoties minora. Umbellae radii fere pili tenuitatis (quare nomen specificum non male convenit) fere semper simplices: floribus lateralibus sessilibus nonnullis, mense germinationis optime explicatis.

217. LUZULA *campestris:* culmo tereti stricto, spicis umbellatis pedunculatis sessilibusque ovatis.
L. campestris *Decandol. fl. franc. n.* 1827. *Willden. en. hort. berol. p.* 394.
Juncus campestris *Linn. svec. n.* 309. *α. spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 221. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1353.
Hab. in campis elatioribus siccis frequenter.
Folia radicalia plerumque dimidio angustiora quam in praecedente; sed culmea radicalibus fere similia. Umbellarum spicae fuscescentes, magnitudine pisi, mense frondescentiae optime florentes.

JUNCUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 590. (*excl. Luzula*) *Jussieu gen. p.* 50. *Gaertn. fruct. 1. p.* 53. *t.* 15.

Calyx hexaphyllus, persistens, subglumaceus: foliolis alternis interioribus saepe majoribus. Stigmata tria. Capsula supera trivalvis, trilocularis, polysperma. — *Folia subteretia: vaginis divisis convolutis (ut in Graminibus).*
Ord. nat. 8. *Tripetaloideae.*

218. JUNCUS *conglomeratus*: aphyllus, culmo stricto; inflorescentia supra medium culmi conglobata, floribus triandris, capsulis triquetris obtusis.
J. conglomeratus *Linn. svec. n.* 298. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 205. *Ehrh. beitr.* 3. *p.* 59. *Sv. Bot. t.* 479. *f.* 2. *Flor. Dan. t.* 109.
Hab. in fossis et locis humidis uliginosis apricis ubique.

Radix valde perennis, horizontalis, squamis fuscis tantum praedita ut in duabus sequentibus. Culmi crassitie pennae gallinaceae, sursum magis attenuati quam in sequentibus. Inflorescentia plerumque magnitudine nucis avellanae, demum insigniter fuscescens.

219. JUNCUS *effusus*: aphyllus, culmo stricto, panicula supra medium culmi cymosa, floribus triandris, capsulis triquetris truncatis.
J. effusus *Linn. svec. n.* 299. *α. spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 205. *Sv. Bot. t.* 479. *f.* 1. *Flor. Dan. t.* 1096.
Hab. in locis uliginosis occultis nemorosis rarius ex. gr. ad paludem Vitulfsbergensem.

Planta tota gracilior et angustior quam praecedentis. Culmi praecipue supra paniculam magis elongati. Panicula saepe tres uncias lata, interdum contracta in formam globosam, sed multo magis inaequalem; colore semper magis virescente. Floret media aestate ut reliqui.

220. JUNCUS *filiformis*: aphyllus, culmo nutante filiformi paniculam paucifloram ad medium gerente.
J filiformis *Linn. svec. n.* 300. *spec. pl. ed Willden.* 2. *p.* 207. *Sv. Bot. t.* 479. *f.* 4. *Flor. Dan. t.* 1207.
Hab. in paludosis sylvarum et pascuorum sterilium frequenter.

Radix duplo tenuior, nigricans. Culmi usque a radice tenuitate fili, ultra pedem longi. Panicula circiter septemflora. Capsulae obovato-globosae, majores quam in praecedentibus.

221. JUNCUS *articulatus*: foliis culmeis nodoso-articulatis, culmo decumbente radicante, panicula composita, foliolis calycinis acutis aequalibus capsula acuta brevioribus
J. articulatus *Linn. svec. n.* 303. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 211. *Flor. Dan. t.* 1097.
Hab. in paludibus limosis apricis frequenter.

Major sequentibus. Radix perennis ut in proxime sequentibus, horizontaliter extensa, crassitie pennae gallinaceae. Culmi interdum bipedales. Verticilli magis multiflori, squarrosi, fuscescentes.

222. JUNCUS *sylvaticus:* foliis culmeis nodoso-articulatis, culmo erectiusculo, panicula supradecomposita, foliolis calycinis interioribus acuminatis capsulam acuminatam subaequantibus.
J. sylvaticus *Willden. spec. plant.* 2. *p.* 211.
J. articulatus γ. sylvaticus *Linn. mant. p.* 368.
J. acutiflorus *Ehrh. gram.* 66.
Hab. in paludosis sylvaticis passim.
Radix horizontalis, crassitie pennae columbinae. Vaginae ad radicem atro-purpureae. Folia fere tam crassa ac in praecedenti. Florum verticilli atri.

223. JUNCUS *nodulosus:* foliis culmeis exarticulatis basi canaliculatis, culmo erecto, panicula composita, foliolis calycinis interioribus obtusiusculis capsula acuta brevioribus.
J. subnodulosus *Hoppe taschenb.* 1801. *p.* 231.
J. obtusiflorus *Gaudin.*
Hab. in ripis et paludibus apricis frequenter.
Radix horizontalis crassitie pennae columbinae ut in praecedente. Vaginae juniores ad radicem eleganter purpureae. Folia duplo tenuiora quam in praecedentibus, adeo ut isthmi extus non appareant, sed sectione in conspectum veniant. Verticilli florum castanei et totum gramen magis lutescens quam praecedentium aliquantum ad J. bulbosum accedens.

224. JUNCUS *supinus*: foliis culmeis exarticulatis setaceis, culmo procumbente, cyma divaricata: capitulis sessilibus, foliolis calycinis acutis aequalibus capsulam emarginatam aequantibus.
J. supinus *Hoffm. germ.* 125. *Flor. Dan. t.* 1099.
J. subverticillatus β. *Willden. spec. pl.* 2. *p.* 212.
J. bulbosus *Linn. spec. pl. ed.* 1. *p.* 327. secundum *Ehrh. beitr.* 3. *p.* 111.

β. fluitans. *Decand. fl. franc. n.* 1847.

Hab. in paludibus limosis sterilibus ubique; β. in palude Långmossan Jumkilensium copiose.

Radix nodosa vel subbulbosa, nec minime repens, sed culmi demum radiculas emittunt ex articulis suis incrassatis. Tota planta maxime depressa et tenuissima nostrorum Juncorum. Folia culmo undique angustiora.

225. JUNCUS *stygius*: foliis filiformibus, floribus subternis terminalibus, capsulis acutis calyce acuminato duplo longioribus.

J. stygius *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 215. *faun. sv. app. p.* 557. *Smith. ic. ined. t.* 55. *Sv. Bot. t.* 497. *f.* 1.

Hab. tantum in paludibus maximis trans Jumkil et quidem in Ultunavik sinu paludis Långmossan parcius.

Radix perennis, fibrosa. Gramen totum praecipue ad vaginas et apices foliorum purpurascens, capsulis aurantiacis, quibus coloribus pulchellum fit. Folia paullo compressa et si exactius examinentur non omnibus isthmis destituta. Culmus etiam crassitie fili, altitudine spithamae. Capsulae magnitudine seminis Hordei (duplo triplove majores quam in omnibus praecedentibus) ad foenisecium fere maturae. Est omnino forma quam maxime frigida Juncorum articulatorum.

226. JUNCUS *bufonius*: foliis filiformibus canaliculatis, culmo dichotomo recto, floribus solitariis sessilibus, calycibus setaceis capsula duplo longioribus.

J. bufonius *Linn. suec. n.* 365. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 214. *Flor. Dan. t.* 1098.

Hab. in udis praecipue campestribus vulgatissime.

Radix annua, fibrosa. Folia omnino canaliculata ut in sequente et dum recentia sunt subtus laevia, sed exsiccatione contrahuntur et sulcata vel angulata apparent. Culmus plerumque semipedalis. Calyces eximie virides includunt capsulam mox rufescentem.

227. JUNCUS *bulbosus*: foliis subfiliformibus canaliculatis, culmo compresso, panicula cymosa, floribus

pedicellatis, foliolis calycinis aequalibus obtusis capsula subglobosa brevioribus.

J. bulbosus *Linn. svec. n.* 304. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 213. *Flor Dan. t.* 431.

Hab. in pascuis udis campestribus frequenter.

Radix perennis, breviter repens, crassitie pennae columbinae. Gramen totum magis duriusculum quam omnes praecedentes et subnitidum, caespites diffusos saepe constituens. Culmus plerumque pedalis. Capsulae demum nigricantes et magis globosae quam praecedentium quodammodo bulbillos referentes. Versus autumnum viget uti praecedentium plerique.

BERBERIS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 595. *Jussieu gen. p.* 318. *Gaertn. fruct. 1. p.* 200. *t.* 42.

Calyx hexaphyllus extus tribracteatus. Petala 6 calycinis foliolis staminibusque opposita; supra ungves glandulis duabus. Stigma sessile, annulare. Bacca supera, unilocularis, apice pervia, semina bina vel terna amplectens. *Frutices, foliis alternis aculeo saepius tripartito stipatis, ordini naturali* 18. *Dumosarum accedentes.*

228. BERBERIS *vulgaris*: racemis simplicibus pendulis, petalis obtusis integerrimis, foliis oblongis ciliato-serratis.

B. vulgaris *Linn. svec. n* 311. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 227. *n.* 1. *α.* *Sv. Bot. t.* 24. *Flor. Dan.* 6. *t.* 904. opt.

Hab. ad ambitum sylvarum fere ubique, inter Norby et Godtsunda copiose.

Frutex circiter quadripedalis; ramis multangulis. Folia e gemmis exeunt convoluta. Flores explicantur post florescentiam pomonae, odoris hircini vel spermatici, coloris flavi: bracteis minutis; foliolis calycinis magnitudine sensim increscentibus: interioribus tribus petala omni modo aequantibus. Petala trinervia: nervis lateralibus glandulas fulvas valde insignes nunquam sese

aperientes supra basin gerentibus. Stamina. cum primum aperitur flos, sese exporrigunt et petala dimovent; postea vero antherae deorsim dehiscunt et valvulas suas sursum reflectunt instar alarum duarum, quo facto ad minimum tactum incurvantur stamina elastice et paginam interiorem polliniferam alarum cum impetu admovent stigmatis margini humido. Hoc quidem foecundationi necessarium esse videtur cum pollinem cohaerentem habeant ut in Orchidibus, nec siccum depluentem ut in plantis plerisque.

PEPLIS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 605. Jussieu gen. p. 369. Gaertn. fruct. 1. p. 237. t. 51.

Calyx coloratus, campanulatus, sexdentatus: sinubus interjacentibus deflexis prominentibus. Petala sex, calyci inserta, saepe obsoleta. Capsula supera, evalvis, bilocularis: receptaculo centrali: seminibus numerosis. — *Herbula foliis oppositis.*

Ord. nat. 34. *Calycanthemae* (*Salicariae* Jussieu).

229. PEPLIS (*Portula*: floribus subapetalis solitariis, foliis obovatis petiolatis. *Linn. svec. n.* 312. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 245. *Flor. Dan. t.* 64. *Vaill. paris. t.* 15. *f.* 5.

Hab. in locis apricis ubi aquae hyemales et nivales stagnant passim; saepius visa versus Vaxaliam, et prope Ekebysjö Läbyensium.

Radix annua, repens, stolones caulesque decumbentes edens. Caulis una cum costa foliorum et floribus rubet, glaberrimus. Folia obovata, Portulacae forma, sed ungvicularia tantum. Flores in axillis foliorum solitarii, binis bracteolis angustis primum stipati. Calyx valde singularis, ab initio eximie sexangulari-pyramidatus; apex pyramidis apicibus subulatis laciniarum calycis hirsutie quadam connatis constitutus; anguli baseos effecti sinubus calycinis prominentibus. Demum dehiscit quidem calyx sub foenisecio sed plerumque non parum compressus manet, staminaque non exserit.

ORD. TRIGYNIA

RUMEX

Linn. gen. ed. Schreb. n. 613. Jussieu gen. p. 92. Gaertn. fruct. 2. p. 178. t. 119.

Calyx hexaphyllus inæqualis: foliolis tribus interioribus majoribus (Linnaeo petalis dictis) demum excrescentibus in valvulas exaridas, seminis ceteroquin nudi lateribus tribus planis applicatas eaque tegentes; dorso plus minus incrassato granifero (*in Lapathis Tournef* -- 3 *spec. prior. sapore austeris*) -- vel nudo (*in Acetosis Tournef.* -- *spec.* 2. *ult. foliis acidis subhastatis. Ord. nat.* 30. *Holoraceae, sectio Vaginales* (*ob vaginas intrafoliaceas*).

230. RUMEX *crispus:* valvulis ovatis subintegerrimis omnibus graniferis, verticillis approximatis subnudis, foliis lanceolatis utrinque attenuatis undulato-crispis.

R. crispus *Linn. svec. n.* 314. *pec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 251. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1334.

Hab. in agris omnique culta terra frequentissime.

Radix perennis. Herba plerumque bipedalis, saepe insigniter rubens. Folia pollice parum latiora, valde elongata et laxa. Valvulae duas lineas vix longae: granulis dimidio minoribus, insigniter rubentibus, obtusis.

231. RUMEX *acutus*: valvulis triangulari-oblongis acuminatis subdentatis omnibus graniferis, verticillis approximatis, foliis lanceolatis attenuatis planis.

R. acutus *Linn. svec. n.* 516. *herbat. upsal. in amoen. ac.* 3. *p.* 437. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 14.

R. Hydrolapathum *Willden spec. pl.* 2. *p.* 251. *Woodville med. bot.* 3. *t.* 178.

(*β.* foliis basi cordatis. R. acutus *Sv. Bot. t.* 161. *Herbar. Montin.*)

Hab. in fossis et ripis humidis ad fluvii Upsaliensis inferiorem partem ex. gr. juxta Ultuna et Flötsund copiose.

Radix valde perennis, plus quam pollicem crassa, intus rubicunda. Herba altissima nostrarum utpote plerumque orgyalis, valde elongata et acuta omnibus suis partibus, simulque valde rubens cum glaucescentia Folia saepe pedes nonnullos longa, in maximis exemplaribus utrinque attenuata, sed in minoribus saepe basi subcordata. Valvulae seminales ultra tres lineas longae: granulum maximum acumine suo in apicem valvulae excurrens. Magis serotinus est ceteris, autumno adhuc vigens.

252. RUMEX *aquaticus*: valvulis triangulari-cordatis integerrimis: carinis subnudis, verticillis aggregatis, foliis cordatis.

R. aquaticus *Linn. svec. n.* 315. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 255. *mant. p.* 370.

β. crispatus, valvula una granulifera. *Wahlenb. lapp. n.* 173. β.

Hab. ad ripas omnium aquarum vulgatissime.

Radix perennis, crassitie digiti minoris, intus flavescens. Herba circiter quadripedalis undique patens, laetius virens sine rubore. Folia latissima omnium, saepe ultra palmam lata. Valvulae seminales quoque latiores quam in reliquis, fere tres lineas latae, in vegetis exemplaribus carina acuta sine granulo ullo praeditae; sed in varietate illa β ob solum siccius corrugata et miseriore granulum unum minus plerumque conspicitur.

253. RUMEX *Acetosa*: valvulis laevibus ad basin tuberculo represso, floribus dioicis, foliis oblongis sagittatis.

R. Acetosa *Linn. svec. n.* 318. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 260. *Sv. Bot. t.* 190.

Hab. ubique in pratis et graminosis.

Radix perennis. Herba saepe bipedalis, sed gracilis, angusta. Foliorum radicalium laciniae posticae valde acuminatae. Valvulae seminales minores quam in omnibus praecedentibus, subrotundae: tuberculis planis baseos lacinias calycinas ceteras deflectentibus. Floret ad solstitium.

254. RUMEX *Acetosella*: valvulis laevibus, floribus dioicis, foliis lanceolatis hastatis.

R. Acetosella *Linn. svec. n.* 318. *spec. pl. ed. Willden,* 2 *p.* 260. *Flor. Dan. t.* 1161.

Hab. in rupestribus, glareosis et arenosis ubique, nec non in locis deustis sylvarum.

Radix perennis, tenuior, repens. Herba minima omnium Rumicum vix pedalis, valde gracilis et flexuosa, plerumque tota purpurascens, exceptis vaginis albicantibus. Valvulae seminales omnium minimae inconspicuae. Floret ad foenisecium.

ORD. HEXAGYNIA

SCHEUCHZERIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 615. Jussieu gen. p. 53.

Calyx sexpartitus, aequalis, persistens. Stigmata sessilia. Capsulae superae, reflexo-distantes, inflatae, margine superiore dehiscentes, basi submonospermae. *Planta juncea vaginis divisis convolutis ut in Junco. Ord. nat.* 8. *Tripetaloideae.*

935. SCHEUCHZERIA *palustris*: *Linn. svec. n.* 320. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 263. *Flor. Dan. t.* 76.

Hab. in fundo fluctuante paludis Vitulfsbergensis et Jumkilensium copiose.

Radix perennis, repens, simpliciuscula, crassitie calami scriptorii. Folia oblique compressa, latitudine culmi. Culmus tantum spithamalis, foliis sursum sensim minoribus praeditus, terminatus racemo simplici circiter quinquefloro Flores lutescentes inconspicui, sub solstitio optimi. Capsulae raro plusquam quatuor maturantur, magnitudine lentis majoris, semine unico fere oppletae.

TRIGLOCHIN

Linn. gen. ed. Schreb. n. 616. Jussieu. gen. p. 53. Gaertn. fruct. 2. p. 26. t. 84.

Calyx triphyllus et Petala tria calyci simillima subrotunda, concava, includentia antheras sessiles et cum iisdem decidentia. Stigmata sessilia. Capsulae distin-

ctae, receptaculo intermedio adnatae, monospermae, evalves — sive tres tantum perfectae basi secedentes (unde nomen generis) - sive sex undique separabiles. — *Plantae junceae; vaginis divisis convolutis (ut in Junco), culmo nudo ebracteato racemoso.*
Ord. nat. 8. *Tripetaloideae.*

236. TRIGLOCHIN *palustre*: fructibus tricapsularibus linearibus basi dehiscentibus.

T. palustre *Linn svec. n.* 321 *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 264. *Sv. Bot. t.* 111. *Flor. Dan t.* 490.

Hab. in pascuis pratisque uliginosis ubi glacies hyemales diu remanserunt frequenter.

Radix perennis. Folia semiteretia, crassitie tantum fili aeque ac culmus dodrantalis. Flores valde inconspicui, virentes, per maximam partem aestatis obvii. Stigmata omnino sex ut in sequente specie, sed capsulae tres alternae constanter cum receptaculo confluunt et abortiunt: remanentibus tantum tribus capsulis perfectis superne cunei in modum intrusis ideoque basi tantum dehiscentibus et divergentibus trium glochidum adinstar (unde nomen generis).

237. TRIGLOCHIN *maritimum*: fructibus sexcapsularibus gibbosis. *Linn. svec. n.* 322. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 265. *Sv. Bot. t.* 112. *Flor. Dan. p.* 306.

Hab. per pratum Kungsängen in viis hyemalibus copiose, ut etiam in ripis lacus Mälerr exterioribus passim.

Radix perennis, crassior quam in praecedente aeque ac folia et culmus. Flores quoque paullo majores et coloratiores, eodem tempore obvii. Fructus tantum dimidiae longitudinis sed duplo crassiores: capsulis sex perfectis receptaculo tantum filiformi conjunctis, ideoque facile decidentibus. — Peculiaria de cetero sunt in hoc genere stamina, quorum tria intra calycis foliola sedentia cum iisdem primum dehiscunt et cadunt, tria reliqua intra petala nonnisi adolescente fructu decidunt, et cadendo fructibus inferioribus saepe adhaerent.

ORD. POLYGYNIA

ALISMA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 625. Jussieu gen. p. 52. Gaertn. fruct. 2. p. 22. t. 84.

Calyx monophyllus trilobus. persistens. Petala tria, patentissima, plana, decidua. Capsulae numerosae, crustaceae, evalves, monospermae. — *Herbae foliis latis nervosis.* — *Ord. nat.* 8. *Tripetaloideae.*

238. ALISMA *Plantago*: panicula verticillato-composita, fructu obtuse trigono, foliis ovatis.

A. Plantago aquatica *Linn. svec. n.* 323. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 276. *Sv. Bot. t.* 440. *Flor. Dan. t.* 561.

β. *graminifolia*: foliis primis natantibus gramineis; postremis lanceolatis *Loesel. pruss. p.* 198. *t.* 62. — A. natans *Linn. svec. n.* 324?

Hab. in aquis quietis fundo lutoso parum profundo ubique; β. in ripis lacus Mäleri passim ex. gr. ad Öfvernäs, Vårdsätra, extra Flötsund.

Radix perennis, fibrosa. Folia omnia radicaliá, petiolo triquetro insidentia, pollicem lata et ultra, quinquenervia. Scapus plerumque quadruplo longior foliis; verticillis ramulisque patentibus. Flores successive prodeunt maxima parte aestatis. Petala dilute rosea, obovata, calyce duplo triplove majora.

β. valde memoralibis utique est non tantum foliis interioribus petiolo teretiusculo vix duplo latioribus, verum etiam scapis et pedunculis omnibus reclinatis, petalis calyce vix majoribus albis.

CLASSIS VII.

HEPTANDRIA

1. ORD. MONOGYNIA

TRIENTALIS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 662. *Jussieu gen. p.* 108. *Gaertn. fruct. 1. p.* 227. *t.* 50.

Calyx heptaphyllus, persistens. Corolla rotata, septem-

partita: laciniis lanceolatis. Bacca supera, exsucca, unilocularis: receptaculo centrali, libero, maximo, cui semina pauca impressa. -- *Herbula foliis in apice caulis substellatis.*
Ord. nat. 27. *Rotaceae* (*Lysimachiae Juss.*)

239. TRIENTALIS *europaea*: foliis lanceolatis integerrimis. *Linn. svec. n.* 526. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 282 *Flor. Dan. t.* 84. bona.
Hab. in sylvis acerosis duris saxosis fere ubique; saltim versus Norby et versus Godtsunda nec non in tota sylva Nosten frequenter occurrit.

Radix perennis, filiformis, repens. Folia radicalia prope caulem nulla. Caulis filiformis, plerumque supra terram altitudine tantum digiti, inferne squamis nonnullis stipatus, quae sensim versus apicem caulis in folia mutantur, primum evidenter alterna obovata, denique intima magis lanceolata tam approximata, ut fere stellata appareant. Pedunculus floris ex axilla folii infimi surgit et inter reliqua folia eminet ita, ut in medio stellae appareat, longitudine foliorum intimorum, plerumque in caule solitarius, sed in exemplaribus majoribus non raro venit alter tertiusque pedunculus e proximis axillis. Corolla sub solstitio plerumque expansa, eleganter nivea; laciniis apiculatis.

CLASSIS VIII.

OCTANDRIA

CONSPECTUS.

Pauca tantum genera in singulo ordine continet. Ex Monogyniae generibus tria priora flores habent completos, ultimum autem incompletos. In hoc ordine occurrunt duo genera insignia BICORNIUM *antheris per poros binos interdum tubuliformes dehiscentibus, ad basin saepe bicornibus, intra filamenta versis, fructu multilocu-*

lari polyspermo, seminibus minutis albuminosis, embryone curvato.

Ceterum Monotropa ob flores plurimos Octandros hic quaeri potest. Polygonum in trigynia positum species plures digynas habet.

1. ORD. MONOGYNIA

EPILOBIUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 639. Jussieu gen. p. 354. Gaertn. fruct. 1. p. 157. t. 31.

Calyx basi angustatus: limbo quadrifido patente colorato. Petala quatuor calyci inserta, extrorsum dilatata. Stamina alterna breviora. Capsula infera, apice calva (ob florem totum deciduum), tetragona, longissima, quadrilocularis, quadrifariam ab apice dehiscens seminaque superne crinita emittens. — *Herbae foliis inferioribus plerumque oppositis, floribus spicatis. — Ord nat.* 34. *Calycanthemae, sectio Onagrae Juss.*

240. EPILOBIUM *angustifolium:* pistillo staminibusque declinatis, caule simplici glabro, foliis sparsis lineari-lanceolatis integerrimis glabris.

E. angustifolium *Linn. svec. n.* 327. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 313. *Sv. Bot. t.* 150. *Flor. Dan. t.* 289.

Hab. in sylvis rupestribus et saxosis passim; in rupibus versus Lurbo copiose.

Radix perennis, repens. Herba major quam sequentium saepe tripedalis. Caulis superne incarnatus. Folia costis rubicundis, subtus multo pallidiora. Spica successive floret sub foenisecio. Flores latitudine pollicis, valde aperti: calyce et petalis eleganter ex violaceo roseis, parum inaequalibus: stamina basi circa pistillum conniventia, e qua conjunctione mox deflectitur pistillum insequentibus dein staminibus. Nectariferus cyathus insignis intra stamina.

241. EPILOBIUM *hirsutum:* foliis semiamplexicaulibus ovato-lanceolatis dentato-serratis hirsutis, caule ramosissimo, petalis calyce duplo longioribus, radice repente.

E. hirsutum *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 315. *Flor. Dan. t.* 326.

E. hirsutum *β. Linn. svec. n.* 328.

Hab. in locis humidis hortorum prope fluvium, praecipue in superiore parte urbis non raro.

Radix perennis ut in omnibus sequentibus. Caulis bipedalis et ultra, strictus, divergenter hirsutus. Folia pollicem lata, approximata, patentia. Spica foliis minoribus fulcrata. Flores post messem explicantur, saturatius violacei.

242. EPILOBIUM *pubescens:* foliis sessilibus lanceolatis denticulatis pubescentibus, caule simplici, radice fibrosa.

E. pubescens *Willden. spec. pl.* 2. *p.* 315.

E. hirsutum parviflorum *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 15. *Flor. Dan. t.* 347.

E. hirsutum *α. Linn. svec. n.* 328.

Hab. ad aquas limpidas fontanas rarius ex. gr. ad Vårdsätra et Vitulfsberg.

Herba tota angusta, in apricis stricta, in umbrosis valde gracilis, foliis inferioribus subpetiolatis laxis. Caulis breviter pubescens. Folia semipollicem lata. Flores triplo minores quam in praecedente, sub messe aperti, dilutius violacei.

243. EPILOBIUM *roseum*: foliis petiolatis ovato-lanceolatis dentatis glabris, caule teretiusculo ramoso glabro, stigmate indiviso.

E. roseum *Schreb. spicil.* 147. *Retz. obs.* 1. *p.* 16. *Engl. Bot.* 10. *t.* 698.

E. montanum *γ. Willden. spec. pl.* 2. *p.* 316.

Hab. inter olera hortorum in parte superiore urbis raro.

Planta tota sesquipedalis, satis gracilis. Caulis non parum rubescens cum costis foliorum. Folia vix plus quam semipollicem lata, utrinque angustata, saepe ru-

bro-maculata, ubique petiolata. Flores omnium minimi, duas tantum lineas longi, angusti: petalis dilute roseis vel incarnatis, sub messe explicatis.

244. EPILOBIUM *montanum:* foliis inferioribus petiolatis ovatis dentatis glabris, caule tereti ramoso glabro, stigmate cruciato.
E. montanum *Linn. svec. n.* 329. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 316. *n.* 7. *α. Flor. Dan.* 6. *t.* 922.
Hab. in rupestribus sylvarum frequenter.

Planta sesquipedalis et ultra, satis stricta, Folia inferiora saepe plus quam pollicem lata, basi valde ovata; superiora semper sessilia. Flores duplo majores quam in praecedenti, magis patentes, quare etiam stigma divisum evadit. Petala dilute violacea, sub messe expansa.

245. EPILOBIUM *rivulare:* foliis sessilibus oblongatis subintegerrimis, caule teretiusculo, petalis ovalibus, stigmate cruciato.
Hab. in rivulo fontano infra Bergsbrunna Danmarkensium copiose.

Est quasi herba maxima sequentis speciei, saepe tripedalis, sed floribus fere praecedentis. Foliorum insertiones ad latera utraque omnino confluunt scil. in caule inferiore ideoque tereti. Flores ut in praecedenti quatuor saltem lineas longi latique, dilute violacei, ad messem explicati.

246. EPILOBIUM *palustre*: foliis sessilibus lanceolatis subintegerrimis, caule tereti, petalis oblongis, stigmate indiviso.
E. palustre *Linn. svec. n.* 330. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 317. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1574.
β. foliis sublinearibus petalisque albis. *Wahlenb. lappon. p.* 95.
Hab. *α.* in paludosis pratis campestribus ubique; *β.* in paludibus sylvarum majorum ex. gr. Nosten, Örlösan frequenter.

Planta tota vix unquam plus quam sesquipedalis. Caulis ramis gracilibus instructus, eximie virgatus. Flores

minores quam praecedentium, tres lineas longi etiam magis angusti, post solstitium successive prodeuntes. Calyx viridis. Petala dilutissime violacea, profunde emarginata.

β. non parum differt simplicitate et angustia omnium partium, nec non petalis etiam angustioribus intra calycem rubicundum, floribus nutantibus.

VACCINIUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 658. Jussieu gen. p. 180. Gaertn. fruct. 1. p. 142. t. 28.

Calyx minimus quadridentatus aut integer. Corolla campanulata quadrifida (laciniis reflexis) -- vel quadripartita totaque reflexa *(in Oxycocco)*. Stamina receptaculo inserta; antheris superne apice bitubulosis, et *(in speciebus duabus primis etiam)* extus bicornibus. Bacca infera, globosa, calyce impresso superne umbilicata, quadrilocularis, polysperma. -- *Fruticuli foliis alternis, partem quintam in omni fructificatione saepe addentes.*

Ord. nat. 29. *Bicornes.*

247. VACCINIUM *Myrtillus*: pedunculis unifloris, caule subquadrangulo, foliis ovatis serratis deciduis.

V. Myrtillus *Linn. svec. n.* 333. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 348. *Sv. Bot. t.* 163. *Flor. Dan.* 6. *t.* 974.

Hab. in omnibus sylvis acifoliis vulgatissime

Fruticulus pedalis vel bipedalis: ramis omnibus viridibus; angulis e marginibus petiolorum ortis. Folia mense frondescentiae erumpunt, et paullo postea ex axillis eorum eduntur flores solitarii pedicellati, globosi, rubicundi. Bacca saturate caerulea, globosa, umbilico aperto.

248. VACCINIUM *uliginosum*: pedunculis unifloris, ramis teretibus, foliis obovatis integerrimis basi ciliatis deciduis.

V. uliginosum *Linn. svec. n.* 332. *spec. pl. ed. Willden.* 2 *p.* 351. *Sv. Bot. t.* 331. *Flor. Dan. t.* 231.

Hab. in sylvarum locis uliginosis paludosisque frequenter.

Fruticulus pedalis et paullo ultra; ramis fuscescentibus. Flores e propriis gemmis in apicibus ramulorum mense frondescentiae egrediuntur, subsolitarii, albescentes, passim rubescentes. Folia e diversis gemmis infra flores postea emanant, magis glaucescentia. Baccae quoque valde glaucescentes, oblongatae; umbilico clauso.

249. VACCINIUM *Vitis idaea*: racemis terminalibus nutantibus, foliis obovatis margine revolutis subtus punctatis perennibus.

V. Vitis idaea *Linn. svec. n.* 334. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 354. *Sv. Bot. t.* 116. *Flor. Dan. t.* 40.

Hab in collibus et campis siccis sylvaticis vulgatissime.

Fruticulus parvus, laxus. Folia nuper explicata subtus omnino avenia, insigniter punctata et e singulo puncto exserentia setulam brevem demum anno exeunte nigrescentem. Florum racemi e gemmis propriis terminalibus prodeunt initio aestatis, albi. Antherae tubulis terminantur longis. Baccae rubrae magnitudine pisi, grate acidulae.

250. VACCINIUM *Oxycoccos*: pedunculis terminalibus aggregatis, caulibus repentibus filiformibus glabriusculis, foliis ovatis integerrimis subtus albicantibus perennibus.

V. Oxycoccos *Linn. svec. n.* 335. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 354. *Sv. Bot. t.* 12. *Flor. Dan. t.* 80.

Hab. in paludibus profundis Sphagno impletis ex. gr. ad lacum Vitulfsbergensem, ad lacum Sätrensem paroeciae Näs, in sylva Nosten multis locis, in palude Norbyensi etc. copiose.

Fruticulus nostrorum minimus. Rami laterales ramulis annotinis foliosis eximie serpunt; centrales vero e gemmis terminalibus racemulos squamosos producunt. Pedunculi proprii insigniter rubentes erecti, apice tantum incurvati et floriferi. Flores mense florescentiae praecipue exstant, valde peculiares, quippe qui lacinias corollae praecipue apice et basi sanguineas sursum reflectunt, stamina nuda spadicea demittunt. Antherae apice in tubulos subulatos longitudine ipsius antherae

producuntur, quibus eximie demonstratum ,fruticulum hujus generis esse. Baccae rubrae majores.

ERICA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 659. Jussieu gen. p. 178. Gaertn. fruct. 1. p. 302. t. 63.

Calyx tetraphyllus, interdum duplicatus. Corolla subcampanulata, quadrifida. Stamina receptaculo inserta; antheris demum bifidis. Stigma cruciatum. Capsula supera, quadrilocularis, quadrivalvis, polysperma. -- *Fruticul. foliis minutis oppositis.*
Ord. nat. 29. *Bicornes.*

251. ERICA *vulgaris:* antheris cristatis inclusis, stylo exserto, calyce fulcrato duplicato: interiore colorato corollam subexcedente, floribus racemosis secundis, foliis oppositis sagittatis.
E. vulgaris *Linn. svec. n.* 356. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 373. *Smith. fl. brit. comp.* 1816. *p.* 61. *Sv. Bot. t.* 53. *Flor. Dan. t.* 677.
Calluna Erica *Decand. fl. fran. n.* 2803.
Calluna vulgaris *Willden. enum. hort. berol. p.* 415.
Hab. in collibus et campis sylvestribus sterilissimis vulgatissime.

Fruticulus virgatus, sempervirens; ramis oppositis ramulisque ob folia quadrifariam imbricata tetragonis. Folia in dorso sulco exarata deorsumque divisa fere in modum sagittae. Flores per apices ramorum racemoso dispositi, secundi, sub messe Secalis primum explicati, folio sub singulo pedicello, bracteisque calycem fulcrantibus quatuor foliorum instar. Calycis foliola exteriora ciliata bracteis dictis non majora; interiora vero petaloidea rosea corollae laciniis parum longiora. Corolla ipsa basi campanulata, rosea. Antherae basi appendicibus planis (cristis) praeditae. Capsulae dissepimenta receptaculo adfixa et suturis valvularum opposita. Variis itaque notis ab Erigis ceteris differt.

DAPHNE

Linn. gen. ed. Schreb. n. 664. Jussieu gen. p. 86.
Thymelaea *Gaertn. fruct. 1. p. 188. t. 39.*

Corolla nuda, decidua, infundibuliformis: limbo quadrifido, patente. Stamina tubo corollae inclusa. Bacca nuda, supera, monosperma: semine crustaceo, globoso. -- *Frutex foliis alternis.*
Ord. nat. 43. *Vepreculae.*

252. DAPHNE *Mezereum*; floribus caulinis ternis sessilibus: laciniis ovatis acutis, foliis lanceolatis utrinque glabris deciduis.
D. Mezereum *Linn. svec. n.* 338. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 415. *Sv. Bot. t.* 7. *Flor. Dan. t.* 268.
Hab in lucis laetioribus praecipue juxta amnem Läbyensem passim copiose, uti in Quarnbolund, Norbylund, montibus Godtsundensibus etc.

Frutex duorum vel trium pedum. Rami cinerei: gemmis lateralibus numerosis emittentibus Flores ternatos initio mensis germinationis apertos, eleganter rubros. E gemma terminali majore dein prodeunt folia digitum minorem longa. Baccae rubrae magnitudine pisi autumnum versus maturantur. Vis peracris in plerisque partibus adest, excepta pulpa baccae.

ORD. TRIGYNIA

POLYGONUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 677. Jussieu. gen. p. 92. Gaertn. fruct. 2. p. 181. t. 119.

Calyx corollinus (plus minus coloratus), 5-partitus, plerumque demum inaequalis: laciniis tribus exterioribus grandescentibus, seminisque angulos cavitate sua includentibus. Staminum octorum quinque exteriora calycis laciniis, tria interiora stylis alternantia, interjectis saepe glandulis. Semen triquetrum. -- Vel etiam (*in genere subjecto Persicariae Gaertn. cui tres ultimae nostrae species*) stamina tantum quin-

que exteriora et styli bini cum semine plus minus compresso planoque. -- *Herbae alternifoliae.*
Ord. nat. 36. *Holoraceae, sectio Vaginales.*

253. POLYGONUM *viviparum*: caule simplicissimo monostachyo, foliis lanceolatis. *Linn. svec. n.* 340. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 441. *Sv. Bot. t.* 336. *Flor. Dan. t.* 13. bona.

Hab. in pratis et pascuis duris uliginosis sylvestribus passim ex. gr. ad Lassbybackar, juxta Norby, prope Godtsunda et Vårdsätra, pone Vitulfsberg

Radix perennis, torulosa, adstringens farinaceaque fere ut in affini Bistorta. Caulis plerumque spithamalis. Folia infima ovalia, longius petiolata; reliqua lanceolata, marginibus recurva, subtus canescenti-puberula. Spica inferne obsita tuberculis a germine mutato evidenter ortis, atropurpureis, demum viviparis; superne floribus albidis: antheris nigricantibus non omnibus perfectis.

254. POLYGONUM *aviculare*: caule procumbente striato, foliis lanceolatis acutis venosis glabris; vaginis laceris ciliatis, floribus axillaribus.

P. aviculare *Linn. svec. n* 339 *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 449 *Sv. Bot t.* 406. *Flor. Dan. t.* 803.

Hab. in arvis, viis, plateis vulgatissime.

Radix annua. Caules subfiliformes. Folia sesquiuncia longa, versus apicem caulis sensim decrescentia et flores numerosiores fulcrantia: vaginis eximie albicantibus. Flores aliquantum rubentes, per totam aestatem obvii.

255. POLYGONUM *Convolvulus*: caule volubili angulato, foliis cordato-sagittatis glabris, floribus racemosis, laciniis calycinis fructiferis carinatis.

P. Convolvulus *Linn. svec. n.* 344. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 455. *Flor. Dan. t.* 744.

Hab. inter segetes et olera, ubique.

Radix annua. Herba plerumque unum alterumve pedem longa. Folia infima saepe omnino cordata, summa vero oblongo-sagittata. Flores pallidi ante messem

sese aperientes. Laciniarum calycinarum carinae in pedicellos non decurrunt.

256. POLYGONUM *dumetorum:* caule volubili teretiusculo, foliis cordato-triangulis glabris, floribus racemosis, laciniis calycinis fructiferis pedicellisque alatis.

C. dumetorum *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 455. *Flor. Dan. t.* 756.

Hab. in coryletis rupestribus per oram montium a Lurbo versus Håga extensorum pluribus locis copiose, nec non insulis lacus Mäleri ex. gr. Fläskjan ad Krusenberg.

Radix subbiennis. Planta tota interdum orgyalis longitudinis, omnibus partibus magis elongata et extensa. Longe serius quoque crescit vix ante autumnum alas suas membranaceas in fructu ostendens. Flores primum multo angustiores quam in praecedenti specie. Nihilo tamen minus vix nisi forma nemorosa praecedentis est.

257. POLYGONUM *amphibium:* floribus pentandris digynis, staminibus exsertis, spicis solitariis oblongis, foliis basi cordatis costatis.

P. amphibium *Linn. svec. n.* 341. *mant. p.* 376. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 443. *Ehrh. beitr. n.* 3. *p.* 60. *Flor. Dan. t.* 282.

Hab. in aquis quietis majoribus ubique frequenter, unde passim adscendit in terram siccam et asperius evadit.

Radix perennis, late repens aeque ac caulis. Petioli in planta aquatica subfiliformes. Folia natantia supra eximie nitida et albo-punctata, subtus opaca et divergenter costata, fere lineari-elliptica, ultra pollicem lata. Spicae in apice caulis ante foenisecium florent, totae dilute roseae, crassitudine digiti minoris: calyce toto colorato, connivente. Glandulae quinque in fundo calycis. Semen sublenticulare atrum cum calyce non decolorato multo majore decidens.

258. POLYGONUM *Persicaria:* floribus subpentandris digynis, spicis axillaribus terminalibusque approximatis, foliis basi attenuatis venosis obtusiusculis.

P. Persicaria *Linn. svec. n.* 342. *mant. p.* 376.
α. foliis subtus canescentibus, floribus albicantibus.
P. incanum *Willden. spec. pl.* 2. *p.* 446.
β. caule decumbente, pedunculis saepe oppositifoliis.
P. lapathifolium *Willden. spec.* 2. *p.* 442.
Hab. ad agros, vias, parietes in terra molliori passim copiose.

Radix annua. Planta valde varians tam magnitudine quam latitudine foliorum et colore florum nec non pubescentia. Quo magis crassus fit caulis et quo latiora folia eo magis desiderantur cilia vaginarum in exemplaribus angustissimis evidentissima. Folia praecipue in β. fusco-maculata, cujus etiam flores coloratiores. Omnes varietates aestate seriore florent.

269. POLYGONUM *Hydropiper*: floribus subpentandris digynis axillaribus superne confluentibus in spicam filiformem nutantem, vaginis setoso-ciliatis, foliis margine scabris utrinque acuminatis.
P. Hydropiper *Linn. svec. n.* 343. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 444. *Sv. Bot. t.* 424. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1576.
Hab. in locis subhumidis ad vias, agros, domes vulgatissime.

Radix annua. Planta tota multo gracilior et angustior omnibus praecedentibus, primum tota viridis, demum ingruente gelu superne rufescens. Folia vix unquam semipollice latiora. Flores post messem venientes primum apice tantum extremo colorati; demum vero tota spica quodammodo rufescit. Ob acredinem insignem intacta relinquitur planta.

ORD. TETRAGYNIA

PARIS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 683. *Jussieu gen. p.* 48. *Gaertn. fruct.* 2. *p.* 19. *t.* 83

Calyx tetraphyllus. Petala quatuor, subfiliformia. Antherae mediis filamentis adnatae. Bacca supera, quadrilocularis: seminibus gemino ordine in singulo lo-

culamento positis. -- *Herba foliis verticillatis in medio caulis unflori.*
Ord. nat. 12. *Sarmentaceae* (*Asparageae Juss.*)

260. PARIS *quadrifolia. Linn. svec. n.* 346. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 470. *Sv. Bot. t.* 6. *Flor. Dan. t.* 139.
Hab. in coryletis, dumetis et lucis ubique frequenter.
Radix perennis, repens, sine foliis radicalibus ullis nisi initia caulium sterilium. Folia paullo supra medium caulis in verticillo quatuor (nec nisi in monstrosa planta plura), obovata. Flos per posteriorem partem veris et priorem aestatis viget, totus viridis, praeter loculamenta antherarum ad singulum marginem filamentorum adnata albescentia et pistillum fusco-nigricans.

ADOXA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 684. *Jussieu gen. p.* 343. *Gaertn. fruct.* 2. *p.* 141. *t.* 112.

Calyx diphyllus, persistens. Corolla monopetala, plana, quadrifida, demum marcescens. Bacca semiinfera calycis laciniis coronata, globosa, tetrasperma. -- *Herbula foliis binis oppositis, pedunculo apice floribus quinis, quorum laterales in calyce tertiam in flore reliquo quintam partem numeri addunt.*
Ord. nat. 51. *Succulentae, sectio Saxifragae.*

261. ADOXA *Moschatellina: Linn. svec. n.* 347. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 472. *Sv. Bot. t.* 435. *Flor. Dan. t.* 94.
Hab. in lucis et sylvis densioribus atra, denudata humo praeditis passim copiose ex. gr. in sylva regia ad Sandvik, in Liljeconvaljsholm, in montibus Godtsundensibus, in Norbylund, Quarnbolund.
Radix perennis, squamis carnosis obsita, ceterum tenuis repens. Herba tota odorem debilem moschi spargit. Folium radicale unum alterumve subbiternatum lobatumque. Folia caulina ternata trifidaque. Pedunculus tetragonus. Flores prodeunt fine mensis germinationis, virescentes. Pedunculi fructiferi dein incurvantur baccasque gerunt nonnullas virides.

ELATINE

Linn. gen. ed. Schreb. n. 685. Jussieu. gen. p. 333. Gaertn. fruct. 2. p. 142. t. 112.

Calyx tetraphyllus, persistens. Petala quatuor, sessilia patentia. Capsula supera, depressa, quadrivalvis, quadrilocularis. Semina numerosa, receptaculo centrali adfixa. — *Herbulae aquaticae, minimae.*
Ord. nat. 26. *Caryophylleae, sectio Alsinaceae.*

262. ELATINE *Hypropiper*: foliis oppositis, floribus alternis, caule repente. *Linn. svec. n.* 348. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 472. *Flor. Dan. t.* 156. (*Vaillant paris. t.* 2. *f.* 2. floribus pedicellatis).
β. tota rubens (ad *Vaill. paris. t.* 2. *f.* 1. aliquantum accedens).

Hab. sub aqua limpida lacus Mäleri, supra arenam serpens passim. ex. gr. extra templum Näs copiose lecta; ut etiam in Ekebysjö; sed β supra limum denudatum ad pontem prati regii et ad templum Jumkil.

Radix annua; cauliculis undique serpentibns. Herbula in aqua crescens viret petalis solis albicantibus; in limo autem aëri libero exposita tota unacum floribus rubet, sed apud nos sine constanti imminutione numeri fructificationis. Flores omnino sessiles circa solstitium ut plurimum aperti. Capsula umbilico impresso praedita. Folia in α elongata, in β oblongo-obovata.

CLASSIS IX.

ENNEANDRIA

ORD. HEXAGYNIA

BUTOMUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 693. Jussieu gen. p. 52. Gaertn. fruct. 1. p. 74. t. 19.

Petala sex, nuda, marcescentia: alternis minoribus exterioribus acutioribus. Capsulae sex, superae, mar-

gine interiori dehiscentes, intus undique seminiferae. *Planta junciformis florida. Ord. nat.* 8. *Tripetaloideae sectio Juncagines.*

263. BUTOMUS *umbellatus: Linn. spec. n.* 350. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 491. *Sv. Bot. t.* 296. *Flor. Dan. t.* 604.

Hab. in aqua fluviorum, lacuum et stagnorum campestrium modice profunda ubique frequenter.

Radix valde perennis, crassa. Folia situ aequitantia, subtriquetro-ensiformia. Scapus omnino teres et laevissimus, bipedalis et ultra. Umbella involucro triphyllo scarioso fulcrata, multiflora; pedunculis exterioribus paullo post solstitium florentibus, succedentibus interioribus usque ad autumnum. Petala omnia alba cum rosea tinctura circa nervum medium; exterioribus tamen ad basin virescentibus. Pistilla primum in corpus trigonum conniventia, demum atro-purpurea.

CLASSIS X.

DECANDRIA

CONSPECTUS.

Genera hujus classis inter omnes ordines ita dispartita sunt, ut, etiamsi numerosa, tamen in singulo ordine apud nos non ultra quinque vel sex veniant. Itaque schemate speciali nullibi opus est. Contenta autem classis in genere exponere utique convenit.

Monogynia apud nos constituitur solis plantis Bicornibus (quarum characteres anthologici in Octandria quodammodo dati sunt). Hae plantae commode magis quam naturae convenienter dispesci possunt in Monopetalas uti Andromeda et Arbutus, nec non Polypetalas: Pyrola, Monotropa, Ledum.

Reliquorum Ordinum genera pleraque maximam et optimam partem ordinis naturalis CARYOPHYLLEARUM *constituunt, quae notantur foliis opposi-*

tis, petalis quinque, capsula supera receptaculum magnum centrale utplurimum liberum continente, seminibus embryone curvato circa albumen farinaceum posito. Hic ordo bene dividitur in Caryophylleas strictissime sic dictas calyce tubuloso indiviso, florem inferne valde angustatum continente praeditas, et Alsinaceas calyce pentaphyllo patente sub flore toto patulo. Genera autem ambarum sectionum secundum numerum pistillorum inter ordines posteriores dispertiuntur. — Praeterea hi ordines duo genera SUCCULENTARUM *habent, quorum unum scil. Saxifraga ante Caryophylleas venit, alterum nempe Sedum post easdem sequitur. Denique genus unicum* GRUINALIUM *classem claudat.*

Omnia genera totius classis, quae nostram floram intrant, fructum superum habent, quod sub quocunque genere repetere supervacaneum duxi.

Vaccinia nonnulla interdum octandra, itemque Adoxa et Gerania in aliis classibus reperiuntur.

1. ORD. MONOGYNIA

LEDUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 744. Jussieu, gen. p. 177. Gaertn. fruct. 2. p. 145. t. 112.

Calyx minimus, quinquedentatus. Corolla pentapetala, plana. Antherae biporae inermes. Capsula quinquepartibilis: dissepimentis duplicatis ab axi secedentibus. Semina numerosissima, arillata. — *Frutex.*

Ord. nat. 29. *Bicornes sectio Rhododendraceae Juss.*

264. LEDUM *palustre:* foliis sublinearibus margine revolutis subtus hirsutis.

L. palustre *Linn. svec. n.* 352. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 602. *n.* 1. *a. Sv. Bot. t.* 18. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1031.

Hab. in omnibus paludibus sylvaticis caespitosis sterilioribus frequentissime.

Frutex bipedalis et ultra, patens. Folia praeteriti anni persistunt, supra viridia, subtus ferruginea, alterna. Folia nova vix prodeunt ante mensem florescentiae subtus primum albida. Flores fere eodem tempore emanant e gemma magna terminali aliorum ramorum, insignemque cymam albam constituunt, in rachide vel pedunculo communi inserti ope pedicellorum squama ferruginea bracteatorum. Demum sub cyma prodit ramulus unus alterve foliosus.

ANDROMEDA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 747. Jussieu gen. p. 179. Gaertn. fruct. t. p. 304. t. 63.

Calyx minimus, quinquepartitus. Corolla subglobosa: ore quinquefido, revoluto. Antherae bicornes, inclusae. Capsula quinquelocularis, pentagona, angulis dehiscens; dissepimentis e medio valvularum. Semina pauca, non arillata. — *Fruticuli sempervirentes. Ord. nat.* 29. *Bicornes.*

265. ANDROMEDA *polifolia*: pedunculis aggregatis, foliis alternis lanceolatis margine revolutis subtus argenteis.

A. polifolia *Linn. suec. n.* 353. *spec. pl. ed. Willden.* 2. p. 610. *n.* 15. *β. Sv. Bot. t.* 445. non opt. *Flor. Dan. t.* 54.

Hab. in paludibus majoribus sylvaticis copiose ex. gr. in palude Vitulfsbergensi, in palude sylvaque Norbyensi, in sylva Nosten multis locis, ad lacum Sätrensem paroeciae Näs, pone Brunnby Börjensium.

Fruticulus caule repente, ramis assurgentibus digitalibus. Folia circiter uncialis longitudinis, rigescentia. Pedunculi ex apice ramorum circiter quinque toti concolores cum floribus suis venuste incarnatis vel dilute roseis. Corolla globosa, magnitudine pisi minoris, nutans, mense florescentiae aperta. Pedunculi fructiferi eriguntur.

ARBUTUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 750. Jussieu gen. p. 179.

Calyx minimus, quinquepartitus. Corolla ovata; ore constricto revoluto; basi pellucida. Antherae biporae, bicornes, inclusae. Bacca (supera) calva, quinquelocularis: seminibus solitariis osseis (*in nostra specie; in aliis aliter*). — *Fruticulus.*
Ord. nat. 29. *Bicornes.*

266. ARBUTUS *Uva ursi*: caulibus procumbentibus, foliis cuneiformibus subtus reticulatis integerrimis perennibus.
A. Uva ursi *Linn. svec. n.* 358. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 618. *Sv. Bot. t.* 85. non optim. *Flor. Dan. t.* 33.
Hab. in apricis saxosis et glareosis sylvarum frequenter.

Fruticulus totus decumbens, sempervirens. Flores albi primo vere mense frondescentiae prodeunt e gemmulis propriis juxta gemmas foliiferas positis. Folia lanceolato-cuneiformia, supra nitida, subtus venis obscurius viridibus, insigniter reticulata, marginibus primum (dum juniora sunt) evidentissime ciliata.

PYROLA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 752. Jussieu gen. p. 179. Gaertn. fruct. 1. p. 303. t. 63.

Calyx minutus, quinquepartitus. Petala quinque, concava. Antherae invertendae, ad insertionem binis tubulis dehiscentes. Capsula quinquelocularis, quinquangularis, angulis dehiscens; dissepimentis e medio valvularum. Semina arillata, numerosissima. — *Plantae sempervirentes.*
Ord. nat. 29. *Bicornes.*

267. PYROLA *rotundifolia*: staminibus adscendentibus, pistillis declinatis coloratis flore expanso longioribus, squamis scapi inferioribus amplectentibus scariosis.

P. rotundifolia *Linn. suec. n.* 360 *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 621. *Sv. Bot. t.* 304.

Hab. in sylvis asperis praecipue subhumidis frequenter.

Radix repens emittens stolones multos foliis semper-virentibus instructos. Folia ad basin scapi plerumque terna, subrotunda, saepe bipollicaris latitudinis. Squamae amplectentes inter folia tegunt scapum prope radicem exquisite trigonum, de cetero bracteis paucis scariosis subcoloratis stipatum, fere pedalem. Bracteae florum patentes, pedicellis longiores Corollae post solstitium exstant niveae. Antherae invertuntur adeo, ut extremitas insertionis emineat tubulis aurantiacis. Pistillum rubet.

268. PYROLA *chlorantha*: staminibus adscendentibus, pistillis declinatis flore globoso longioribus, squamis scapi inferioribus linearibus herbaceis.

P. chlorantha *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1810. *p.* 190. *t.* 5. *Sv. Bot. t.* 453.

Hab. in sylvis acifoliis maximis solo sterilissimo durissimo rarius, uti in sylva Nosten pone Håga, in sylva trans Näs et in sylva Kungsparken ad clivum Knäppingen.

Radix fere praecedentis. Folia plerumque dimidio minora, saepe latiora quam longa, saturatius viridia et crassiora. Squamae tum inter folia tum in scapo valde angustae, unilaterales, angulis scapi tantum insertae, plerumque virescentes. Pedicelli bracteis paullo longiores, semper recurvati. Flores forma fere globosi, paullo post solstitium conspicui petalis luteo-virescentibus vel citrinis. Filamenta etiam virescunt. Antherae longioribus tubulis etiam sursum versis dehiscunt. Stylus et stigma semper viride, evidentius quinquecallosum.

269. PYROLA *minor*: staminibus pistillisque rectis aequalibus inclusis.

P. minor *Linn. suec. n.* 361. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 621. *Flor. Dan. t.* 55. non opt. *Sv. Bot. t.* 550. optim.

Hab. in sylvis majoribus acifoliis solo uliginoso passim ex. gr. ad paludem Vitulfsbergensem, in syl-

va Norbyensi, in sylva Nosten ad Mathsmossa, ad paludes trans Jumkil.

Radix fere praecedentium. Folia quodammodo P. rotundifoliae, sed tenuiora, et intima quoque angustiora. Squama ad basin scapi nulla nisi initium folii cujusdam. Scapus ubique triangularis, una tantum bractea stipatus. Racemus non raro aliquantum secundus. Flores omnino globosi, magnitudine seminis Piperis, post solstitium vigentes. Calyx rubicundus. Petala alba cum rubore evidenti apices versus. Stamina undique aequaliter circa pistillum breve posita: antheris tota latitudine loculamentorum hiantibus ut in sequenti specie.

270. PYROLA *secunda*: racemo unilaterali. *Linn. svec. n.*362. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 621. *Flor. Dan. t.* 402.

Hab. in sylvis inter Myrtillum fere ubique frequenter.

Radix repens et stolones longiores edens. Folia ternatim in pluribus articulis caudicum supra se invicem posita, petiolo angusto inserta, ovato-oblonga, serrata. Squamae tres vel plures ad basin scapi. Racemus bracteis albicantibus. Flores post solstitium veniunt, oblongati. Petala virescenti-albida. Antherae tota latitudine loculamentorum hiantes. Stylus post florescentiam fructu multoties longior fit.

271. PYROLA *umbellata*: floribus subumbellatis. *Linn. svec. n.* 363. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 622. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 16. *Sv. Bot. t.* 27. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1336.

Hab. in sylvis acifoliis umbrosissimis raro; trans Kungshamn aliquoties lecta.

Fruticulum omnino constituit cauliculis saepe plus quam digitalis longitudinis. Folia quodammodo stellata (fere ut in praecedente) terna usque ad quina circa singulum articulum caulis, multo duriora quam in ceteris, cuneiformia, dentata. Pedunculi communes foliis duplo tantum longiores: pedicellis umbellae circiter quatuor. Flores aliquantum rubentes. Stigma omnino sessile (sine stylo), quod in nulla alia.

272. PYROLA *uniflora*: pedunculo radicali unifloro. *Linn svec. n.* 364. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 622. *Sv. Bot. t.* 176. *Flor. Dan.* t. 8.

Hab. in sylvis subhumidis atra humo praeditis passim; in sylva regia fere ubique.

Radix repens; cauliculis supra terram brevissimis: foliis ternis in uno alterove articulo positis, subrotundis. Inter folia terna superiora e gemma squamacea surgit pedunculus supra medium bractea viridi praeditus, apice gerens florem nutantem, totum album, circa solstitium patentem latitudine fere pollicis, svaveolentem. Antherae ante expansionem floris erectae apice stigma omnino attingentes, dein vero invertuntur adeo ut tubuli baseos stigma respiciant et pollen effundant, quae mutatio situs in omnibus Pyrolis praesens in hac specie evidentissima est.

MONOTROPA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 337. Jussieu gen. p. 476. Gaertn. fruct. 3. p. 45. t. 185.

Calyx pentaphyllus: foliola colorata, petalis paullo breviora et cum his in cylindrum conniventia simulque decidua. Petala quinque, basi gibba. Antherae inermes. Stigma discoideum. Capsula quinquelocularis; loculamentis latere dehiscentibus; dissepimentis e medio valvularum. Semina numerosissima, arillata. — *Herba parasitica, aphylla, et tamen quod ad interiores partes fructificationis a soli locique influxu omnium maximè liberas Pyrolis tam similis, ut* 291 *Bicornibus certe associanda.*

273. MONOTROPA *Hypopithys:* floribus spicatis ciliatis, lateralibus octandris.

M. Hypopithys *Linn. svec. n.* 351. *spec. pl. ed. Willden. 2. p.* 573. *Sv. Bot. t.* 97. *Flor. Dan. t.* 232.

Hab. parasitice in radicibus Pinorum Populorumque locis umbrosissimis raritas; lecta ad Knäppingen sylvae Kungsparken, ad Kungshamn et in luco ad Gränby Börjensium.

Radix nulla alia quam intumescens pars infima caulis squamis creberrimis tecta, quae certe semel tantum floret ideoque quodammodo annua est. Planta sordide

tescens, exsiccatione eximie nigrescens. Squamae caus demum in bracteas abeunt, quae quo superiores eo agis in pedunculos florum adscendunt, adeo ut in suremis floribus cum calyce confundantur, quo fit ut ars quinta praecipue in terminali flore addatur omni uctificationis parti. Inflorescentia primum recurvata ensim erigitur, et floret post foenisecium. Filamenta arbata fere ut in Verbasco Thapso, cujus odorem tiam habet planta.

1. ORD. DIGYNIA

SAXIFRAGA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 764. Jussieu gen. p. 342. Gaertn. fructi 1. p. 171. t. 36.

alyx quinquepartitus. Petala quinque: Capsula bilocularis, inter rostra stylosve binos dehiscens, polysperma, basi interdum calyce plus minus vestita, quo totus flos magis superus apertusque evadit. — *Herbae foliis utplurimum alternis.*

Ord. nat. 31. *Succulentae: sectio Saxifragae.*

274. SAXIFRAGA *granulata*: foliis radicalibus reniformibus lobatis; caulinis multifidis, caule paniculato, germine semiinfero, radice granulata.

S. granulata *Linn. svec. n.* 372. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 651. *Sv. Bot. t.* 153. *Flor. Dan. t.* 514.

Hab. in pratis et pascuis collinis apricis ubique frequenter.

Radix perennis. Caulis plerumque pedalis, pubescens, ubviscosus. Folia radicalia longius petiolata. Flores recti, mense florescentiae optime explicati, latitudine digiti minoris. Petala oblongo-obovata, alba, venis nonullis lutescentibus.

275. SAXIFRAGA *tridactylites*: foliis infimis oblongis subintegris; caulinis cuneiformibus trifidis, caule paniculato, germine infero demum globoso.

S. tridactylites *Linn. svec. n.* 375. *α. spec. pl. ed. Wilden.* 2. p. 654. *Sv. Bot. t.* 478. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1517.

Hab. in collo arcis ad latus orientale inter glaream ru-

deralem lateritiam et calcaream aestatibus humidioribus frequenter.

Radix annua. Herba ut plurimum digitalis tantum altitudinis, eximie pubescenti-viscida et rubicunda. Flores primum nutantes, dein erecti, initio mensis florescentiae explicati, semine piperis vix majores cum fructu insequente. Petala alba, uninervia.

SCLERANTHUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 767. Jussieu gen. p. 348. Gaertn. fruct. 2. p. 196. t. 126.

Calyx quinquedentatus, persistens. Corolla nulla. Stamina minima, callo nectarino insidentia. Capsula tenuissima, sed nectario calycis tubum implente indurato demum nuculari undique circumnata, nunquam demittenda, monosperma. — *Herbulae foliis oppositis subulatis.*

Ord. nat. 30. *Holoraceae: sectio Amaranthi.*

276. SCLERANTHUS *annuus:* calycibus fructus patulis acutis undique concoloribus.

S. annuus *Linn. svec. n.* 377. *spec. pl. ed. Willden.* 2. p. 660. *Flor. Dan. t.* 504.

Hab. in arvis agrisque praecipue arenosis ubique frequenter.

Radix annua. Caules ex eadem radice plures, primum undique decumbentes, demum adscendentes, superne pubescentia tenui recurvata nonnihil canescentes. Folia longiuscula adeo, ut suprema extra flores prominent. Flores per priorem partem aestatis vigentes, fere toti virescentes: laciniis calycis praecipue fructiferi parenchymate viridi in apicem excurrente.

277. SCLERANTHUS *perennis:* calycibus fructus extensis erectis obtusis: marginibus membranaceis discoloribus.

S. perennis *Linn. svec. n.* 378. *spec. pl. ed. Willden.* 2. p. 661. *Flor. Dan. t.* 565.

Hab. in jugo glareoso a sylva Kungsparken Åsen versus Upsaliam antiquam ultraque extenso ubique frequenter.

Radix perennans et caules magis depressi. Folia breviora ultra flores nunquam procedentia. Calyces magis cariosi, itaque minus rigide patentes, obtusiores, albidiores quam praecedentis. Hae differentiae multum cendere videntur a soli locique diversitate, quare etiam eglignitur haec planta tum in *Linn. herbat. upsal.* tum 1 *Ehrharti catal. plant. upsal.*

* * *

GYPSOPHILA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 768. Jussieu gen. p. 334.

Calyx urceolatus, angulatus, quinquefidus. Petala quinque, brevia, obtusa. Capsula unilocularis, globosa, quadrivalvis. — *Herbae angustissimae.*
Ord. nat. 26. *Caryophylleae strictissime sic dictae*

178. GYPSOPHILA *muralis*: foliis linearibus planis longitudine internodiorum, calycibus aphyllis, caule dichotomo, petalis crenatis.
G. muralis *Linn. suec. n.* 580. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 666. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1268.
G. serotina *Hayne.*
Hab in arenosis viis versus Alsike.
Radix annua. Planta minima Caryophyllearum s. s. d. plerumque digito minimo non longior, tenuissima. Flores albescentes autumnales.

DIANTHUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 770. Jussieu gen. p 334. Gaertn. fruct. 2. p. 227. t. 129.

Calyx tubulosus, apice quinquedentatus, basi squamis oppositis calyculatus. Petala quinque, longe ungviculata. Capsula cylindrica, unilocularis, apice dentibus quatuor dehiscens. Semina compressa. — *Herbae foliis linearibus rigidulis.*
Ord. nat. 26. *Caryophylleae.*

279. DIANTHUS *deltoides:* floribus solitariis, caule multifloro subpuboscente, squamis calycinis lanceolatis subbinis, petalis crenatis.

D. deltoides *Linn. suec. n.* 582. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 676. *n.* 12. *a. Sv. Bot. t.* 477. *Flor. Dan. t.* 577.

Hab. in omnibus collibus et campis glareosis siccis frequenter.

Radix valde perennis: caudicibus persistentibus, duriusculis. Caules numerosi, adscendentes, plerumque tantum spithamales. Folia linearia, marginibus scabriuscula. Flores aestate seriore valde venusti: petalis purpureis, circulo circa faucem ornatis. — Occurrit in insula Maeleri Fläskjan saltem annis siccissimis varietas caule ramosissimo, floribus minoribus pallidioribus.

3. ORD. TRIGYNIA

CUCUBALUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 771. *Jussieu gen. p.* 335.

Calyx inflatus, apice quinquedentatus. Petala quinque anguste ungviculata, ad faucem nuda (vel obsoletius coronata). Capsula basi trilocularis, apice sexfariam dehiscens. — *Herbae foliis latis tenuioribus.*

Ord. nat. 26. *Caryophylleae.*

280. CUCUBALUS *Behen:* calycibus ovatis glabris reticulatis, petalis bipartitis, floribus paniculatis cernuis.

C. Behen *Linn. suec. n.* 585. *α. spec pl. ed. Willden.* 2. *p.* 684. *Flor. Dan.* 6. *t.* 914. opt.

Hab. in pratis siccioribus sylvestribus passim, ex. gr. ad Mathsmossa sylvae Nosten.

Radix perennis, non parum repens. Herba tota glaucescens, glaberrima: apicibus foliorum et maculis caulis caesiis. Caulis plerumque sesquipedalis, ad genicula intumescens. Folia ovato-oblonga, acuminata, avenia. Flores dichotome paniculati, sub foenisecio plerumque explicati. Calyces magnitudine fabae minoris. Petala

ı, ungvibus filiformibus disjunctisque inserta, ad fau-
ı dilatata, sed neutiquam coronata: laminis bipar-
ı. Styli exserti extra petala.

SILENE

inn. gen. ed. Schreb. n. 772. Jussieu gen. p. 334. Gaertn. fruct.
2. p. 233. t. 130.

yx angustus, subangulatus costatusque, apice quin-
uedentatus. Petala quinque, ungviculata, ad faucem
oronata. Capsula basi trilocularis, apice sexfariam
ehiscens.

Ord. nat. 26. *Caryophylleae.*

. SILENE *nutans:* floribus lateralibus secundis cer-
nuis, petalis bipartitis: laciniis linearibus, caule
incurvo pubescente, foliis lanceolato-spathulatis.
S. nutans *Linn. svec. n.* 388 *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 694. *Flor. Dan. t.* 242.

Hab. in pratis et pascuis montosis collinis, praeser-
tim sylvestribus frequenter.

Radix perennis, multiceps. Folia radicalia ab angu-
ı subfiliformi petiolo dilatantur in spathulam lanceo-
am, undique tenuiter ciliata. Caulis laxus, superne
igniter glanduloso-pubescens. Petala alba ante sol-
ium explicata: laciniis coronae subulatis.

. SILENE *noctiflora:* viscosa, calycibus erectis de-
cemangularibus: dentibus tubum corollae aequanti-
bus, petalis bifidis. *Linn. svec. n.* 389. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 701.

Iab. inter segetes vernales aliaque sata passim; lecta
ad Fogelsånger, versus Rickomberga satis copio-
se, ad Åkerby.

ladix annua: caule solitario, simplici, saepius pedali.
la infima obovata, petiolata, glabriuscula; superiora
eolata. Calyces aeque ac superior pars plantae pi-
glandulosis manui adhaerentes, unciam fere longi,
ium cylindrici, demum incrassati digito minimo pa-
ı angustiores, et tunc insignes viridibus venis. Co-
a alba solis impatiens noctuque solummodo explicata
: solstitium.

283. SILENE *rupestris:* floribus erectis fastigiatis, p
talis emarginatis, calycibus decemnervibus, foli
ovato-lanceolatis.
S. rupestris *Linn. svec. n.* 390. *spec. pl. ed. Wi*
den. 2. *p.* 707. *Flor. Dan. t.* 4. non opt.

Hab. in unico rupe aprico sicco prope praedi
Kättinge paroeciae Börje, ubi, ante saecul
detecta a Rev. O. Celsio, adhuc copiose pro
gatur; nec de cetero ullibi in Uplandia uniquam
cta esse videtur.

Radix annua, sed stolonum et caulium fasciculu
magnum successive tota fere aestate florentem ede
Herba valde glaucescens, glaberrima, plerumque dig
non longior. Caulis articulis crebris tumidis praedit
demum abiens in paniculam dichotomam fastigiat
Calyx cum fructu semine Cannabis vix major. Pe
la alba.

STELLARIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 773. *Jussieu. gen. p.* 334.
Gaertn. fruct. 2. *p.* 229. *t.* 130.

Calyx pentaphyllus, patens. Petala quinque, bipartita
Stamina alterna breviora, interdum sterilia (Alsine
Linn.). Capsula unilocularis, sexvalvis.
Ord. nat. 26. *Caryophylleae sectio Alsi*
naceae.

284. STELLARIA *media:* foliis ovatis, caulibus pro
cumbentibus: linea laterali pilosa alterna. *Smith. brit*
2. *p.* 473. *Engl. Bot.* 8. *t.* 537.
Alsine media *Linn. svec. n.* 267. *spec. pl.* ed
Willden. 1. *p.* 1511. *Flor. Dan. t.* 525.

Hab. in cultis et ruderatis vulgatissime.

Radix annua. Planta tota succosa, substantia mollis
sima. Caules fragiles secundum insertionem alternan
pedunculorum linea alterna pilosa valde notabiles. Flo
res inconspicui, tota aestate obvii. Calyx ciliatus lon
gior petalis albis. Stamina saepe quinque basi glandulosa

285. STELLARIA *uliginosa:* pedunculis lateralibu
paucifloris, petalis calyce subenervi brevioribu

caule decumbente, foliis oblongo-lanceolatis integerrimis.

α. S. fontana *Wulfen. in Jacq. collect.* 1. *p.* 327.
β. S. uliginosa *Smith. brit.* 2. *p.* 476.
S. Alsine *Willden. spec. pl.* 2. *p.* 713.
S. graminea γ. *Linn. svec. n.* 593. *Flor. Dan.* 3. *t.* 415.
γ. S. longifolia *Fries. nov. p.* 49. *Sv. Bot. t.* 506.

Hab. in terra uliginosa denudata plerumque inundata fere ubique.

Radix annua, multicaulis. Herba valde varians: ad ntes maxime latifolia (foliis 4 lin. latis) glaucescens, dunculis subunifloris (S. fontana Wulf.); in locis item siccioribus umbrosioribus sensim magis angustilia et multiflora usque dum in S. longifoliam r. abeat. A sequentibus tunc solummodo differt inrescentia laterali, calycibus minoribus vix sesquilieam longis etc. Diutius florere continuat.

36. STELLARIA *glauca*: panicula terminali erecta, petalis calyce trinervi longioribus, foliis linearilanceolatis integerrimis glaucis.

S. glauca *Smith. brit.* 2. *p.* 475. *Engl. Bot. t.* 825.
S. palustris *Willden. spec. pl.* 2. *p.* 712.
S. graminea β. *Linn. svec. n.* 393.

Hab. in pratis humidis inter gramina majora passim frequenter; in prato regio infra pontem vulgaris.

Radix perennis. Herba erecta, strictior quam affium specierum, interdum bipedalis altitudinis, insigniter glauca. Folia saepe ultra duas uncias longa. Calyes quatuor lineas longi et tamen superantur petalis alis insignibus ad foenisecium praecipue obviis.

37. STELLARIA *graminea*: panicula terminali divaricata, petalis calycem trinervem aequantibus, foliis sublinearibus integerrimis.

S. graminea *Linn. svec. n.* 393. α. *spec. pl. ed. Willden* 2. *p.* 711. *Flor. Dan. t.* 414?

Hab. in graminosis siccioribus vulgatissime.

Radix perennis. Herba tota laetius virens, circite

pedalis altitudinis. Folia vix unciam longa. Calyces vix plus quam duas lineas longi, acutius trinerves quam in ceteris. Petala alba mense florescentiae explicata.

ARENARIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 774. (partim) *Jussieu gen. p. 334. Gaertn. fruct. 2. p. 232. t. 130.*

Calyx pentaphyllus, patens. Petala quinque, integra. Capsula unilocularis, apice sexfariam dehiscens.

Herbulae foliis subovatis.

Ord. nat. 26. *Caryophylleae, sectio Alsinaceae.*

288. ARENARIA *trinervia*; foliis ovatis acutis petiolatis trinervibus, calycibus glabris carina scabriusculis petala excedentibus, capsulis cernuis.

A. trinervia *Linn. svec. n.* 397. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 718. *Flor. Dan. t.* 429.

Hab. in lucis et umbrosis frequenter.

Radix annua. Herba diffusa, dichotoma, spithamaea, undique aliquantum ciliata. Pedunculi e dichotomia caulis solitarii, fere unciales vel foliis duplo longiores. Flores explicantur mense florescentiae: petalis albis. Calyces fructiferi foliis duplo triplove minores.

289. ARENARIA *serpyllifolia*; foliis ovatis acutis sessilibus venosis, calycibus pubescentibus petala excedentibus, capsulis erectis.

A. serpyllifolia *Linn. svec. n.* 398. *spec. pl. ed. Willden.* 2. p. 720. *Flor. Dan.* 6. *t.* 977.

Hab. in arenosis, glareosis, aridis ubique frequenter.

Radix annua, valde multicaulis. Caules adscendentes, circiter palmares, simpliciusculi, sed superne dichotomo-paniculati. Folia floribus vix majora. Petala alba, paullo ante et post solstitium explicata.

ALSINE

Gaertn. fruct. 2. p. 223. t. 129. Arenariae spec. *Linn.*

Calyx pentaphyllus. Petala quinque, integra. Capsula

unilocularis, trivalvis. — *Herbulae foliis subulatis, saepe membrana stipulari ad Spergulam accedentes. Ord. nat.* 26. *Caryophylleae, sectio Alsinaceae.*

290. ALSINE *rubra*: stipulis membranaceis acuminatis, foliis filiformibus, petalis calyce brevioribus, seminibus compressis immarginatis.
A. foliis linearibus etc. *Hall. helv. n.* 872.
Arenaria rubra *Linn. svec. n.* 399. *α. spec. pl. ed. Willden.* 2 *p.* 721. *Loesel. pruss.* 203. *t.* 63.
Hab. ad vias arenosas passim, sed etiam ad uliginosas prati Kungsängen parcius.

Radix annua. Caules numerosi, undique diffusi, filiformes, vix spithamales. Folia vix semiuncialia longa, internodiis circiter aequalia. Flores circa foliorum secum optime explicati: petalis violaceo-rubicundis (qui color in affinibus plantis inconsvetus nomen speciei dedit). Capsulae magnitudine seminis Piperis. Semina sine omni margine membranaceo.

ORD. PENTAGYNIA

AGROSTEMMA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 795. *Jussieu gen. p.* 335. *Gaertn. fruct.* 2. *p.* 228. *t.* 130.

Calyx tubulosus, coriaceus, decemcostatus, persistens demumque capsulam includens. Petala quinque, unguiculata; laminis indivisis. Capsula unilocularis, apice dentibus quinque dehiscens. — *Herbae grandiflorae.*
Ord. nat. 26. *Caryophylleae strictissime sic dictae.*

291. AGROSTEMMA *Githago*: hirsuta, calycibus corollam subaequantibus, petalis nudis (nec coronatis).
Linn. svec. n. 407. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 805. *Sv. Bot. t.* 488. *Flor. Dan. t.* 576.
Hab. inter segetes hyemales passim frequenter.

Radix annua. Herba tota pilis longis non parum canescens. Caulis circiter sesquipedalis, superne divisus

in ramos paucos unifloros. Folia linearia. Calyx subcylindricus, costis decem duris praeditus et inter eas subpellucidus; laciniae lineares corollą paullo breviores. Petala circa solstitium explicantur, majora quam in affinibus plantis svecicis, cum ungvibus suis sesquunciam longa, dilutius violacea, obtusa.

LYCHNIS.

Linn. gen. ed. Schreb. n. 796. Jussieu gen. p. 335. Gaertn. fruct. 2. p. 219. t. 130.

Calyx tubulosus, membranaceus, laeviusculus. Petala quinque, ungviculata; laminis saepius divisis. Capsula ad basin saepius quinquelocularis, apice dentibus quinque dehiscens.

Ord. nat. 26. Caryophylleae.

292. LYCHNIS *Flos cuculi*: petalis quadrifidis, calycibus decemangulatis, foliis lanceolatis glabris, caule pubescente.

L. Flos cuculi *Linn. svec. n.* 408. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 807. *Flor. Dan. t.* 590.

Hab. in pratis humentibus ubique.

Radix perennis. Folia radicalia sursum latiora, subspathulata. Caulis satis gracilis, pedalis et ultra, praecipue superne pubescens. Pedunculi et calyces eximie rubentes. Petala circa solstitium explicata, eleganter et saturate rosea; laciniis lateralibus multo brevioribus; coronae lacinulis binis extus saepe dente auctis vel etiam bifidis.

293. LYCHNIS *Viscaria*: petalis emarginatis, calycibus decemcostatis, foliis lineari-spathulatis utrinque glabris, caule glabro: internodiis superne glutinosis.

L. Viscaria *Linn. svec. n.* 409. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 808. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1052.

Hab. in collibus campisque elevatis apricis pratorum agrorumque frequenter.

Radix perennis, sursum caespitosa. Folia radicalia caryophyllea, sublinearia, sursum tantum paullo latiora; margine utroque primum lana connexo. Caulis cir-

citer pedalis, infra flores plerumque binodis et infra nodos viscositatem brunneam exsudans. Florum petala eleganter purpurea explicantur ante solstitium; coronae lacinulis duabus lanceolatis ut in Silenibus.

294. LYCHNIS *dioica*: petalis bifidis, floribus dioicis, corollae tubo calycem excedente, filamentis pilosis.
♂ caule graciliore magis paniculato.
♀ caule firmiore dichotomo.
L. dioica *Linn. svec. n.* 411. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 810. *Ehrhart beitr.* 4. *p.* 168. *n.* 117. *Smith fl. brit. comp.* 1816. *p.* 71.
α. *rubra sylvestris*: hirsuta gracilior cum capsula angustiore.
L. sylvestris *Willden. enum. hort. berol. p.* 491. *Engl. Bot.* 22. *t.* 1579.
β. *alba campestris*: pubescens obesior. capsula turgidiore.
L. dioica *Willden. enum. hort. berol. p.* 491. *Flor. Dan. t.* 792.
Hab. α. in nemorosis pratis regionum sylvestrium rarius ex. gr. ad Maligrop pone Flötsund, et trans Jumkil.
β. in arvis et cultis regionum campestrium frequentius, ut ad Fogelsängen, trans Håga.

Radix perennis. Caulis ultra pedem altus, in masculis plantis magis racemosus, in foemineis magis dichotomus: flore solitario in divisura. Flores satis constanter dioici: rudimento tantum alterius sexus. Calyx masculus semper angustus. Petala sub solstitio et postea explicata.

Ambae varietates tam multa communia habent, ut non possint non conjunctim tractari. A solo quoque multum pendere videntur diversitates earum: α. macrior laetior citius deflorens petalis suis rubicundo-violaceis ut in multis plantis sylvestribus; β. obesior tardior decolorata ut in solo agresti frequentius.

CERASTIUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 797. *Jussieu gen. p.* 334. *Gaertn. fruct.* 2. *p.* 231. *t.* 130.

Calyx pentaphyllus, patens. Petala quinque, bifida. Cap-

sola unilocularis, vel elongata apice dentibus decem dehiscens (*et in speciebus angustifoliis*). — vel ovata apice quinquevalvis (*in speciebus maxime latifoliis*). *Ord. nat.* 26. *Carpophyllea sectio alsinaceae.*

295. CERASTIUM *aquaticum*: fructibus subrotundis pendulis, petalis calycem excedentibus, pedunculis solitariis glutinosis, foliis cordatis amplexicaulibus undulatis.

C. aquaticum *Linn. suec.* n. 413. *ed.* 1. n. 370 a. *spec. pl. ed. Willden.* 2. p. 816. *Flor. Dan.* t. 458. *et* 8. t. 1337. *Ehrh. specl. in beitr.* 5. p. 17.

Hab. ad ripas nemorosas lacus Mäleri a Vårdsätra usque ad Skokloster copiose.

Radix perennis, filiformis. Stolones radicales steriles foliis petiolatis instructi sunt, sed caules fructificantes vix nisi foliis sessilibus quodammodo amplexicaulibus, ad margines eximie undulatis, saturate viridibus. Caules superne saltem teretiusculi, pubescentes, ad genicula eximie intumescentes succosi et fragiles. Flores e dichotomia caulis solitarii, post solstitium aperti. Calyces tubi virides, glutinoso-pubescentes. Petala usque ad basin partita, albissima. Capsula intra calycem clausum.

296. CERASTIUM *vulgatum*: pedunculis cauleque hirsutis, foliis subovatis obtusis, petalis calycem scariosum subaequantibus.

C. vulgatum *Linn. suec.* n. 415. *mant. p.* 390. *spec. pl. ed. Willden.* 2. p. 811.

Myosotis n. 2. *Pauill. paris. p.* 141. *t.* 50. *f.* 1.

Hab. in pratis, hortis aliisque locis, ubi terra magis obtecta et minus exsucca est, ubique frequenter.

Radix perennis, valde multiaulis. Herba tota plerumque major et latior quam sequentium, sed siccior: pilis saltem foliorum adpressis. Calyces majores fere tres lineas longi: marginibus scariosis nitentibus. Petala per mensem florescentiae ultra solstitium explicata.

297. CERASTIUM *viscosum*: pedunculis cauleque glan-

duloso-hirsutis, foliis subovalibus obtusis, petalis calycem aequantibus.
C. viscosum β. *Linn. svec. n.* 414.
Myosotis n. 5. *Vaillt paris. p.* 142. *t.* 30. *f.* 3. (var. latifolia).

Hab. in arvis, ad vias aliisque locis apricis ubique.

Radix annua, valde multicaulis. Herba laetius viridis (nisi terrae pulvere conspurcata), plerumque spithamam longa. Flores veniunt post foenisecium ad autumnum usque, minores: calyce tantum duas lineas longo, non nisi ad apicem aliquantum scarioso.

298. CERASTIUM *semidecandrum*: floribus pentandris, petalis emarginatis calyce brevioribus, pedunculis glanduloso-pubescentibus, foliis oblongis obtusis.
C. semidecandrum *Linn. svec. n.* 416. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 812. *Flor. Dan. t.* 1212.

Hab. inter gramina brevissima in collibus elatis exsuccis polonicis aliisque similibus passim.

Radix subbiennis (ut in multis plantis semel vere florentibus). Caulis solitarius erectusque, tantum pollicaris altitudinis. Flores mense frondescentiae jamdudum explicati, minimi in hoc genere, sesquilineam tantum longi.

SPERGULA.

Linn. gen. ed. Schreb. p. 708. *Jussieu gen. p.* 333. *Gaertn. fruct.* 2. *p.* 230. *t.* 139.

Calyx pentaphyllus, patens. Petala quinque, ovata, concava, indivisa. Stamina alterna interdum sterilescentia. Capsula ovata, unilocularis, quinquevalvis. -- *Herbae foliis fasciculatis subulatis plerumque intra membranam stipularem.*

Ord. nat. 26. *Caryophylleae sectio Alsinaceae.*

299. SPERGULA *arvensis*: stipulis membranaceis, foliis fasciculatis subtus canaliculatis pubescentibus, seminibus lenticularibus obsolete marginatis.
S. arvensis *Linn. svec. n.* 419. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 818. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1033.

Hab. in arvis et inter segetes frequenter.

Radix annua. Herba tota glanduloso-pubescens, non parum succosa. Caulis plerumque spithamalis. Folia filiformia quidem, sed ob sulcum subtus impressum, aliquantum planiuscula videntur. Flores successive explicantur aestate priore. Petala alba. Semina atra, margine parum evidente albicante.

500. SPERGULA *pentandra*: stipulis membranaceis, foliis fasciculatis subtus laevibus glaberrimis, seminibus planiusculis punctatis alatis.

S. pentandra *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 818.

Hab. pone Hâga ad oram sylvae Nosten in saxis sterilissimis apricis sylvestribus, quorum rimas angustissimas humo repletas occupat inter Lichenem rangiferinum satis copiose.

Radix annua. Herba tota glaberrima, multo gracilior quam praecedentis. Caules fere ejusdem altitudinis. Folia breviora et angustiora, subtus sine sulco. Flores paullo minores, eodem tempore florentes. Semina valde singularia embryone ad maximam partem repleta, albumine pauco, ideoque planiuscula, circumcirca (ubi intus jacet embryo) eleganter albo-punctulata: ala radiata latitudine fere seminis reliqui.

501. SPERGULA *nodosa*: foliis oppositis basi connexis subulatis glaberrimis, pedunculo foliis brevissimis fasciculatis nodoso.

S. nodosa *Linn. suec. n.* 420. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 819. *Flor. Dan. t.* 96.

Hab. in ripis arenosis lacus Mäleri et adjacentium fluminum passim, sed frequentius in ambitu paludum sylvestrium saltim aestatibus siccioribus, praecipue in Nosten ubique visa.

Radix annua, edens caules plures decumbentes plerumque digitalis longitudinis. Folia inferiora sine foliolis inclusis, sed quo superiora evadunt eo plura e ramulis minutis orta foliola recipiunt ipsaque brevissima fiunt in pedunculis subsolitariis. Flores sub foenisecio explicantur majores quam praecedentium, itemque petalis albis.

SEDUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 789. Jussieu gen. p. 341. Gaertn. fruct. t. p. 313. t. 65.

Calyx quinquepartitus. Petala quinque, lanceolata. Glandulae vel squamulae nectariferae quinque ad basin germinum. Capsulae quinque, discretae, uniloculares, univalves, semina arillata ad suturam dehiscentem internam gerentes. -- *Herbae foliis succulentis, nectariis flavis.*

Ord. nat. 31. *Succulentae.*

302. SEDUM *Telephium*: foliis planiusculis serratis glabris, cyma composita foliosa, caule erecto. *Linn. suec. n.* 400. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 760. *n.* 2. *et Sv. Bot. t.* 447. *Flor. Dan. t.* 686.

Hab. in saxis et rupibus nec non inter lapides, semper solo elevato exarido frequenter. ♃

Radix perennis; radiculis basi carnosis fusiformibus, interdum crassitie digiti minimi. Caulis teres et laevissimus, saepius rubicundus, altitudine vix pedis. Folia oblonga, sessilia, latitudine circiter digiti et lineam crassa. Florum cyma palmam lata. Petala initio mensis Augusti expandi incipiunt, apud nos semper viridialbescentia; antheris initio rubicundis. Nectaria linearia.

303. SEDUM *album*: foliis oblongis obtusis teretiusculis gibbis sessilibus patentibus, panicula nuda ramosa. S. album *Linn. suec. n.* 402. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 766. *Sv. Bot. t.* 450. *Flor. Dan. t.* 66.

Hab. supra saxa aprica magis campestria, ubi aqua pluvialis non statim defluit, frequenter. ♃

Radix perennis, repens: stolonibus variis subglobosis crassis. Planta tota insigniter rubet: petalis solis albis. Folia stolonum valde gibba brevia aggregata, sed caulina magis cylindrica et sparsa, demum sese non attingentia. Caulis altior quam in sequentibus, plerumque palmaris. Paniculae rami ante florescentiam semper nutant. Flores explicantur ad initium foenisecii: petalis albis cum ungvibus rubentibus; antheris pulchre violaceis; nectariis solis flavis intra stamina.

504. SEDUM *annuum*: foliis teretibus sessilibus sparsis, cyma foliis fulcrata, petalis linearibus calycem subaequantibus, radice caulifera nuda.
S. annuum *Linn. svec. n.* 405. *spec. pl. ed.* 2. *p.* 620.
S. rupestre *Flor. Dan. t.* 59. *bona.*
S. saxatile *Willden. spec. pl.* 2. *p.* 765.
Hab. in saxis aridis campestribus frequenter, in Lassbyensibus copiosissime.

Radix annua sine stolonibus ullis. Caulis solitarius, cum tota herba fusco-punctatus, mox supra terram di-vel trichotomus deinque iterum trichotomus. Flores aperiuntur ante solstitium (itaque praecocius quam in ceteris speciebus): petalis calyce vix longioribus et neutiquam latioribus, lutescentibus (itaque magis inconspicuis quam apud cetera), demumque inter calycis foliola sese reflectentibus. Germina denique etiam fuscescunt ut folia.

505. SEDUM *sexangulare*: foliis teretibus adnato-sessilibus sexfariam imbricatis, cyma pauciflora foliis fulcrata, capsulis cuspidatis.
S. sexangulare *Linn. svec. n.* 404 *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 767. *Engl. Bot.* 28. *t.* 1946.
Hab. in saxis campestribus apricis ut etiam in glareosis collibus passim.

Radix perennis: stolonibus variis cylindricis evidentissime sexfariam imbricatis. Folia supra basin adnata (adeo ut angulus infra punctum insertionis deorsum prominent) ejusdem fere formae ac in praecedente, sed praeter apicem tota viridia. Inflorescentia fere sequentis, sed omnes partes angustiores et minores. Petala paullo ante foecundationem explicata, calyce triplo longiora, sed vix latiora, flava.

506. SEDUM *acre*: foliis subovatis gibbis adnato-sessilibus, sparsis, cyma foliis fulcrata.
S. acre *Linn. svec. n.* 403 *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 767. *Sw. Bot. t.* 149. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1457.
Hab. in aridis glareosis collium, camporum, tectorum, vulgatissime.

Radix perennis, varie serpens stolonesque promit-

tens. Caules vage decumbentes. Folia quidem respectu ordinis sparsa, sed alias plerumque imbricata. Flores explicantur sub solstitio, et dein permanent usque ad foenisecium. Petala calyce et multoties longiora et latiora, vivide flava, magis conspicua quam in proxime praecedentibus.

OXALIS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 794. Jussieu gen. p. 300. Gaertn. fruct. 2. p. 152. t. 113.

Calyx quinquepartitus. Petala quinque, ungvibus leviter cohaerentibus. Stamina alterna exteriora breviora basi connata. Capsula quinquelocularis, quinqueloba, angulis dehiscens. Semina axi capsulae adfixa, arillo elastice se revolvente desilientia. — *Herbae foliis ternatis.*
Ord. nat. 32. *Gruinales.*

307. OXALIS *Acetosella:* acaulis, foliis ternatis obcordatis, pedunculo radicali foliis longiore, stylis longitudine staminum interiorum, radice articulato-squamosa.
O. Acetosella *Linn. svec. n.* 406 *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 780. *Sv. Bot. t.* 10. *Flor. Dan.* 6. *t.* 980. optim.
Hab. in sylvis acifoliis muscosis ubique.
Radix perennis, repens, subfiliformis. Folia petiolis digitum minimum longis innixa: foliolis integerrimis, pilosiusculis, subtus purpurascentibus. Pedunculi longitudine circiter digiti medii, laxi. Flores cernui, impatientes, sed latitudine digiti, mense frondescentiae aperti, albescentes: lineis rubicundo-violaceis.

CLASSIS XI.

DODECANDRIA

Tria tantum genera in nostra Flora habet, quo-

rum unumquodque in suo ordine venit. Nulla affinitate inter se junguntur.

Ceterum Delphinium Consolida; Thalictra varia et Stratiotes *huic classi quodammodo convenientia alibi quaerenda sunt.*

1. ORD. MONOGYNIA.

LYTHRUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 827. Jussieu gen. p. 368. Gaertn. fruct. 1. p. 296. t. 62.

Calyx cylindricus, duodecimdentatus; dentibus alternis interioribus brevioribus (apud exteras species interdum deficientibus). Petala sex, calycis margini insertis. Capsula supera, bilocularis; receptaculo centrali. — *Herba floribus verticillatis.*

Ord. nat. 34. *Calycanthemae* (*Salicariae* Juss.).

308. LYTHRUM *Salicaria*: foliis oppositis ternisve cordato-lanceolatis, floribus verticillato-spicatis.

L. Salicaria *Linn. suec. n.* 422. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 865. *Sv. Bot. t.* 256. *Flor. Dan. t.* 671.

Hab. ad ripas fluviorum et lacuum lapidosas frequenter, ut ad lacum Mäleri, ad Ekebysjö, juxta cataractam Quarnboensem e. s. p.

Radix perennis, lignosa, valde styptica. Caulis prout folia sunt vel opposita vel terna etiam exacte quadrangularis vel hexagonus, bipedalis altitudinis et ultra, strictus. Folia integerrima; margine ut plurimum rubicundo, scabriusculo. Spicae verticilli inferiores foliis fulcrantur. Calyx omnino cylindricus, nervis duodecim rubicundis; dentibus exterioribus diu ante explicationem floris patentibus acicularibus, interioribus florem claudentibus alternantibus cum petalis. Petala ante explicationem retrusa, dein purpurea, sublinearia. Stamina infra faucem calycis inserta. Floret post solstitium diu.

2. ORD. DIGYNIA

AGRIMONIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 830. Jussieu gen. p. 372. Gaertn. fruct. 1. p. 347. t. 73.

Calyx ad basin calyculo bipartito fulcratus, turbinatus, decemsulcatus, cingulo setarum uncinatarum superne munitus, dentibus quinis semina demum tegentibus in medio terminatus. Petala quinque staminaque margini calycis inserta. Semina duo calyce indurato undique inclusa. -- *Herba.*

Ord. nat. 37. *Senticosae, sectio Sangvisorbae Juss.*

509. AGRIMONIA *Eupatoria*: foliis caulinis pinnatis: foliolis ovato-oblongis, stipulis multidentatis, spica pedunculata, petalis calyce duplo longioribus.

A. Eupatoria *Linn. svec. n.* 423. *spec pl. ed. Willden.* 2. *p.* 875. *Sv. Bot. t.* 99. *Flor. Dan t.* 588.

Hab. in pascuis et pratis dumosis praecipue juxta vias, saepes et lapides frequenter.

Radix perennis, ramosa. Planta saltem bipedalis, stricta, pilosa. Caulis angulatus, foliosus. Folia jugis circiter quatuor majoribus cum impari petiolato, deorsum sensim decrescentibus, inciso-serratis; interjectis pinnulis minimis integris trifidisve; stipulis magnis. Spica saepe pedalis longitudinis. Petala post solstitium diu explicantur, flava. Calyces fructiferi reflexi, oblongati. Planta apud nos solummodo adstringens.

3. ORD. TRIGYNIA

EUPHORBIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 832 Jussieu gen. p. 424.
Tithymalus *Gaertn. fruct. 2. p. 115. t. 107.*

Calyx urceolatus, superne octodentatus: dentibus maxime inaequalibus: quorum quatuor inflexi attenuati inconspicui; quatuor alii praecedentibus alterni, erecti sursum incrassati in scuta florem claudentia carnosa petaloidea (Petala Linnaeo, Nectaria aliis dicta) varie

extrorsum effigurata. Stamina in tubo calycis diu latitantia, pauca tantum simul erumpentia. Germen pedicellatum, inter petaloideas lacinias calycis mox sese deflectens. Capsula tricocca, elastica: loculamentis monospermis. -- *Herbae lactescentes, foliis alternis. Ord. nat.* 19. *Tricoccae.*

310. EUPHORBIA *Helioscopia:* capsulis utrinque laevibus, scutis petaloideis subrotundis, caule superne quinquepartito trichotomoque, foliis omnibus subcuneiformibus serratis sessilibus.
E. Helioscopia *Linn. svec. n.* 425 *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 914. *Sv. Bot. t.* 70. *Flor. Dan. t.* 725.
Hab. in agris aliisque cultis frequenter.
Radix annua. Herba tota firmior et strictior quam sequentis speciei. Floret per totam aestatem seriorem foliis involucralibus summis basi lutescentibus (unde nomen). Semina brunnea.

511. EUPHORBIA *Peplus*: capsulis ad angulos bifidos verrucosis, scutis petaloideis bicornibus, caule superne trichotomo, foliis involucralibus ovato-triangulis; caulinis obovatis petiolatis integerrimis.
E. Peplus *Linn. svec. n.* 426 *spec. pl ed. Willden.* 2. *p.* 903. *Flor. Dan. t.* 1100.
Hab. in hortis oleraceis praecipue umbrosis et occultis copiose.
Radix annua. Herba tota tenera infirma, colore omnium partium viridi-caerulescente. Floret eodem tempore ac praecedens, floribus ob scuta petaloidea bicornia concinne octoradiatis. Semina cinerea, scrobiculata.

CLASSIS XII.

ICOSANDRIA

CONSPECTUS

Naturalis satis est haec classis, cum genera no-

strae Florae tantum consideramus. Constituitur nempe binis ordinibus naturalibus inter se tam affinibus, ut apud Jussieum nonnisi unum efficiant. Inter hos ordines naturalis nexus omnino cum ordinibus artificialibus systematis sexualis jungi potest, modo alibi vix praestando. Sic incipiendo a numero singulari pistillorum et sensim procedendo ad multiplicem numerum etiam a fructu quam maxime simplici Drupacearum ad fructum quam maxime compositum Senticosarum pervenimus. POMACEAE *inclusis Drupaceis Monogyniam usque ad Pentagyniam constituunt;* SENTICOSAE *autem proprie sic dictae vel Potentillarum sectio apud Jussieum totam Polygyniam efficiunt: quae enim Senticosae improprie sic dictae semina pauciora habent, etiam stamina tam pauca gerunt ut classem quandem praecedentem intrare cogantur (uti jamdudum recensitae sic dictae Sangvisorbae).*

Quod ad differentiam inter POMACEAS *et* SENTICOSAS *attinet, monere sufficit illas habere semina pericarpio inclusa, has autem non ita, sed semen singulum proprio stylo eoque laterali munitum.*

In enumerandis generibus Pomacearum Linnaeum sequi non dubito, qui indolem foliorum et florescentiae cum toto habitu et usu harum plantarum intime connexam magis respexit quam duritiem seminum crassitiemque loculamentorum a defectu pulpae vel parenchymatis tegentis evidenter ortam, in quibus characteribus recentiores notas certiores sed difficiliores generum quaesiverunt.

1. ORD. MONOGYNIA

PRUNUS

Linn. gen. ed. Schreb n. 849. Cerasus et Prunus *Jussieu gen. p. 377. Guerin. fruit. 2. p. 74. t. 93.*

Calyx campanulatus, quinquefidus, deciduus. Petala quinque. Drupa supera, denudata, extus laevis; putamine punctis foveolisque omnibus orbato. -- *Arboreae -- vel inflorescentia composita et foliis primum conduplicatis (Cerasus Juss.) -- vel pedunculis*

solitariis et foliis primum convolutis (Prunus Jus. cui nostra ult. spec.)
Ord. nat. 58. *Pomaceae, sectio Drupaceae.*

512. PRUNUS *Padus:* floribus racemosis nutantibus, foliis deciduis basi subtus biglandulosis subrugosis.
P. Padus *Linn. svec. n.* 431. *spec. pl. ed. Willden.* 2. p. 984. *n.* 1. *α. Sv. Bot. t.* 121. *Flor. Dan. t.* 205. mala.
Hab. in lucis sylvisque praesertim humidiusculis passim.
Arbor gracilior, ramis fuscescentibus. Folia egrediuntur initio mensis frondescentiae primum rufescentia. Racemi florum petalis explicatis albis nitent initio mensis florescentiae.

513. PRUNUS *Cerasus:* umbellis subsessilibus, foliis ovato-lanceolatis duplicato-serratis glabris deciduis: petiolis eglandulosis.
P. Cerasus *γ* austera *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 991. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 17.
Hab. circa lacum Maeleri, sine dubio advena.
Arbuscula gracilis.

514. PRUNUS *avium:* umbellis sessilibus, foliis ovato-lanceolatis duplicato-serratis subtus pubescentibus deciduis+ petiolis supra biglandulosis
P. avium actiana *Ehrh. ups. in beitr.* 5. *p.* 18. *Linn. svec. n.* 429. *mant. p.* 597. *Sv. Bot. t.* 205. non aptiss.
Hab. cum praecedente, etiam advena.
Arbor magis grandifolia.

515. PRUNUS *spinosa:* pedunculis solitariis, foliis elliptico-lanceolatis subtus pubescentibus deciduis, fructibus rectis, ramulis spinescentibus.
P. spinosa *Linn. svec. n.* 432. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 997. *Sv. Bot t.* 151. *Flor. Dan.* 6. *t.* 926.
Hab. in lucis et dumetis praecipue solo glareoso et rupestri ubique.
Frutex saepe orgyalis, valde divaricatus, ramulis api-

ee spinescentibus. Flores paullo ante frondescentiam prodeunt, omnino solitarii, e gemmulis ad utrumque latus gemmae foliiferae erumpentes. Folia primum e gemmis prodeuntia imbricata.

2. ORD. DIGYNIA

CRATAEGUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 854. Piri et Mespili spec. *Gaertn. fruct. 2. p. 43. t. 87.*

Calyx concavo-patens, quinquedentatus, persistens. Petala quinque. Bacca subglobosa: loculamentis membranaceis (*in Piro Gaertn.*) vel nuculis osseis (*in Mespilo Gaertn.*) binis. — *Arbores aut frutices, floribus cymosis, foliis simplicibus angulatis, in gemma imbricatis plicatulisque.* — *Ord. nat.* 38. *Pomaceae ut etiam sequentium trium generum.*

516. CRATAEGUS *scandica:* foliis ovatis incisis serratisque subtus cinereo-tomentosis, cymis compositis.

C. scandica *Celsii upsal. n.* 181.

C. Aria *α.* scandica *Linn. amoen. ac.* 2. *p.* 190. *svec. n.* 433.

C. Aria *β.* svecica *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 681. *herbat. upsal. in am. ac.* 3. *p.* 436.

Pyrus intermedia *Willden. sp. pl.* 2. *p.* 1021.

Pyrus Aria *Sv. Bot. t.* 45.

Hab. in lucis laetioribus ad Vårdsätra, Godtsunda, juxta paludem Vitulfsbergensem etc. non parce.

Arbor divergens torulosa, minoris altitudinis. Folia digitalis longitudinis et biuncialis latitudinis, subcoriacea, supra obscure viridia. Cyma alba mense florescentiae explicata, ultra palmam lata. — Intermedia quasi est inter *C. Ariam veram* s. *alpinam extraneam* et *C. hybridam* foliis suis, sed baccis majoribus et sapidioribus utramque antecellit, ideoque nobis domestica.

517. CRATAEGUS *Oxyacantha:* spinosa, foliis obovatis subtrifidis glabris: lobis obtusis serratis, pedunculis germineque glaberrimis.

C. Oxyacantha *Linn. svec. n.* 434. *spec. pl. ed. Willden* 2. *p.* 1005. *Jacqu. austr.* 3. *t.* 292. *f.* 2. *Flor. Dan. t.* 634. *Sv. Bot. t.* 157.

Hab. in dumetis et nemoribus frequenter.

Arbuscula; ramis divergentibus rigidis. Folia sursum rotundata; apicibus serraturisque subreflexis. Flores sub mense florescentiae explicantur, albissimi, extus glabri; stylo bi- vel trifido.

318. CRATAEGUS *monogyna:* spinosa, foliis ovati quinquefidis; laciniis acuminatis argute serratis, pedunculis germineque pubescentibus, stylo simplici. C. monogyna *Jacqu. austr.* 3. *t.* 292. *f.* 1. *Willden, spec. pl.* 2. *p.* 1006. *n.* 17. *α. Flor. Dan. t.* 1162.

Mespilus monogyna *Ehrh. beitr.* 7. *p.* 133.

Hab. in lucis laetioribus parcius ex. gr. Liljeconvaljsholmen, Godtsunda.

Arbuscula praecedenti valde affinis, attamen nimium differt ut pro varietate habeatur statura elatiore magis protensa (nec tam divergente et rigida), minus spinosa, foliis majoribus, lobis numerosioribus etc. stylo non tantum simplici verum etiam stigmate peltato coronante. Baccae longiores.

5 ORD. TRIGYNIA

SORBUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 855. *Jussieu gen. p.* 371.
Piri spec. *Gaertn. fruct.* 2. *p.* 45. *t.* 87.

Calyx concavo-patens, quinquedentatus, persistens. Petala quinque. Bacca globosa: loculamentis tenuibus pluribusque membranaceis. — *Arbor floribus cymosis, foliis pinnatis; pinnis in gemma conduplicatis plicatulisque.*

319. SORBUS *Aucuparia:* foliolis utrinque glabriusculis *Linn. svec. n.* 435. *spec. pl. ed. Willden,* 2. *p.* 1008. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1034.

Pyrus Aucuparia *Gaertn. l. c. Sv. Bot. t.* 145.

Hab. in sylvis et pratis adjacentibus ubique.

Arbor gracilescens, parum alta. Folia majora quam

in affinibus, sesquipalmam longa, septemjuga cum impari. Cyma omnino supradecomposita; floribus minoribus, mense florescentiae explicatis, albis. Baccae magnitudine tantum Pisi, acido magis austero quam in ceteris.

MESPILUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 857.

Calyx concavus quinquedentatus, persistens. Petala quinque. Bacca e calyce facta globosa: nuculis tribus, interdum denudatis, nucleum duplicem includentibus — *Frutex floribus plerumque racemosis, foliis indivisis utplurimum integerrimis, in gemma conduplicatis aequalibus.*

320 MESPILUS *Cotoneaster;* foliis ovatis integerrimis subtus tomentosis, racemis trifloris glaberrimis.

M. Cotoneaster *Linn. svec. n.* 438. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1012. *Sv. Bot. t.* 295. *Fl. Dan. t.* 112.

Hab. in dumetis et lucis collinis elevatis tum glareosis uti in Liljeconvaljsholmen cum rupestribus ut in Godtsundaberg, Norbylund alibique frequenter.

Frutex laxus, flexilis: ramis fuscescentibus. Folia initio extus sericeo-albicantia, dein superne saturate viridia, magnitudine vix uncialia. Flores cum foliis fine mensis frondescentiae prodeunt, semper globosi. Calyx urceolatus: dentibus vix patentibus. Petala calycinis dentibus vix majora, concava, conniventia, albescentia. Stamina etiam semper connivent et pistilla tegunt. Pistilla in fundo calycis semper tria: germinibus nudis et fere liberis (nec nisi infima basi in pulpam calycis immersis), initia nucleorum duorum fere semper foventibus instar loculamentorum.

ORD. PENTAGYNIA

PYRUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 858.

Calyx concavus, quinquefidus, persistens. Petala quinque. Pomum (vel si mavis bacca pomacea) evidenter

quinqueloculare: seminibus in quocunque loculamento nonnullis, plano-convexis. — *Arbores floribus plus minusve axillaribus vel quodammodo sessile umbellatis, foliis indivisis tenuiter serratis integerrimisque, in gemma utrinque involutis.*

321. PYRUS *Malus*: staminibus basi dilatatis conniventibusque circa pistilla inferne coalita, foliis ovato-oblongis acuminatis serratis glabris.

P. Malus sylvestris *Linn. svec. n.* 437. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1017. *n.* 9 *α*. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 18. *Sv. Bot. t* 229. *Flor. Dan. t.* 1101.

Hab. in pratis et pascuis circa lacum Mäleri satis frequenter.

Arbor torulosa minoris altitudinis. Folia saepe sesquiunciam tantum longa, inferiora plerumque apice retusa. Flores ante explicationem extus rosei, pulcherrimi.

ORD. POLYGYNIA

SPIRAEA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 862. *Jussieu gen. p.* 375. *Gaertn. fruct. 1. p.* 336. *t.* 69.

Calyx patens, quinquefidus. Petala quinque. Capsulae superae, circiter decem, monospermae, non dehiscentes (*in nostris aliisque herbaceis speciebus*), sed quinque circiter, margine interiore dehiscentes, plerumque trispermae (*in extraneis frutescentibus speciebus*). *Ord. nat. inter Pomaceas, quibus accedunt exterae fruticosae species, et* 57. *Senticosas, a quibus nostrae herbaceae species vix divelli possunt, ambigit.*

322. SPIRAEA *Filipendula*: caule herbaceo, foliis interrupte pinnatis: foliolis subuniformibus pectinato-incisis glabris, floribus cymosis, capsulis rectis.

S. Filipendula *Linn. svec. n.* 439. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1061. *Sv. Bot. t.* 154. *Flor. Dan. t.* 635. bona.

Hab. in siccis pratis, pascuis, inter agros, vulgatissime.

Radix perennis: filis passim in tubercula farinosa dilatatis. Folia pleraque ad radicem posita glaberrima: pinnis sensim superiora versus increscentibus, eleganter pectinatim incisis; lobulis interjacentibus inconspicuis. Caulis paullo ultra pedem altus. Flores albi sub solstitio aperti, inodori.

323. SPIRAEA *Ulmaria*: caule herbaceo, foliis interrupte pinnatis: impari majori trilobato, cymis proliferis, capsulis contortis.
S. Ulmaria *Linn svec. n.* 440. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1061 *Sv. Bot. t.* 189 *Flor. Dan. t.* 547.
Hab. in pratis et pascuis humidis praecipue sylvestribus frequenter.
Radix perennis. Folia pleraque caulina, subtus utplurimum albescentia, rarius utrinque viridia; pinnis circiter digitum latis. Caulis saepe bipedalis. Flores albi, paullo ante foenisecium conspicui, fragrantes.

ROSA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 863. *Jussieu. gen. p.* 372. *Gaertn. fruct.* 1. *p.* 347. *t.* 73.

Calyx urceolatus; fauce intra stamina constricta; limbo quinquepartito, laciniis binis ternisve exterioribus alternis majoribus. Petala quinque. Semina numerosa, hispida, ossea, inter se libera, affixa inclusaque calycis urceolo carnoso colorato in baccam spuriam converso, ita ut styli seminum liberi tantum per faucem exeant. *Frutices aculeati, foliis aequaliter pinnatis. Ord. nat.* 37. *Senticosae, cui etiam omnia sequentia genera classis.*

324. ROSA *rubiginosa:* fructibus oblongis, aculeis compressis aduncis, foliolis glabriusculis subtus glanduloso-rubiginosis duplicato-serratis.
R. rubiginosa *Linn. mant. p.* 564. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1075 *Jacq. austr.* 1. *p.* 31. *t.* 50.
R. Eglanteria *Sv. Bot. t.* 463.
Hab. in collibus lapidosis supra Vårdsätra satis frequenter.
Frutex habitu et aculeis magnis sequenti simillimus,

sed svavissimo odore fere malorum delicatissimorum, in glandulis paginae inferioris foliorum ut etiam stipularum, petiolorum et laciniarum calycis sito, per totam aestatem valde perceptibili. Foliola ovata, laete viridia. Germina fere glabra, sed laciniae calycis glandulosae. Petala serius explicantur quam sequentium scilicet ante foenisecium, non quidem magna sed saturate rosea venosaque. Calycis laciniae exteriores insigniter pinnatifidae.

325. ROSA *canina*: fructibus oblongis laeviusculis, aculeis compressis aduncis, foliolis acuminatis carinatis simplicioiter serratis glabris.
R. canina *Linn. svec. n.* 441. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1077. *Woods ros. angl. in Linn. transact.* XII *n.* 23.
α. *virens*: foliis nitentibus subcoloratis. *Flor. Dan. t.* 555. — R. Swartzii *Sv. Bot. t.* 541.
R. canina δ. *Woods l. c.*
β *glaucescens*: foliis non nitidis.
R canina β. cerea *Woods l. c. Sv. Bot. t.* 29.
γ. *cymosa*: floribus albis copiosius cymosis. R. surculosa *Woods l. c. n.* 24.
Hab. in pratis durioribus vulgatissime.

Frutex laxus et omnibus suis partibus elongatus, aculeis suis magnis aduncis insuper molestus. Petala explicantur sub solstitio, albo-rosea vel magis albescentia et majora quam in ceteris, insigniter obcordata. Fructus ubstantia firmior sed gratius acidula quam in aliis.

326. ROSA *collina*: fructibus oblongis laeviusculis, aculeis curvulis, foliolis simpliciter serratis subtus villosis.
R. collina *Jacq. austr.* 2. *t.* 197. *Willden. spec. pl.* 2. p. 1078. *Woods l. c. n.* 21.
β. foliis utrinque villosis. *Haller in Roemer Arch.* 1. *p.* 6. R. dumetorum *Woods l. c. n.* 20.
Hab. in collibus pratorum ex. gr. ad Godtsunda.

Frutex inter praecedentem et sequentem quodammodo medius: habitu torvo brevi foliisque ad sequentem accedit, sed nullis partibus evidenter glandulosis, germine, laciniis calycinis pinnatifidis totoque flore praecedenti affinior est.

327. ROSA *villosa*: fructibus subglobosis hispidulis mollibus, aculeis rectiusculis, foliolis ovalibus utrinque villosis duplicato-serratis glandulosisque, calycibus subsimplicibus.

R. villosa *Linn. svec. append. n.* 1295. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1069. *Sv. Bot. t.* 313. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1458.

Hab. ad saepes locis magis occultis frequenter.

Frutex torvus, rigidus et brevis omnibus suis partibus. Foliola apice saepe reflexa. Calycis foliola fere semper integra et simplicia, dorso eximie glanduloso-hispidula. Petala sub solstitio prodeuntia intense rosea et eximie venosa, minora quam in affinibus proximis.

328. ROSA *spinosissima*: fructibus superne depressis laevissimis mollibus, aculeis stipularibus rectis spinulisque stolonum creberrimis deciduis, foliolis ellipticis subtus cinereis simpliciter serratis.

R. spinosissima *Linn. svec. ed.* 1. *n.* 407. *ed.* 2. *n.* 442. (excl. adumbr.) *Afzel. ros. p.* 59.

R. majalis *Retz. obs.* 3. *p.* 33 *Wahlenb. lapp. n.* 256.

R. cinnamomea *Smith. Engl. Bot. t.* 2388. *Woods l. c. n.* 1. — R. cinerea *Sv. Bot. t.* 553

β. ramis gracilioribus, fructibus basi elongatis.

Hab. in lucis pratisque magis sylvestribus ubique frequenter β. in Liljeconvaljsholm, pone Hâga.

Frutex gracilis; rami tenues, colore cinnamomei, fere inermes vel aculeis tantum stipularibus debilibus subarmati, sed cauliculi e radice propullulantes spinulis creberrimis gracilibus hispidi unde nomen Linnaeanum. Foliola subtus cinerascenti-puberula, supra valde opaca vel omni nitore destituta, de cetero eximie mollia et flexilia. Germina nonnihil colorata. Petala explicantur paullo praecocius quam praecedentium, intus praecipue dum nuper explicata saturatius rosea ut fere purpurea, subtus evidenter pallidiora.

RUBUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 864. *Jussieu gen. p.* 374. *Gaertn. fruct. 1. p.* 350. *t.* 73.

Calyx patens, quinquefidus. Petala quinque. Semina

baccata (indumento unicuique proprio succoso tecta), numerosa, stylis interstincta, collecta supra receptaculum exsuccum conicum in baccam compositam. — *Suffructices aculeati vel Herbae inermes.*

529. RUBUS *caesius*: caule frutescente prostrato tereti caesio: aculeis rectis, foliis ternatis subtus pilosis: lateralibus bilobis.

R. caesius *Linn. syst. n.* 445. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1081. *Sw. Bot. t.* 241. *Flor. Dan. t.* 1213.

Hab. ad ripas lapidosas lacus Mäleri ubique frequentissime, unde etiam adscendit juxta flumina passim ex. gr. ad Häga et ad Klinta paroeciae Börje.

Frutescentes caules flagelliformes, passim radicantes. Folia utrinque viridia: petiolis hispidis, supra obsoletius canaliculatis. Flores subpanniculati parci: calycibus virescentibus: petalis albis, unguiculatis, calyce multo majoribus, ad feminisecium explicatis. Baccae nigrae cum rore glauco, acinis paucis compositae, demum acinosae, persistentes.

530. RUBUS *idaeus*: caule suffruticoso tereti spinuloso, foliis quinato-pinnatis ternisque subtus niveis, petiolis canaliculatis. *Linn. syst. n.* 446. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1081. *Sw. Bot. t.* 181. *Flor. Dan. t.* 788.

Hab. ad aperiora nemora inter agros prisque magis sylvestris frequenter.

Caules suffruticosi vix plusquam biennes, quinquam saepe non degenerant. Folia superiora trifoliata ternata: foliola [illegible]. Flores ad solstitium explicati. Petala [illegible], calyce non longiora. Baccae rubrae, [illegible].

531. RUBUS *saxatilis*: flagellis herbaceis repentibus hispidis, foliis ternis quinisque, petalis lanceolatis.

R. saxatilis *Linn. syst. n.* 447. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1082. *Sw. Bot. t.* [illegible]. *Flor. Dan. t.* 1[illegible].

Hab. in [illegible] sylvis, repudiatis et humidis locorum, nonnumquam et praeruptis montis.

Radix perennis lignosa, sed flagellis [illegible] reptilibus sese propagans. Caules [illegible] simplices, [illegible]

spithamaei, inermes, paucifolii et pauciflori. Petala alba erecta inconspicua circa solstitium adsunt. Baccae rubrae ex aciniis tantum tribus quatuorve compositae, parum sapidae.

332. RUBUS *Chamaemorus*: caule herbaceo unifloro, foliis simplicibus lobatis, floribus subdioicis. *Linn. svec. n.* 449. *spec. pl. ed. Willden.* 2. p. 1090. *Sv. Bot. t.* 469. *Flor. Dan. t.* 1. bona.

Hab. in paludibus majoribus spongiosis sed non fluctuantibus, ut in palude Norbyensi, in paludibus sylvae Nosten multis locis frequentissime, nec non versus Jumkil copiose.

Radix valde repens et protensa, perennis, multicaulis. Caules inferne squamosi, superne foliis duobus vel tribus initio varie complicatis, dein semper rugosis. Flores explicant mense florescentiae petala alba calyce duplo majora, in aliis caespitibus masculi in aliis soli feminei, quare dioica esse videtur planta. Masculi flores stamina habent longitudine dimidii calycis, sed loco pistillorum tantum tuberculum informe. Contra feminei flores pistilla gerunt fere longitudine calycis, staminum vero rudimenta germinibus breviora.

FRAGARIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 865. *Jussieu gen. p.* 374. *Gaertn. fruct. 1. p.* 350. *t.* 73.

Calyx patens, decemfidus: laciniis alternis minoribus. Corolla pentapetala. Receptaculum baccatum, coloratum, demum a calyce separabile, semina nuda gerens. — *Herbae sarmentosae, foliis ternatis.*

333. FRAGARIA *vesca*: calyce fructus reflexo, foliolorum serratura extima longiore, pubescentia petiolorum patentissima.

F. vesca *Linn. svec. n.* 450. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1090. (*Sv. Bot. t.* 16. culta).

Hab. in pratis, pascuis et sylvis omnibus elevatioribus frequentissime.

Radix perennis. Folia subtus saltem ad costas serico-nitentia. Flores patentes mense florescentiae prae-

cipue obvii; petalis albis conspicuis. Baccae ad foenisecium inprimis maturae, a calyce reflexo facile secedentes, odoratissimae, acidulae.

334. FRAGARIA *collina:* calyce fructus erecto, foliolorum serratura extima proximis breviore, pubescentia petiolorum patentissima.
F. collina *Ehrh. beitr.* 7. *p.* 26. *Willden. sp. pl.* 2. *p.* 1093. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1389. *Sv. Bot. t.* 548. non optim.
F. pratensis *Linn. am.* 8. *p.* 173.
Hab. in collium lateribus soli eximie expositis passim ex. gr. ad pontem juxta Lurbo, ad fluvium Upsaliensem versus Bärby, in Pålacksbacken.

Radix perennis. Folia subtus etiam magis nitentia quam praecedentis. Calycis laciniae magis attenuatae. Flores ad solstitium frequentissimi; petalis albis; receptaculo evidentius pilosulo. Baccae calycis laciniis inclusae difficilius a conceptaculis divelluntur, magis serotinae, vix odoratae, sed dulciores.

POTENTILLA

Linn. gen. ed. 6. n. 634. Jussieu gen. p. 374.
Pentaphyllum *Gaertn. fruct. 1. p. 349. t. 73.*

Calyx patens, decemfidus: laciniis alternis minoribus. Petala quinque. Receptaculum exsuccum, tuberculatum, semina rugosa gerens. -- *Herbae foliis compositis, stipulis imo petiolo adnatis.*

335. POTENTILLA *Anserina*: foliis interrupte pinnatis: foliolis argute serratis subtus sericeis, caule repente, pedunculis unifloris.
P. Anserina *Linn. suec. n.* 452. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1095. *Sv. Bot. t.* 152. *Flor. Dan. t.* 544.
Hab. ad vias, agros, domos, solo calcato, vulgatissime.

Radix perennis. Caules omnino sarmentosi, filiformes, rubentes. Folia radicalia saepe spithamam longa, sarmentorum vero pollicaria: omnia in solo argillaceo aprico utrinque argentea, sed in aliis terris supra virescentia. Pedunculi foliis breviores nudi. Petala per maximam partem aestatis reperiuntur, lutea, obovata.

336. POTENTILLA *argentea:* foliis omnibus quinatis lanceolato-cuneiformibus incisis subtus niveis, caule erectiusculo.

P. argentea *Linn. svec. n.* 454. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1101. *Flor. Dan t.* 865.

Hab in agrorum viarumque marginibus, collibus, tectis aliisque exsiccatis locis vulgatissime.

Radix perennis. Caulis semipedalis et ultra, rubicundus. Stipulae indivisae, rarius uno alterove dente praeditae. Foliola stipulis parum latiora. Flores sub solstitio et foenisecio praecipue obvii; petalis flavis, calycem vix excedentibus.

337. POTENTILLA *verna:* foliis radicalibus quinatis obovatis serratis; caulinis ternatis, caulibus declinatis, petalis obcordatis calyce duplo longioribus.

α. adpresse pilosa minor.

P. verna *Linn. svec. n.* 455. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1104. *n.* 24. α.

(β. patenter pilosa major. P. aurea *Flor. Dan. t.* 114).

Hab. in collibus et campis glareosis elevatis ventosis frequentissime, ut etiam in pratis et rupestribus passim.

Radix perennis, valde multicaulis. Caules divaricati et fere prostrati, digitalis circiter longitudinis. Foliola subcoriacea, obscure viridia et pilis simplicibus sparsis adpressis tantum parcius adspersa, saepe insigniter cuneiformia. Pedunculi sese erigunt et florent inprimis mense frondescentiae. Petala insignia, flava, ad basin fulvescentia, valde patentia.

338. POTENTILLA *norvegica:* foliis omnibus ternatis: foliolo intermedio majore obovato inciso, caule erecto patenter piloso, pedunculis axillaribus, petalis calycem aequantibus.

P. norvegica *Linn. svec. n.* 457. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1109. *Flor. Dan.* 9. *t.* 171. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 18.

Hab. in agris cultisque rarius, ad nos fortuiter allata.

Radix plerumque biennis. Caulis subsolitarius erectus, circiter pedem altus, totus foliosus adeo ut folia

fulcrantia saepe flores excedant. Folia etiam primi anni ternata: foliolo extimo interdum basi valde elongato et tripartito. Inflorescentia superne fastigiata in exemplaribus ramosioribus. Calyces majores et petala flava minora quam in ceteris nostris.

339. POTENTILLA *reptans*: foliis quinatis cuneiformibus, caule reptante, pedunculis unifloris axillaribus.
P. reptans *Linn. svec. n.* 456 *spec pl. ed. Willden* 2. *p.* 1108. *Flor. Dan. t.* 1164. *Woodwille med bot. t.* 59.
Hab. in terra plerumque argillacea subhumida denudata frequenter.

Radix perennis. Folia radicalia fasciculos insignes constituentia, longius petiolata. Caules omnino filiformes sarmentosi valdeque proreptantes, vix tamen nisi autumno radicantes. Pedunculi foliis suis fulcrantibus duplo longiores, omnino nudi. Petala flava, sub solstitio et foenisecio praecipue explicata.

TORMENTILLA

Linn. gen. ed.6. n. 635. Jussieu gen. p. 374.

Calyx patens, octofidus: laciniis alternis minoribus. Petala quatuor. Receptaculum exsuccum, tuberculatum, semina rugosa gerens. -- *Herbae foliis ternatis, stipulis foliaceis a petiolo distinctis.*

340. TORMENTILLA *erecta*: caule rectiusculo, foliis caulinis sessilibus. *Linn. svec. n.* 459. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1112. *Sv. Bot. t.* 19. *Flor. Dan. t.* 589.
Hab. in pascuis sylvisque sterilibus vulgatissime.

Radix valde perennis, crassitie digiti minoris; intus rubra eximie adstringens. Caules autem filiformes, flaccidi. Folia saltem caulina pleraque subsessilia, adeo ut cum stipulis foliaceis quinata caulemque ambientia esse videantur: foliolis lanceolatis grosse serratis: stipulis plerumque quadrifidis. Flores per maximam partem aestatis succedunt; petalis flavis basi saturatioribus.

COMARUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 869. Jussieu gen. p. 374. Gaertn. fruct. 1. p. 349. t. 73.

Calyx patens, intus coloratus, decemfidus: laciniis alternis linearibus. Petala quinque calyce triplo breviora. Receptaculum carnosum, globosum, villosum, persistens, semina parva gerens.

541. COMARUM *palustre: Linn. suec. n.* 463. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1119. *Sv. Bot. t.* 310. *Flor. Dan. t.* 656.

Hab. in omnibus paludibus sylvaticis frequentissime.

Radix perennis, horizontalis. Caulis adscendens, saepius ultra pedem longus. Foliola quina, subtus insigniter piloso-glaucescentia. Flores ad solstitium primum explicantur, subtus cum laciniis calycis minoribus etc. virescentes, sed intus toti atropurpurei tristes; polline solo flavo.

GEUM

Linn. gen. ed. Schreb n. 867. Jussieu. gen. p. 374. Gaertn. fruct. 1. p. 351. t. 74.

Calyx decemfidus: laciniis alternis minutis. Petala quinque. Receptaculum columnare. Semina terminata stylo demum in aristam geniculatam abeunte. — *Herbae foliis inaequaliter pinnatis.*

342. GEUM *urbanum:* floribus planis erectis, calyce petalis longiore, aristis uncinatis nudis, foliis radicalibus lyrato-pinnatis: caulinis ternatis.

G. urbanum *Linn. suec. n.* 460. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1114. *Sv. Bot. t.* 94 *Flor. Dan. t.* 672.

Hab. in lucis et dumetis rupestribus glareosisque passim ex. gr. in montibus Godtsundensibus, in Liljeconvaljsholm; ut etiam in ruderatis occultioribus urbis et pagorum non raro.

Radix perennis, crassitie calami. Caulis plusquam pedalis, viridis aeque ac pedunculi et calyces. Stipulae foliaceae, magnae, trilobae dentataeque, patentes, a

petiolis solutae. Calyx sub florescentia patens, dein reflexus. Petala plerumque sub solstitio explicata, flava, ovata, obtusa.

545. GEUM *rivale*: floribus campanulatis nutantibus, petalis longitudine calycis, aristis uncinatis medio tortis plumosis, foliis radicalibus lyrato-pinnatis: caulinis simplicibus trifidis.
G. rivale *Linn. svec. n.* 461 *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1115. *Sv. Bot. t.* 251. *Flor. Dan. t.* 722.
Hab. in pratis humidiusculis ubique frequenter.

Radix perennis. Caulis in medio viridis, sed de cetero obscure rubicundus ut totus calyx campanulatus. Stipulae minutae subcoloratae. Flores primi saepe aperiuntur mense frondescentiae succedentibus aliis per partem priorem aestatis. Petala albentia venis rubicundis inscripta, supra ungvem angustum valde dilatata.

CLASSIS XIII.

POLYANDRIA

CONSPECTUS.

Quamquam haec classis non tam naturalis nobis exstet quam praecedens, tamen praemissis tribus generibus Monogyniae reliqua omnia naturali affinitate bene cohaerent. Inter genera anomala praemittenda unum polypetalum est scil. Nymphaea, *reliqua duo pentapetala scil.* Cistus *et* Tilia. *Quae postea restant in Monogynia genera, omnia tetrapetala sunt et per* Actaeam *Multisiliquis facile junguntur. Constituitur itaque fere tota classis binis ordinibus naturalibus sibi invicem valde affinibus, sequentibus*

RHOEADEAE *lactescentes sunt, numerum binarium et quaternarium in calyce et petalis amant, nec non fructus habent extrorsum ad utramque marginem semina gerentes. Huic ordini duo tantum genera adnumerantur nempe* Papaver *et* Chelidonium.

MULTISILIQUAE *non quidem lactescunt, sed nihilominus acrimoniam plerumque majorem habent quam*

praecedentes. Distinguuntur de cetero insertione seminum introrsum versa in fructu multicapsulari vel saltem polystylo. In enumerandis hujus ordinis naturalis generibus secundum ordines artificiales classis primum veniunt Multisiliquae strictius sic dictae conceptaculis propriis polyspermis instructae (Helleboreae Decand.) ut Actaea, Delphinium, Aquilegia, Caltha; *deinde enumerantur genera semine tantum unico post unumquemque stylum ut* Thalictrum, Anemone, Ranunculus. *Horum omnium tantum primum et ultimum scil.* Actaea *et* Ranunculus *calyce vero ad corollam posito instruuntur; ceterum* Delphinium *et* Aquilegia *nectarium calcaratum habent; reliqua genera scil.* Caltha, Thalictrum et Anemone *corollam solam extus intusque nudam gerunt.*

1. ORD. MONOGYNIA

NYMPHAEA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 886. Jussieu gen. p. 76. Gaertn. fruct. 1. p. 72. t. 19.

Calyx tetra--s. pentaphyllus, intus coloratus. Petala numerosa. Filamenta intus pollinifera (et praecipue in spec. 1. petaloidea atque introrsum germini inserta.) Baeca supera exsucca (vel sine pulpa), ovata, collo angustata, apice coronata stigmate orbiculato, intus multilocularis. — *Herbae aquaticae foliis magnis subrotundis natantibus.*

Ord. nat. 8. *Tripetaloideae prope Hydrocharidem.*

544. NYMPHAEA *alba*: calyce tetraphyllo, stigmate concavo lobato, foliis cordatis integerrimis subtus discoloribus.

N. alba *Linn. suec. n.* 470. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1152. *Sv. Bot. t.* 92. *Flor Dan. t.* 602.

Hab. in lacubus sylvestribus aqua pura vel saltim non argillacea repletis ut in lacu Vitulfsbergensi, in Ekebysjö et in lacu Sätrae paroeciae Näs copiose, ut etiam in fluvio Upsaliensi prope Sunnersta.

Radix valde perennis horizontalis, brachium fere cras-

sa. Folia fine mensis frondescentiae emergunt, subtus rubicunda vel hepatica. Flos inter nostros facile maximus, sesquipalmam latus post solstitium expansus et supra aquam natans, niveus: staminibus flavis. Calyx intus rubicundus. Petala extima dorso virescentia, ceterum omnino nivea usque dum intima in filamenta abeant et loculamentum unum antherae ad singulum marginem accipiant.

345. NYMPHAEA *lutea*: calyce pentaphyllo concavo petala breviora includente, stigmate plano integerrimo, foliis cordatis integerrimis.
N. lutea *Linn. svec. n.* 469. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1151. *n.* 1. *α. Sv. Bot. t.* 266. *Flor. Dan. t* 605.
Nuphar lutea *Smith. fl. brit. comp.* 1816. *p.* 83.
Hab. in fluviis et aqua lacustri turbidiore ubique copiosissime.

Radix ut in praecedente. Folia quoque similia, tantum utrinque viridia, sinu magis dilatato. Flores odori, bipollicaris latitudinis supra aquam sese paullo erigentes aestate. Calyx ad basin tantum viridis, ceterum flavus. Petala circiter duodecim, spathulata, gibba intusque longitudinaliter rugosa, saturate flava, calyce quadruplo breviora. Stamina basi plana, ab initio sub margine stigmatis posita demum sese revolventia.

HELIANTHEMUM

Jussieu gen. p. 326. *Gaertn. fruct. 1. p.* 371. *t.* 76.
Cisti species minores *Linn.*

Calyx persistens, ante explicationem contortus, triphyllus; accedentibus duobus foliolis aliis minutis externis. Petala quinque. Capsula supera, trivalvis, subtrilocularis; seminibus ad dissepimenta plus minus imperfecta adnexis. — *Fruticuli. Inflorescentia racemosa. Flores lutei.*

Ord. nat. ad Columniferas, appendicem Tiliacearum accedit.

346. HELIANTHEMUM *vulgare*: procumbens, stipulis lanceolatis, foliis oblongo-ellipticis margine revolutis.

H. vulgare *Willden. enum. hort. berol. p.* 571. *Sv. Bot. t.* 591.

Cistus Helianthemum *Linn. svec. n.* 472. *spec. pl. ed. Willden.* 2. p. 1209. *n.* 72. *α. Flor. Dan. t.* 101.

Hab. in exaridis rupestribus et saxosis pratorum frequenter.

Fruticulus decumbens et sine fructificatione valde inconspicuus. Rami florentes adscendunt; foliis inferioribus subovalibus, superioribus sublanceolatis, subtus pube tenuissima canescentibus. Stipulae petiolo duplo longiores, inconspicue ciliatae. Racemus ante florescentiam nutat ita ut flos explicatus tantum erigatur. Bractea ad latus pedicelli sedet (nec sub illo) quasi stipula mutata esset. Flores successive explicantur sub solstitio et foenisecio; petalis eximie flavis, undulatis fluctuantibusque.

TILIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 894. *Jussieu gen. p.* 324. *Gaertn. fruct. 2. p.* 150. *t.* 113.

Calyx quinquepartitus, intra basin barba nectarifera, deciduus. Petala quinque basi nuda [vel (in americanis speciebus) nectariis squamaeformibus munita.] Capsula supera, evalvis, inferne quinquelocularis; semine uno alterove adolescente. — *Arbor foliis oblique cordatis, pedunculi florum in medio bractea magna colorata lineari.*

Ord. nat. 33. *Columniferae, appendix Tiliaceae.*

347. TILIA *europaea* 1 *borealis:* floribus nectario petalino destitutis, capsulis membranaceis oblongis difformibus dispermis, petiolis dimidio folio longioribus, foliis profunde cordatis subtus basin venarum villo tegentibus.

T. europaea *Linn. svec. n.* 471. *spec. pl. ed. Willd. n.* 2. *p.* 1162 *n.* 1. ♂.

T. parvifolia *Hayne arzneigew.* 3. *n.* 46.

Hab. in lucis laetioribus juxta lacum Mäleri ad Vårdsätra, Ytternäs alibique, ut etiam in rupibus Godtsundensibus copiose. (T. intermedia *Hayne* — *Sv. Bot. t.* 40. *Flor. Dan. t.* 553. colitur.)

Arbor ramulis colore badio, glaberrimis. Folia alterna, petiolis omnino teretibus sequiuncialis fere longitudinis innixa, ipsa plus quam biuncialia, subtus insigniter glaucescentia et glaberrima praeter villum in axillis venarum. Pedunculi exeunt ad latus gemmae futuri anni inter petiolum et ramum: bractea lutescente lingulata biunciali. Flores explicantur primo foeniseclo, valde svaveolentes, fere toti albicantes. Calyx intus ad basin barba nectarifera. Petala calyce paullo longiora et acutiora, exsiccatione insigniter flavescentia. Capsula tam membranacea ut seminibus maturescentibus difformiter dilatetur ab hoc vel altero latere pro diverso situ seminum, quo optime distingvitur haec nostra indigena species ab advenis.

* * *

PAPAVER

Linn. gen. ed. Schreb. n. 881. Jussieu gen. p. 261. Gaertn. fruct. 1. p. 289. t. 60.

Calyx diphyllus, caducus. Petala quatuor. Capsula sub Stigmatis peltati radio foraminibus pluribus dehiscens: dissepimentis versus axem fructus deficientibus. — *Herbae lactescentes foliis subsimplicibus.*
Ord nat. 24. Rhoeadeae.

548. PAPAVER *Rhoeas*: capsulis glabris subglobosis, caule folioso multifloro patenter piloso, foliis pinnatifidis incisis.
P. Rhoeas *Linn. svec. n.* 468. *sp. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1146. *herbat. upsal. in Am. ac.* 3. *p.* 456. *Sv. Bot. t.* 519. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1580.
Hab. inter segetes et sata rarius.
Radix annua. Caulis saepe bipedalis. Petala saturate purpurea initio aestatis explicata. Capsula magnitudine fere nucis avellanae.

549. PAPAVER *dubium*: capsulis glabris clavatis, caule folioso multifloro: setis pedunculi adpressis, foliis pinnatifidis incisis.

P. dubium *Linn. svec. n.* 467. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1146. *Sv. Bot. t.* 457. bona. *Flor. Dan.* 6. *t.* 902.

Hab. in agris et arvis ubique frequenter, ut etiam in ruderatis passim.

Radix annua. Caulis sesquipedalis angustus. Pedunculorum elongatorum setae praecipue sub flore eximie adpressae. Petala eximie coccinea minora quam praecedentis. Capsulae etiam multo angustiores, sulcatae.

CHELIDONIUM.

Linn. gen. ed. Schreb. n. 880. Jussieu gen. p. 262. Gaertn. fruct. 2. p. 164. t. 115.

Calyx diphyllus, caducus. Petala quatuor. Stigma parvum, bifidum. Capsula siliquaeformis supera, bivalvis; dissepimenti rudimentis ad utramque suturam seminiferis. — *Herbae lactescentes succo luteo, foliis compositis.* — *Ord. nat.* 24. *Rhoeadeae.*

350 CHELIDONIUM *majus*: foliorum pinnis sublobatis crenatis, pedunculis umbellatis, petalis integerrimis.

C. majus *Linn. svec. n.* 465. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1141. *n.* 1. *α.* *Sv. Bot. t.* 67. *Flor. Dan. t.* 542.

Hab. ubique in locis ruderatis urbis pagorumque.

Radix perennis, torulosa. Caulis pedalis et ultra, obsoletius triangularis, ramosus, supra divisiones incrassatus: pilis rarioribus sed longioribus glaucescentibus. Petioli canaliculati. Foliola praecipue subtus glaucescentia; pinnis cum petiolo concurrentibus. Flores explicantur successive per partem priorem aestatis. Petala lutea. Capsulae penna gallinacea non crassiores, sed sesquiunciam longae.

ACTAEA.

Linn. gen. ed. Schreb. n. 877. Jussieu gen. p. 260. Gaertn. fruct. 2. p. 154. t. 114.

Calyx tetraphyllus, caducus. Petala quatuor lanceolata, basi attenuata. Bacca unisulca, unilocularis; seminibus planis, lateri interiori affixis, bifariis. — *Herbae foliis triternatis, floribus subspicatis.*

Ord. nat. 25. *Multisiliquae, quamquam flore praecedentibus accedat.*

551. ACTAEA *spicata:* racemo ovato, petalis staminum longitudine, baccis succosis subglobosis (nigris). A. spicata *Linn. svec. n.* 464. *spec. pl ed. Willden.* 2. *p.* 1139. *n.* 1. *α. Decand. syst. nat.* 1. *p.* 384. *Sv. Bot. t.* 291. *Flor. Dan. t.* 498.

Hab. ad radices rupium Godtsundensium, in Norbylund, ad Vårdsätra et in aliis locis nemorosis occultis frequenter.

Radix perennis, torulosa. Folia radicalia et radici proxima petiolis ultra spithamam altis innixa, triplicato-ternata; foliolis lateralibus ovatis serratis, terminali trilobo. Florum racemus subspicatus unus alterve in singulo caule, uncia vix longior, mense florescentiae explicatus. Calyx virescens mox cadit, quo facto petala angusta staminaque alba parum inter se discernuntur.

(ORD. TRIGYNIA)

DELPHINIUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 927. *Jussieu gen. p.* 259. *Gaertn. fruct.* 1. *p.* 310. *t.* 65.

Petala nuda, quinque, inaequalia: supremo antice obtusiore, postice calcarato includente Nectarium postice calcaratum sessile vel unicum (*in nostra specie*) vel duo plurave (*in exoticis majoribus*). (Stamina etiam in nostra specie numero imminuuntur fere dodecandra). Capsula in nostra specie solitaria (*in exoticis saepius ternae quinaeve*) obliqua, introrsum dehiscens, polysperma. -- *Herbae foliis digitatis.*

Ord. nat 25. *Multisiliquae, quibus etiam sequentia genera classis adnumerantur.*

552. DELPHINIUM *Consolida:* nectario solitario, capsula unica glabra, caule divergenter ramoso, pedicellis bractea longioribus.

D. Consolida *Linn. svec. n.* 475. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1226. *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 343. *Sv. Bot. t.* 58. *Flor. Dan. t.* 683.

Hab. in agris inter secale hyemale ubique frequenter. Radix annua. Herba tenuissime pubescens, vix bipedalis. Folia ternata multipartitaque in lacinias vix lineam latas. Flores ante et post messem proveniunt saturate violacei: calcari adscendente subincano. Capsula extrorsum patet. Cum fructus numero imminuto jungitur quoque staminum.

ORD. PENTAGYNIA

AQUILEGIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 934. Jussieu gen. p 259. Gaertn. fruct. 2. p. 175. t. 118.

Petala nuda, quinque, aequalia. Nectaria quinque, cum petalis alterna, antice ore obliquo patentia, postice calcarata. Germina quinque, paleis decem filamentorum sterilium circumdata. Capsulae quinque, erectae, introrsum dehiscentes, polyspermae. -- *Herbae foliis semel vel bis ternatis.*

353. AQUILEGIA *vulgaris*: calcaribus incurvis, pistillis pubescentibus stamina aequantibus, caule folioso multifloro foliisque glabriusculis; lobis subrotundis.
A. vulgaris *Linn. svec. n.* 478. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1245. *n.* 2. *α.* (sylvestris) *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 19. (*unicolor.*) *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 334. *Sv. Bot. t.* 118. *Flor. Dan. t.* 695.
Hab. in lucis collinis juxta lacum Mäleri ex. gr. ad Vårdsätra satis copiose, ad Skokloster frequenter.
Radix perennis, tuberculosa. Caulis bi-vel tripedalis, strictus. Folia biternata: foliolis pollicem latis, rotundis lobatis crenatisque, subtus glaucis. Flores terminales cernui, toti violacei, sesquiunciam lati.

ORD. POLYGYNIA

CALTHA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 957. Jussieu gen. p. 259. Gaertn. fruct. 2. p. 176. t. 118.

Petala quinque suborbiculata, extus intusque nuda. Cap-

sulae una serie dispositae, compressae, patentes, polyspermae. -- *Herbae foliis omnibus reniformibus, floribus intense flavis.*

354. CALTHA *palustris*: caule erecto, foliis rotundate crenatis: auriculis rotundatis.

C. palustris *Linn. svec. n.* 511. *spec pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1338. *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 308. *Sv. Bot. t.* 200. *Flor. Dan. t.* 668.

Hab. in aquosis purioribus praesertim ad rivulos fontanos copiose.

Radix perennis, fibrosa. Caules sesquipedales, erectiusculi, parum ramosi, glaberrimi ut tota planta. Folia crassiuscula, venosa. Flores pedunculati, pollice latiores, aurei, mense frondescentiae explicati.

THALICTRUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 951. *Jussieu gen. p.* 257. *Gaertn. fruct. 1. p.* 355. *t.* 74.

Petala utrinque nuda calycina (i. e. virescentia, forsan potius calyx dicenda) quatuor (rarius quinque), caduca. Filamenta compressa (petalis veris similia). Styli breves. Semina utriculata, breviter rostellata, sulcata. -- *Herbae foliis alternis decompositis multisectis.*

355. THALICTRUM *flavum*: floribus cymosis confertis erectis, foliis bipinnatis: foliolis ovatis trifidis acutis, caule sulcato, radice fibrosa.

Th. flavum *Linn. svec. n.* 488. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1300. *n.* 15. *α.* *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 182. *Sv. Bot. t.* 328. *Flor. Dan.* 6. *t.* 939.

Hab. in pratis subhumidis ubique frequenter.

Radix perennis, flava. Planta saepe tripedalis, insigniter foliosa et lata: foliolis subtus praecipue glaucescentibus, digitum latis. Flores toti flavo-albicantes, ante foenisecium explicati.

356. THALICTRUM *simplex*: floribus erectis subracemosis cauleque virgato simplicissimo angulato, foliis bipinnatis: foliolis cuneiformibus trifidis, radice repente.

Th. simplex *Linn. svec. n.* 490. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1301. *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 183.
Th. minus *Flor. Dan. t.* 244. *citata in Linn. am. ac.* 7. *p.* 476.
Hab. in pratis et pascuis sterilioribus subuliginosis sed duris regionum sylvestrium passim, ut in saliceto versus paludem Vitulfsbergensem, in prato infra lucum Norbyensem, juxta Halmbyboda Funboensium, ad Hammarby Danmarkensium
Radix perennis, cinerascens. Folia radicalia sola dergunt circiter digitum longa: foliolis ungve digiti mimi non majoribus, figura variis. Planta reliqua alde virgata et angustata circiter sesquipedalis, analis caulinis petiolis et pedunculis non parum fuscens. Flores optime explicati paullo ante foenisecium, conspicui: filamentis fuscescentibus; antheris magis atescentibus.

ANEMONE

Linn. gen. ed. Schreb. n. 948. *Jussieu gen. p.* 257. *Gaertn. fruct. 1. p.* 357. *t.* 74.

nvolucrum persistens tripartitum vel foliaceum (foliis petiolatis ternis simillimum, in *Anemone* stricte sic dicta), vel calyciforme flori approximatum (in *Hepatica*), vel ulterius multifidum in medio scapi (in *Pulsatilla* scil. n. 359. 360). Petala nuda (praeter involucrum), sex (rarius plura), alternis tribus exterioribus. Semina utriculata, breviter rostellata vel (in Pulsatillis) caudam plumosam exserentia. -- *Herbae foliis veris semper radicalibus tantum, scapo subunifloro, radice perenni.*

57. ANEMONE *nemorosa*: involucri foliolis petiolatis ternatis incisis folio conformibus, pedunculo solitario, petalis oblongo-ellipticis.
A. nemorosa *Linn. svec. n.* 485. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1281. *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 203. *Sv. Bot. t.* 3. *Flor. Dan. t.* 549.
Hab. ubique in nemorosis et sylvaticis locis non facile exsiccandis frequentissime.

Radix repens. Folia radicalia a scapo plerumque remota, ternata: foliolis lateralibus breviter petiolatis. Scapus vix pedalis laxus. Flos supra involucra elevatus, mense germinationis explicatus. Petala alba, interdum subtus aliquantum rosea. Fructus nutans.

358. ANEMONE *Hepatica*: involucro calyciformi tripartito, foliis cordatis trilobis integerrimis. *Linn. svec. n.* 480. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1272. *Sv. Bot. t.* 141. *Flor. Dan. t.* 610.
Hepatica triloba *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 216.
Hab. in sylvestribus nemorosisque pratis et pascuis solo magis elevato vulgatissime.

Radix caespitosa fibrosaque, primo vere vel initio mensis germinationis folia multa pedunculosque floriferos emittens. Petioli longius pilosi, semper colorati coloremque subviolaceum vel hepaticum per paginam inferiorem foliorum primum fundentes. Pedunculi nudi: involucro parum a petalis separato et petalis caeruleis minore. Stamina alba.

359. ANEMONE *Pulsatilla*: involucro multipartito in medio scapo, petalis superne patentibus, foliis bipinnatis: laciniis subfiliformibus.
A. Pulsatilla *Linn. svec. n.* 481. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1274. *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 191. *Sv. Bot. t.* 292. *Flor. Dan. t.* 153.
Hab. in omnibus collibus campisque ventosis tum pratorum tùm inter agros vulgatissime.

Radix longe descendens. Folia radicalia et flos utrinque violaceus explicantur mense germinationis. Pili totius plantae aliquantum albicantes.

360. ANEMONE *vernalis*: involucro multipartito villosissimo in medio scapo petalis patentibus, foliis pinnatis: foliolis subovatis trifidis.
A. vernalis *Linn. svec. n.* 483. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1273. *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 189. *Flor. Dan. t.* 29.
Hab. in collo glareoso mediae planitiei ante Thunaberg unico loco parcius.

Radix et habitus plantae fere praecedentis; sed folia minus composita: foliola multo latiora pauciora; involucrum resplendens pilis praecipue post exsiccationem aureis, quales etiam in latere exteriore incarnato floris conspiciuntur; petala intus omnino alba.

RANUNCULUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 953. Gaertn. fruct. 1. p. 353. t. 74.

Calyx deciduus, pentaphyllus (*foliolis tamen duobus interioribus interdum scil. Ficariae commutatis in*) Petala (*tunc septem et ultra evadentia lanceolata alias semper*) quinque (*nisi intima quaedam obsolescant in R. scelerato et auricomo*) obovata, intra ungves squamula nectarina (*vel tantum poro in spec. ult.*) Semina incrustata, erecta. -- *Herbae foliis caulinis semper alternis, floribus plus minus luteis.*

61. RANUNCULUS *Lingva:* foliis ensiformibus dentatis subamplexicaulibus, caule erecto glabro.
R. Lingva *Linn. svec. n.* 493. *spec. pl. ed. Willden.* 2 *p.* 1308. *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 246. *Flor. Dan. t.* 755.

Hab. in sinubus quietis lutosis fluviorum majorum rarius ex. gr. ad Ultuna, juxta Jumkil, prope Läby.

Radix perennis, fibrosa. Herba tota spectabilior ceteris nostris Ranunculis plerumque quadripedalis, glaberrima, glaucescens, stricta. Caulis inferne digitum crassus. Folia supra insertionem angustasta quidem, sed non petiolata, saepe pedem longa et pollicem lata. Flores duo vel tres in singulo caule, post solstitium explicati, duplo majores quam in ceteris, duos pollices lati. Calyx demum reflexus, coloratus. Petala aurea.

62. RANUNCULUS *Flammula:* foliis ovato-lanceolatis denticulatis petiolatis, caule declinato multifloro angulato, pedunculis demum oppositifoliis.
R. Flammula *Linn. svec. n.* 494. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1307. *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 247. *Sv. Bot t.* 117. *Flor. Dan. t.* 575.

Hab. in pratis et pascuis udis ut etiam in paludosis aliisque locis humidis vulgatissime.

Radix perennis, repens. Caules passim inferne radicantes, penna gallinacea saepe crassiores. Petioli caulem amplectuntur basi crassa, saepe rubicunda. Folia latitudinem digiti minimi saepe attingunt. Calycis foliola dorso eximie virescunt. Petala aurea aestate tota nitent.

363. RANUNCULUS *reptans*: foliis sublinearibus fasciculatis squama involutis, caule reptante filiformi.
R. reptans *Linn. svec. n.* 495. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1307. *Flor. Dan. t.* 108. var. angustior.
Hab. in ripis sabulosis lacus Mäleri frequenter, ut etiam ad fluvios proximos ex. gr. juxta Nontuna, Liljeconvaljsholm.

Radix annua esse videtur. Caulis omnino sarmentosus: arcubus sursum versis; geniculis terram spectantibus, intra squamam vel interdum gemmam membranaceam folia plura habentibus His notis bene distingvitur a praecedente. Angustia foliorum et parvitas florum incertior est.

364. RANUNCULUS *Ficaria*; foliis cordatis angulatis obtusis petiolatis, caule decumbente unifloro, calyce triphyllo, petalis suboctonis.
R. Ficaria *Linn. svec. n.* 496. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1312. *Sv. Bot t.* 17. *Flor. Dan. t.* 499.
Ficaria ranunculoides *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 304.
Hab. in locis pingvibus atra humo plenis ad domos, saepes, nemora foecundissima frequenter.

Radix perennis, caespitosa. fibrosa, sed inter fibras tubercula graniformia fructibus Fici comparata (unde nomen) magnitudine granorum Tritici demittens. Tota herba succosa mollis. Caules plures ex una radice, laxi, sub florescentia erecti, succosi, tribus circiter foliis onusti. Flores mense germinationis nitent aureis suis lanceolatis petalis, stellulas multiradiatas referentes. Post florescentiam decumbunt caules et in axilla uniuscujusque folii grana similia acquirunt ac radicis, quae proximo anno radices evadunt, quare etiam semina ejus rotunda vix unquam maturescunt.

5. RANUNCULUS *sceleratus*: foliis inferioribus palmatis obtuse incisis; summis digitatis obtusis, pedunculis sulcatis, receptaculis elongatis petala calycem aequantia mox excedentibus: seminibus minutis deciduis.

R. sceleratus *Linn. svec. n.* 499. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1315. *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 268. *Sv. Bot. t.* 412. *Flor. Dan. t.* 571.

Hab. ad aquarum ripas praecipue inter agros frequenter.

Radix annua, fibrosa. Caulis solitarius, pedalis et tra, inanis fragilisque, inferne simplex, superne in mos floriferos divisus, totus glaberrimus et nitidus ut liqua herba. Folia radicalia reniformia lobata; caua inferiora palmata; superiora ad exitum ramorum gitata. Pedunculi obsoletius quinquesulci. Flores aeate successive explicantur minores quam in reliquis ix tres lineas lati; calyce demum reflexo, petalis saepe nperfectis aureis. Semina cito maturescunt et cadunt eminibus Papaveris non majora.

66. RANUNCULUS *auricomus:* foliis radicalibus reniformibus crenatis incisisve; caulinis multiradiatis: radiis linearibus subintegerrimis, pedunculis laevibus, calycis marginibus petaloideis.

R. auricomus *Linn. spec. n.* 498. *mant. p.* 407. *spec. pl. ed. Willden.* 2. p 1314. *Decand. syst. nat.* 1. p. 266. *Flor. Dan. t.* 665. non opt.

Hab. in pratis et pascuis subhumidis frequenter.

Radix perennis, fibrosa. Herba glabra, subnitida, x ultra spithamam alta. Folia radicalia in minoribus antis indivisa crenata, sed in maximis saepe usque l basin partita; caulina nulla nisi ad divisuras caulis chotomas, ubi praecipue infimum usque ad basin seum in lacinias circiter octo undique radiantes interdiis vix breviores. Flores mense germinationis fere etali, dein petala nonnulla inaequalia aurea extra cacem expandentes.

67. RANUNCULUS *bulbosus:* foliis radicalibus subternatis trifidis incisisque linearibus; caulinis tripar-

titis medio elongatis, caule erecto paucifloro patenter villoso, pedunculis quinquesulcis, calycibus acuminatis retroplicatis, radice tuberosa.

R. bulbosus *Linn. svec. n.* 504. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1324. *Decand. syst. nat.* 1. p. 295 *Sv. Bot. t.* 387. *Flor. Dan.* t. 551.

Hab. in pratis macris apricis ubique.

Radix perennis, tuberosa; tubere praesentis anni supra praecedentis posito, petiolis foliorum extimorum obvoluto. Caulis e tubere prodit plerumque solitarius et ad radicem angustatus filiformis. Flores explicantur ultimo vere vel initio mensis florescentiae; petalis aureis basi elongatis. Calycis foliola utrinque eximie acuminata, quare etiam paullo infra medium retroplicantur adeo, ut apex caulem fere tangat, et cum angulis quinque pedunculi correspondent.

368. RANUNCULUS *polyanthemos:* foliis radicalibus quinquepartitis trifidis incisisque linearibus; caulinis tripartitis, caule erecto multifloro; hirsutie divergente, pedunculis sulcatis, calyce demum retroflexo, radice truncosa.

R. polyanthemos *Linn. svec. n.* 506. *spec. pl. ed. Willden.* 2. p. 1325.

R. nemorosus *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 280 ?

Hab. in pratis fertilioribus praecipue nemorosis vel occultis passim, in lucis Godtsundensibus frequenter.

Praecedenti omnino proxime affinis, sed bene diversus. Radix valde perennis, crassa, deorsum numerosas fibras et sursum rudimenta setosa multa foliorum praeteritorum gerens. Tum foliorum petioli tum caulis hirsutiem divergentem rigidulam latitudine caulis saepe longiorem habent. Folia ipsa ob lacinias multas aequalis fere longitudinis radiantia dici fere merentur. Flores sub solstitio optime nitent aureis petalis minus versus basin elongatis. Calycis foliola breviora quoque sunt quam in praecedenti et vix nisi decidentibus petalis reflectuntur. Pedunculorum sulci etiam obsoletiores. Semina circiter 50 breviter uncinata: stylo curvulo persistente ut in proximis nostris.

69. RANUNCULUS *acris*: foliis inferioribus quinquepartitis trifidis serrato-incisis acutis; summis tripartitis linearibus, caule glabriusculo multifloro pedunculisque laevibus, calyce patente.
R. acris *Linn. svec. n.* 507. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p* 1326. *Decand. syst. nat.* 1. p. 277. *Sv. Bot. t.* 375. *Woodwille med. bot. t.* 246.
β. grandis, foliis fulcrantibus petiolatis.
Hab. in pratis et graminosis vulgatissime; β. in sylvaticis.
Radix perennis, fere tota fibrosa sine caudice solido. Herba magnitudine valde varians (in β. saltem tripedalis.) Caulis praecipue inferne glaber, superne interdum depresse pilosulus. Folia ad costas saepe insigniter pubescentia. Flores paullo magis serotini quam praecedentis ante foenisecium copiosissimi, aurei.

70. RANUNCULUS *repens*: foliis ternatis tripartitis trifidis inciso-serratis acutis, caule multifloro demum repente, pedunculis sulcatis.
R. repens *Linn. svec. n.* 505. *spec. pl. ed. Willden.* 2. p. 1325. *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 285. *Sv. Bot. t.* 400. *Flor. Dan.* t. 795.
Hab. in arvis subhumidis, ad ripas aquarum et in alia terra denudata interdum irrigata frequenter.
Radix perennis: caulibus multis, primis erectiusculis, sed serotinis versus autumnum pullulantibus valde repentibus et radicantibus. Folia radicalia et caulina inferiora longe petiolata, ternata: foliolis insigniter petiolatis. Flores tota aestate obvii, aurei.

71. RANUNCULUS *aquatilis*: foliis submersis capillaceis sessilibus, emersis subpeltatis petiolatis, petalis obovatis calyce majoribus, seminibus scabriusculis.
R. aquatilis *Linn. svec. n.* 509. *spec. pl. ed. Willden.* 2. *p.* 1332. *Decand. syst. nat.* 1. *p.* 234.
β. abrotanifolius *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. p. 20.
R. fluvialis *Flor. Dan.* t. 376?

Hab. in aquis quietis lutosis frequenter.

Radix perennis. Caulis natans vel decumbens. Flores successive prodeunt aestate; petalis albis, basi tantum lutescentibus, poro solummodo nectarifero instructis. Semina transversim rugosa apud nos interdum glabrescunt in planta diversifolia (foliis etiam latis instructa).

CLASSIS XIV.

DIDYNAMIA

CONSPECTUS.

Ordines bini artificiales hujus classis tam bene limitati sunt, ut speciatim optime considerentur.

Gymnospermia ordine naturali VERTICILLATARUM *tota constituta, et seminibus quatuor nudis erectis circa stylum persistentem in fundo calycis persistentis positis facillime cognoscenda, quod ad subdivisionem generum valde difficilis est. Nullam in his meliorem methodum cognoscimus quam Linnaeanam a regularitate majore minoreque calycis desumtam, quamquam pleraque genera in priorem subdivisionem calycibus quinquefidis regularibus veniunt, adeo ut in posteriori calycibus bilabiatis insignita nonnisi pauca genera nobis restent scil.* Dracocephalum et Origanum (interdum regularia), Clinopodium, Thymus, Prunella et Scutellaria. *Quum methodus calycina exceptionibus laborat, observare juvat, quod faux valde dilatata lacinias laterales corollae gerit adeo ut labia simplicia evadant in* Nepeta, Dracocephalo, Lamio, Scutellaria.

Angiospermia quod ad maximam partem quoque efficitur unico ordine naturali scil. PERSONATIS, *quarum tamen genera inter se non ita bene cohaerent. Habent quidem pleraque capsulam bilocularem, ita ut nonnisi Lathraea subunilocularis existat. Quae bilocularia sunt bene subdividuntur secundum ejusdem dehiscentiam in Rhinanthina capsulam ad angulos dorsales dehiscentem dissepimentumque e medio valvularum habentia, qualia sunt pleraque et praecipua genera hu-*

ordinis; — et in Scrophularina capsula bipartii (i. e. margines valvularum inflexi dissepimenta partibilia efficientes); ut in multis Luridis, quibus vera valde accedunt tota natura. Ad Scrophularis pertinent tantum duo nostra genera nempe Scrophularia et Antirrhinum. *His distinctionibus naturalis non male combinari potest Linnaeana divisio ordinis artificialis Angiospermiae secundum calycem, ubi quadrifidus est in plerisque Rhinanthinis, adeo ut tantum* Pedicularis *calyce quodammodo quinquefido Scrophularinis Luridisque aliquantum accedat.* Limosellae *genus calyce quinquefido inter Scrophularinas et Rotaceas fere ambigit. — At nostra* Linnaea *etiam quinquefida a plantis ceteris ingratis Angiospermiae longe recedit et Lonicerae affinis est.*

1. ORD. GYMNOSPERMIA

AJUGA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 959. Bugula *Jussieu gen. p.* 125.

Calyx brevis, semiquinquefidus, subaequalis. Corolla tubulosa, labiata: labio superiore minimo (staminibus breviore), bidentato; inferiore trilobo: lobo medio obcordato, maximo. — *Herba floribus verticillatis axillaribus.*

72. AJUGA *pyramidalis*: tetragono-pyramidata villosa, foliis radicalibus caulina excedentibus.

A. pyramidalis *Linn. suec. n.* 512. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 8. *Sv. Bot. t.* 225. *Flor. Dan. t.* 185.

Hab. in locis graminosis sylvaticis durioribus ubique. Radix biennis, simplex. Herba solitaria simplicissima (sine stolonibus ullis), inferne foliis radicalibus viescentibus spithamam lata, sursum sensim angustata maximie caerulescens, vix ultra semipedem alta. Flores inter folia imbricata conspiciuntur mense frondescentiae, dilute caerulescentes.

MENTHA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 967. *Jussieu gen. p.* 127.

Calyx quinquedentatus, aequalis. Corolla calyce duplo

longior, subaequalis, quadrifida: lacinia superiore latiore emarginata. Stamina distantia, recta. — *Herbae odoratissimae.*

573. MENTHA *arvensis:* floribus verticillatis axillaribus, foliis subovatis breviter petiolatis, caule ramoso, calycibus campanulatis patenter pilosis, pedicellis glabriusculis.

M. arvensis *Linn. suec. n.* 516. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 80. *Sv. Bot. t.* 279. *Flor. Dan. t.* 512.

Hab. locis subhumidis pratorum et ad agros vulgatissime.

Radix perennis, valde repens. Herba odore insigni, sed minus grato. Foliorum petioli verticillis breviores. Calyx brevis, maturescentibus seminibus fere globulosus. Corolla dilute rubro-violacea, aestate seriore aperta. — De cetero insigniter variat haec species foliis acutis in sylvatico solo; verticillis contractis ad ripas apricas glareosas; statura magna, foliis latis ad saepes solo fertili.

574. MENTHA *aquatica:* floribus capitatis fulcratisque, pedicellis hirsutis, foliis ovalibus serratis petiolatis.

M. aquatica *Linn. suec. n.* 517. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 78. *Flor. Dan. t.* 638. (nomine Origani vulgaris).

Hab. ad ripas lacus Mäleri ad Vårdsätra.

Radix perennis, repens. Herba multo crassior quam praecedentis, capitulo florum in summo caule pollicem crasso. Calyx insigniter decemnervosus.

NEPETA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 964. Jussieu gen. p. 126.

Calyx quinquedentatus: denticulis superioribus longioribus. Corollae tubus incurvus: fauce dilatata, in lacinias reflexas terminata; labio superiore erecto, emarginato; inferiore concavo, subrotundo, crenulato. Stamina approximata. — *Herbae inflorescentia subpaniculata, pedunculis multifloris.*

. NEPETA *Cataria:* floribus spicatis, verticillis subpetiolatis, foliis cordatis dentato-serratis petiolatis subtus incanis.

N. Cataria *Linn. svec. n.* 514. *spec pl. ed. Willden.* 3. p. 49. *Sv. Bot. t.* 410. *Flor. Dan. t.* 580.

Iab. in ruderatis siccis elevatis passim.

Iadix perennis. Planta tota canescens praecipue subfolia, circiter tripedalis. Petioli quidem surgunt, ipsa folia aliquantum deflectuntur. Spica plus quam licem crassa, inferne ramosa. Corolla media aestate tat alba; labio rubicunde punctato.

GLECOMA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 970. *Jussieu gen. p.* 127.

yx minutus: ore quinquedentato, inaequali. Corollae tubus compressus; labio superiore bifido; inferiore patente, trifido; lacinia intermedia majore emarginata. Antherarum singulum par in forman crucis sub labio superiore connivens. — *Herbae repentes, floribus axillaribus.*

. GLECOMA *hederacea:* foliis reniformibus crenatis glabriusculis. *Linn. svec. n.* 518 *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 85. *Sv. Bot. t.* 183. *Flor. Dan. t.* 789.

Iab. in arvis, agris, dumetis, sylvis solo sicciore frequentissime.

Iadix perennis. Planta apud nos debiliter odora; lonibus late decumbentibus; caulibus floriferis ereisculis. Flores ex axilla singulorum petiolorum subterni, secundi. Corollae longius tubulosae, foliis parum breres, pulchre caeruleae, mense germinationis jamdun explicatae.

LAMIUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 971. *Jussieu gen. p.* 127.

yx superne patentior, quinquedentatus: dentibus aistatis. Corollae faux inflata, in margine utroque deniculo reflexo notata; labio superiore fornicato, inegro, stamina pistillumque conjuncta gerente; inferi-

ore obcordato, aequilobo — *Herbae floribus verticillato-axillaribus, bracteis setaceis.*

377. LAMIUM *album*: foliis subcordatis acuminatis serratis; petiolis dilatatis, calycis fructiferi dentibus approximatis.
L. album *Linn. svec. n.* 520. *spec. pl. ed. Willden.* 3. p. 88. *Sv. Bot. t.* 55. *Flor. Dan. t.* 594.

Hab. in cultis et ruderatis, ad saepes agrorum ubique.
Radix perennis, repens. Planta elatior quam proximae. Verticilli floribus saepe viginti, omnino sessiles, cauli adpresssi. Corollae majores quam in proximis, unciam longae, albidae; antheris nigris; galea cauli adpressa, eximie ciliata. Floret mense frondescentiae, interdum etiam autumno.

378. LAMIUM *purpureum*: foliis cordatis obtusis crenatis petiolatis, calycis fructiferi dentibus patentibus.
L. purpureum *Linn. svec. n.* 521. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 88. *Flor. Dan. t.* 523.

Hab. in agris omnique culta terra frequenter.
Radix annua, fibrosa. Caules inferne ramosi, medio nudiusculi, superne dense foliosi. Folia subreniformia. Calyces glabriusculi; dentibus ciliatis. Corollae saepius aestate obviae, purpurascentes.

379. LAMIUM *amplexicaule*: foliis subrotundis incisis crenatisque; floralibus amplexicaulibus, calycis fructiferi dentibus conniventibus.
L. amplexicaule *Linn. svec. n.* 522. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 90. *n.* 12, *α*. *Flor. Dan. t.* 752.

Hab. in agris cultisque copiose.
Radix annua. Caulis fere praecedentis, sed tenuior. Calyces minores densa hirsutie undique albent. Corollae tenues, roseae, sub magna parte aestatis provenientes.

GALEOPSIS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 972. *Jussieu. gen. p.* 127.

Calyx quinquedentatus, aristatus. Corollae faux patens, desinens inferne in denticulos duos in pagina superiore labii inferioris ad sinus inter lacinias ejus tres

elevatos; labio superiore fornicato, stamina pistillumque conjuncta gerente.

380. GALEOPSIS *Tetrahit:* caule hispido: internodiis superne incrassatis, corolla calycibus duplo longiore; galea rectiuscula.
G. Tetrahit *Linn. svec. n.* 523. *α. spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 92. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1271.
β. bicolor.
Hab. inter segetes et olera frequentissime.
Radix annua. Caulis circiter pedalis, eximie tetragonus, sub insertione foliorum intumescens; pilis rigidulis longitudine sua crassitiem caulis aequantibus. Folia plerumque tota viridia. Corollae aestivales, totae purpurascentes, aut in β galea, fauce etc. lutescentibus praeditae quamquam non majores.

381. GALEOPSIS *cannabina:* caule hispido: internodiis superne incrassatis, corolla calycibus triplo longiore; galea ventricosa.
G. cannabina *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 93. *Flor. Dan.* 6. *t.* 929.
G. versicolor *Sv. Bot. t.* 446.
G. Tetrahit γ. grandiflorum *Linn. svec. n.* 523. *mant. p.* 411. (cannab.) *Ehrh. ups. in beitr.* 5. *p.* 20.
Hab. in cultis arenosis stercoratis frequenter.
Est tantum forma grandiflora praecedentis differens solummodo: calycinis laciniis longioribus; corollis duplo majoribus fere unciam longis, flavescentibus praeter labium medium purpurascens.

382. GALEOPSIS *Ladanum:* internodiis caulinis aequalibus subpubescentibus, foliis lanceolatis, verticillis omnibus remotis.
G. Ladanum *Linn. svec. n.* 524. *α. spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 91. *Engl. Bot. t.* 884.
G. Ladanum angustifolium *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 20.
Hab. in terra culta siccissima, praesertim supra tecta ruricolarum non infrequens.
Radix annua. Caulis obsolete quadrangulus, rubi-

cundus, pubescentia inconspicua adpressa tantum praeditus. Folia sparsius serrata; venis subtus eximie rubicundis. Calyces toti glanduloso-pilosi, unde odor insignis emanat. Corolla tubo longo instructa, purpurascens; staminibus binis pistilloque extra galeam exsertis.

STACHYS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 974. Jussieu gen. p 128.

Calyx angulatus, quinquefidus, acuminatus. Corolla breviter tubulosa: labio superiore fornicato, emarginato; inferiore lateribus reflexo, trifido: lacinia intermedia majore, emarginata. Stamina duo breviora post florescentiam ad latera faucis recurvata.

383. STACHYS *sylvatica:* foliis cordatis petiolatis hirtis, verticillis sexfloris, caule erecto divergenter piloso.
S. sylvatica *Linn. svec. n.* 526. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 97. *Flor. Dan. t.* 1102.
Hab. in lucis densioribus rupestribus rarius, vixque nisi ad rupes Godtsundenses et ad Vårdsätra.

Radix perennis, subrepens. Herba foetida, saturate viridis. Caules circiter bipedales, simplices. Folia bis pollicem saltem lata, in petiolis laxis saepe pendentia. Spica angusta: verticillis remotiusculis nudis. Corolla ad foenisecium porrecta, rubro-fuscescens, supra labium albo-picta.

384. STACHYS *palustris:* foliis lineari-lanceolatis basi cordatis subsessilibus, verticillis subsexfloris, caule erecto hirto: pilis reflexis.
S. palustris *Linn. svec. n.* 528. *speo. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 98. *Sv. Bot. t.* 431. *Flor. Dan. t.* 1105.
Hab. ad ripas praecipue lapidosas fluviorum et paludum frequenter, unde etiam in agros humidiores passim adscendit.

Radix perennis, repens, demum tuberosa. Caulis ultra pedem altus; pilis longitudine fere ipsius diametri. Folia circiter tres uncias longa sed digitum tantum lata, crenata, basi apparenter semiamplexicaulia. Verticilli foliis minoribus fulcrati. Corolla post solstitium prodit, dilute rubro-violacea sub fauce maculata.

MARRUBIUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 976. Jussieu gen. p. 128.

Calyx rigidus, decemstriatus, infundibuliformis, decemdentatus: denticulis alternis minoribus, interdum nullis. Corollae labium superius bifidum, lineare, rectum; inferius trifidum.

585. MARRUBIUM *vulgare:* dentibus calycinis setaceis uncinatis, foliis subrotundo-ovatis crenato-serratis rugosis.
M. vulgare *Linn. svec. n.* 551. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 111. *herbat. upsal. in amoen. ac.* 3. *p.* 445. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1036.

Hab. in plateis et ruderatis urbis nunc temporis raro.

Radix perennis Planta tota canescens, caulis autem dense albo-lanatus, circiter sesquipedalis. Corolla alba inconspicua media aestate explicatur.

LEONURUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 977. Jussieu gen. p. 128.

Calyx pentagonus, quinquedentatus. Corolla calyce paullo longior: labio superiore villoso, concavo; inferiore reflexo, tripartito. Antherae punctis nitidis adspersae, demum deflexae.

586. LEONURUS *Cardiaca:* foliis fulcrantibus lanceolato-trifidis, lacinia intermedia labii inferioris acuta.
L. Cardiaca *Linn. svec. n.* 532. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 114. *Sv. Bot. t.* 195. *Flor. Dan. t.* 727.

Hab. in ruderatis ad templa et domos frequenter.

Radix perennis. Planta saepe tripedalis et ultra, valde ramosa lataque, obscurius viridis, tenuiter pubescens. Folia inferiora magnitudine et figura manus minoris expansi, circiter quinquefida. Verticilli inter folia fulcrantia petiolata laxa minores; calycibus pungentibus. Corolla post solstitium porrecta, extus omnino albo-lanata, intus sangvineo-punctata lineataque.

DRACOCEPHALUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 984. Jussieu gen. p. 130.

Calyx quinquefidus, subbilabiatus: labio super. unilobo

(in specie nostra orientali, sed in aliis occidentalibus ex. gr. Ruyschiana aequalis). Corollae faux inflata laciniam rectam utrinque producens; labio inferiore indiviso dependente, parvo.

387. DRACOCEPHALUM *thymiflorum*: corollis labium calycinum mucronatum aequantibus, foliis verticillos fulcrantibus oblongis integerrimis; caulinis ovatis serratis.

D. thymiflorum *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 157. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 20. *Gmel. sib.* 3. *p.* 233. *t.* 50.

Hab. in plateis et ruderatis Upsaliensibus raro, apud nos e seminibus sibericis primum inquilina facta.

Radix annua. Caulis pedalis et ultra, erectus, strictus, saepe crassitie calami scriptorii, eximie tetragonus. Folia caulina internodiis breviora, digitum circiter lata. Spica caule saepe longior, inferne verticillis magis distantibus fulcratis, superne contiguis. Calyces cylindracei brevissime pubescentes (sine villis ullis faucem claudentibus); labio superiore unilobo latitudine totius calycis, ovato, mucronato; dentibus labii inferioris quatuor subulatis. Corolla ad foenisecium exstat dilute caerulescens, calyce angustior et mucrone labii calycini superioris non longior.

ORIGANUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 981. Jussieu gen. p. 129.

Calyces intra bracteas imbricatas coloratas spicae subtetragonae inclusi, subaequaliter quinquedentati (*in nostra specie, sed in Majorana* depresso-bilabiati). Corollae faux depressa; labio superiore emarginato; inferiore trifido, subaequali.

388. ORIGANUM *vulgare:* spicis subrotundis paniculatis conglomeratis glabris, bracteis spicae calyce longioribus ovatis. *Linn. svec. n.* 534. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 136. *Sv. Bot. t.* 188. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1581.

Hab. in lucis et dumetis petrosis exaridis passim co-

piose, ut in montibus Godtsundensibus, in luco Norbyensi, ad Vårdsätra.

Radix perennis. Caulis pedalis et ultra, obtuse tetragonus, passim rubescens, pubescens. Folia breviter petiolata, ovata, magnitudine unciae, supra glabra, subtus pubescentia. Panicula magna; ramis decussantibus. Bracteae florum violaceae. Corollae sub foenisecio explicantur, roseae: fauce depressa (adeo ut latitudo multo major altitudine fiat); staminibus inferioribus divergentibus et longitudine superiora vel interiora stamina multo superantibus; labio superiore plano. Calycis dentes colorati, faux villis clausa. Tota planta odorem fere Theae habet.

CLINOPODIUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 980. Jussieu gen. p. 129.

Involucrum multisetum colligens Calyces subincurvos bilabiatos supra trifidos infra bipartitos. Corollae tubus sensim ampliatus: labio superiore emarginato; inferiore trifido: lacinia media latiore emarginata.

389. CLINOPODIUM *vulgare*: verticillis hispidulis, involucro calycibus breviore, foliis remote serratis pilosis.

C. vulgare *Linn. svec. n.* 553. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 131. *Sv. Bot. t.* 441. *Flor. Dan.* 6. *t.* 930.

Hab. in dumetis aridis graminosis frequenter.

Radix perennis. Caules simplices, subfiliformes, pedales, patenter pilosi ut tota planta. Folia breviter petiolata, ovata. Verticilli plerumque duo ad apicem caulis, multiflori. Flores pedicellis brevibus ramosis inter involucri setas insident. Corolla calyce duplo longior violaceo-rosea, sub foenisecio expansa.

THYMUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 982. Jussieu gen. p. 129.

Calycis faux villis clausa: limbo bilabiato supra tridentato, infra bifido. Corolla brevis: fauce parva: labio superiore plano emarginato; inferiore trifido, inaequali. -- *Herbae humiles odorae, foliis parvis.*

390. THYMUS *Serpyllum:* floribus capitatis, caulibus repentibus, foliis planis ovatis obtusis basi ciliatis.
Th. Serpyllum *Linn. svec. n.* 535. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 138. *n.* 1. *α. Sv. Bot. t.* 520. *Flor. Dan* 7. *t.* 1165.
Hab. in campis elevatis collibusque omnibus glareosis exsiccis vulgatissime.

Radix perennis: caulibus multis re vera fruticulosis vel perennibus, ramulos floriferos emittentibus. Folia subpetiolata, pellucido-punctata, semine lentis vix majora. Corolla violaceo-rubicunda, circa foenisecium florens. Planta apud nos debilius citro odorans.

391. THYMUS *Acinos:* verticillis sexfloris: pedicellis simplicibus, caulibus erectiusculis ramosis, foliis oblongis acutis serratis flore longioribus, calyce subtus gibboso.
Th. Acinos *Linn. svec. n.* 536. *spec. pl. ed. Willden.* 3 *p.* 142. *Flor. Dan. t.* 814.
Hab. in terra denudata abrupta arida collium passim copiose.

Radix annua, sed multicaulis. Planta tota plerumque spithamalis Folia paullo majora quam in praecedente; marginibus subrevolutis. Calyx demum singularis fit ventre deorsum prominente et semina infra collum constrictum continente. Corolla dilute violacea, aestivalis.

PRUNELLA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 990. *Jussieu gen. p.* 130.

Calyx bilabiatus: labio superiore plano. Corollae labium superius staminiferum, inferius trifidum inaequale. Antherae laterales apicibus filamentorum longioribus superatae. Filamenta bifurca: apice inferiore antherifero. Stigma bifidum. — *Herbae verticillato-spicatae: bracteis magnis ciliatis laciniatisve.*

392. PRUNELLA *vulgaris:* foliis petiolatis basi serratis ovato-oblongis, calycis labio superiore truncato trimucronato.
P. vulgaris *Linn. svec. n.* 540. *α. spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 176. *n.* 1. *α. Flor. Dan.* 6. *t.* 910. optim.

Hab. in pascuis et pratis sterilibus humidioribus ubique frequenter.

Radix perennis. Caules adscendentes, saepe tantum spithamaei, superne eximie compressi. Folia infima ovata, sed spicam fulcrantia oblonga. Spica subcylindrica, compacta, brunnea. Bracteae infra singulum verticillum sexflorum latissimae obtusissimae, calycibus breviores. Calyces valde depressi, subbrunnei. Corolla violacea, sub maxima parte aestatis obvia, calyce tantum duplo longior. Antherae albae.

SCUTELLARIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 989. Jussieu. gen. p. 131.

Calyx bilabiatus: labiis integerrimis post florescentiam conniventibus ob vexillum concavum suprapositum. Corolla sensim dilatata in faucem insignem compressam, utrinque lacinia ad labium superius applicata terminatam; labiis utrisque indivisis conniventibus. -- *Herbae floribus axillaribus, solitariis.*

193. SCUTELLARIA *galericulata*: foliis basi cordatis oblongatis crenatis flore inferiore longioribus. *Linn. svec. n.* 538. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 173. *Sv. Bot. t.* 437. *Flor. Dan. t.* 637.

Hab. ad ripas lapidosas et glareosas lacuum fluviorumque frequenter.

Radix perennis, repens. Caulis fere pedalis, exquisite quadrangulus. Folia floribus inferioribus plerumque duplo longiora. Calycis vexillum emarginatum. Corollae sub solstitio et postea prodeunt, eleganter caeruleae.

194. SCUTELLARIA *hastifolia*: foliis integerrimis: inferioribus triangulari-hastatis; superioribus sagittatis flore brevioribus.

S. hastifolia *Linn. svec. n.* 539. *spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 173.

Hab. ad aquas ut praecedens sed raro, vix nisi ad Vårdsätra et circa Vitulfsberg lecta.

Radix perennis, tenuior quam praecedentis ut tota herba. Folia infima triangula lobo separato postico in-

terdum carent, superiora non raro dente gemino in uno latere instruuntur, vix unciam longa; fulcrantia s. suprema basi integra. Flores in summo caule multo magis collecti, pluresque simul post solstitium explicati, paullo saturatius caerulei et majores quam praecedentis. Calycis vexillum minus et integerrimum, pilis glanduliferis obsitum: odore subungvinoso.

2. ORD. ANGIOSPERMIA

LATHRAEA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1000. Jussieu. gen. p. 114. Gaertn. fruct. 1. p. 242. t. 52.

Calyx campanulatus, quadrifidus. Corolla tubulosa: labio superiore concavo; inferiore trifido, reflexo. Germen basi ad suturam inferiorem glandula squamaeformi praeditum. Capsula bivalvis, unilocularis: receptaculis fungosis in medio valvularum. — *Herbae aphyllae, squamis tectae, parasiticae, totae coloratae. Ord. nat. 22. Personatae, sectio Orobanchreae.*

395. LATHRAEA *Squamaria:* caule simplicissimo, floribus pendulis. *Linn. svec. n.* 550. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 201. *Sv. Bot. t.* 316. *Flor. Dan. t.* 157.

Hab. ad radices rupium Godtsundensium locis optime occultis atra humo praeditis copiose.

Radix perennis, ramosa, crassitie digiti, alba, undique obsita squamis carnosis, primo vere emittens caulem sibi satis similem etiam squamosum. Racemus totus secundus, cernuus, colore subcarneus. Bracteae squamis caulinis subsimiles, undique sparsim adfixae, pedunculos basesque florum optime tegentes. Flores sub racemo penduli, calyce pilosulo. Corolla parum prominens extra calycem, antheras pilosas demum exserens infra stylum. Sub basi germinis optime latet glandula nectarifera magna, florem ab exsiccatione bene servans.

EUPHRASIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 998. Jussieu gen. p. 112. Gaertn. fruct. 1. p. 257. t. 54.

Calyx quadrifidus. Corolla tubulosa: labio superiore

emarginato; inferiore trifido subaequali. Antherae ba-
i spinulosae in duobus inferioribus staminibus vel in
omnibus (Odontites). Capsula bilocularis: valvulis
medio septiferis seminiferisque. -- *Herbae floribus
minoribus.* -- *Ord. nat.* 22. *Personatae, sectio
Rhinanthinae ut etiam tria genera sequentia.*

6. EUPHRASIA *officinalis*: foliis ovatis argute dentatis planiusculis, corollae fauce aperta; lobis inferioribus emarginatis, antheris ciliatis.

E. officinalis *Linn. svec. n.* 543. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 193. *Sv. Bot. t.* 267. *Flor. Dan.* 6 *t.* 1037.

Hab. in pascuis arvisque sterilibus vulgatissime.

Radix annua. Herba altitudine varia, plerumque pallens. Folia saepe aliquantum concava, sed non squarrosa. Corolla aestate seriore obvia albescens, sub faucem lutea et in labio violaceo-lineata. Capsula emarginata.

7. EUPHRASIA *Odontites*: foliis lanceolatis: omnibus serratis, corollae fauce constricta; lobis inferioribus obtusis ciliatis, antheris glaberrimis.

E. Odontites *Linn. svec. n.* 544. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 194. *Flor. Dan. t.* 625.

Bartsia Odontites *Smith. fl. brit.* 2. *p.* 648.

Hab. in arvis et agris passim; nuper lecta ad Ekeby et extra Tofven.

Radix annua. Caulis saepe semipedalis et ultra. Folia basi aliquantum latiora, saepe ultra unciam longa. Corolla rosea; fauce purpurea. Capsula integra. Semina ob arillum laxiorem angulata.

MELAMPYRUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 999. *Jussieu gen. p.* 113. *Gaertn. fructus 1. p.* 244. *t.* 53.

Calyx quadrifidus. Corolla tubulosa, compressa: labio superiore margine replicato; inferiore trifido subaequali. Capsula oblique acuminata et dehiscens: loculamentis monospermis; valvulis medio septiferis seminiferisque.

398. MELAMPYRUM *cristatum:* floribus quadrifariam spicatis; bracteis complicatis serratis.
M. cristatum *Linn. svec. n.* 545. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 197. *Flor. Dan. t.* 1104.
Hab. in collibus campestribus inter agros frequenter, ut etiam in pratis duris dumetisque passim.

Radix annua. Caules vix pedales, plerumque simplices. Folia in medio caule linearia, integerrima. Bracteae infimae apice elongatae; de cetero tota spica colorata purpurascens, rarius albescens Corollae sub solstitio et paullo postea exstant, eleganter purpureae; rictu tantum ex albo flavescente.

399. MELAMPYRUM *arvense:* floribus sparsim spicatis; bracteis planis pectinato-laciniatis, calycinis dentibus glabriusculis tubum corollae aequantibus.
M. arvense *Linn. svec. n.* 546. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 198. *Flor. Dan.* 6. *t.* 911. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 21.
Hab. in agris secalinis elevatis rarius; nuper lectum a parte orientali urbis satis copiose, sed frequentius in paroecia Sko lacus Mäleri, ubi etiam in pascua collina adscendit.

Radix annua. Caulis plerumque pedalis, erectus ramosus. Folia lanceolata, attenuata, integerrima. Spica ante florescentiam tota rubra, postea vero flavescens pars inferior corollarum in conspectum venit et bracteae demum virescunt. Semina magnitudine et figura fere granorum Tritici.

400. MELAMPYRUM *nemorosum:* floribus secundis axillaribus, foliis floralibus lanceolato-cordatis, calycibus lanatis.
M. nemorosum *Linn. svec. n.* 547. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 198. *Sv. Bot. t.* 423. *Flor. Dan. t.* 505.
Hab. in lucis amoenissimis prope lacum Mäleri tantum, ut in montibus Godtsundensibus et ad Vårdsätra copiosissime, ad Ytternäs parcius, in stafsundsholm versus Skokloster.

Radix annua. Herba crassior et major quam sequentium; villositate insigni vel lana brevi in summo cau-

infra folia floralia et in calycibus. Folia floribus cua pauca sunt: floralia ante explicationem florum ecipue supra eleganter azurea, postea vero maturan- fructu virescunt. Flores mense florescentiae usque foenisecium prodeunt basi aurantiaci, ceterum ele- ter flavi.

1. MELAMPYRUM *pratense:* floribus secundis axillaribus: foliis summis basi dentatis, calycinis dentibus adscendentibus conniventibus, corollis compressis subclausis.
M. pratense *Linn. svec. n.* 548. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 199. *Sv. Bot. t.* 286.
Hab. in pratis sylvaticis et sylvis ipsis vulgatissime.
Radix annua. Herba circiter pedalis, tota viridis. Fo- floralia infima integra, quo autem superiora eo ma- basi dentata: dentibus binis ternisve in utroque la- e subulatis. Calycis dentes etiam elongati, insigniter rsum flexi, de cetero adpressi. Corollae explicantur ense florescentiae usque ad foenisecium: tubo albescen- semiunciam longo; rictu tantum flavo.

2. MELAMPYRUM *sylvaticum:* floribus secundis axillaribus: foliis summis basi dilatatis, calycinis dentibus patentibus, corollis fauce triangulari aperta.
M. sylvaticum *Linn. svec. n.* 549. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 199. *Flor. Dan. t.* 145. bona.
M. alpestre *Persoon syn.* 2. *p.* 151. (quia apud exteros subalpinum est.)
Hab. in lucis amoenioribus frequenter, ut ad Godtsunda, Vårdsätra, Norbylund.
Radix annua. Herba pallidius virens quam praeceden- Folia omnia integra etiam summa et ultima flora- sera aestate prodeuntia, quae tantum basi dilatantur rarius dente obsoletiore solitario instruuntur. Calycis ntes modice acuminati, undique patentes. Corollae odeunt eodem tempore ac praecedentium, dimidio bre- ores quam proxime praecedentis (longitudine non mul- m latitudinem superante), totae saturate flavae; rictu iangulari aperto.

RHINANTHUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 997. Jussieu gen. p. 113. Gaertn. fruct. 1. p. 255. t. 54.

Calyx quadridentatus, inflatus reticulatusque. Corolla tubulosa; galea compressa, infra apicem dehiscentem bidentata; labio plano, trilobo. Capsula orbicularis, plana, bilocularis: valvis medio septiferis seminaque compresso-plana imbricata gerentibus.

403. RHINANTHUS *Crista galli:* corollae labio superiore breviore, calyce glabro.
Rh. Crista galli *Linn. svec. n.* 542. *Ehrh. beit.* 5. *p.* 20.
α. *major:* caule maculato, galeae dentibus pistilloque exserto violaceis; tubo incurvo. *Ehrh. herb. n.* 56. *beitr.* 6. *p.* 144. *Flor. Dan.* 6. *t.* 981.
β. *minor:* caule immaculato, galeae dentibus pistilloque incluso concoloribus; tubo recto. *Ehrh. herb. n.* 46. *Sv. Bot. t.* 348. *f.* 2. (sed maculae caul. ad praec.)
Hab. α. in agris et pratis siccioribus, β. in humidioribus ubique.

Radix annua. Caulis in α. saepe plus quam pedalis, in β. plerumque semipedalis tantum. Folia floralia grandius serrata: serraturis rigidis asperis subtus albo-maculatis. Flores axillares, sessiles, secundi, ante foeniseeium explicati, in β. paullo seriores. Calyces demum latitudine digiti, suborbiculares. Corolla in β. unicolor et saturatius flava; in α pallidior, dorso galeae hirsutulo, apice stigma exserente, sed infra illud lobulis binis conniventibus violaceis.

PEDICULARIS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1003. Jussieu gen. p. 113. Gaertn. fruct. 1. p. 246. t. 53.

Calyx quadri-vel inaequaliter quinquefidus: dente infimo minimo. Corolla tubulosa, aperta vel (*in Sceptro Carolino*) clausa: galea emarginata; labio trilobo. Capsula bilocularis, in medio valvularum septifera seminiferaque, oblique acuminata dehiscensque vel (*in Sceptro Carolino*) obtusa aequaliter dehiscens.

04. PEDICULARIS *palustris*: caule solitario ramoso, calycibus ovatis quadrifidis scabris capsula brevioribus, corollis labio obliquo.

P. palustris *Linn. svec. n.* 551. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 203. *Engl. Bot. t.* 399.

Hab. in pratis pascuisque uliginosis praesertim sylvaticis frequentissime.

Radix perennis. Caulis saepe sesquipedalis. Folia parsa (rarius subopposita) bipinnatifida incisaque; lainiis caule angustioribus. Calyx perpendiculariter biartitus (ideoque dente impari omnino carens): lobis utrisque quodammodo bifidis. Corollae ad foenisecium praeipue exstant, violaceo-purpurascentes.

05. PEDICULARIS *Sceptrum Carolinum*: scapo simplicissimo verticillatim spicato; floribus ternis clausis, calyce quinquefido.

P. Sceptrum Carolinum *Linn. svec. n.* 553. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 206. *Sv. Bot. t.* 505. *Flor. Dan. t.* 26. opt.

Hab. in loco uliginoso inter saxa Lassbyensia satis copiose, in palude Vitulfsbergensi parcius, pone Brunby Börjensium et in paludibus trans Jumkil frequentius.

Radix perennis, fibrosa. Folia omnia radicalia saepe spithamam longa, profunde pinnatifida: pinnis ovaibus duplicato-crenatis. Bracteae in medio caule saepe ernae, sub floribus integerrimae longitudine calycis. Corollae sub foenisecio prodeunt, cylindricae, ultra unciam longae, pallide flavae; apicibus tantum laciniarum uferiorum galeae applicatarum purpurascentibus.

ANTIRRHINUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1007. *Gaertn. fruct. 1. p.* 248. *t.* 53.

Calyx quinquepartitus. Corolla basi calcarata (vel in speciebus australioribus tantum gibba); galea bifida reflexa; labio trifido; palato infra faucem prominulo. Capsula bilocularis, non dehiscens sed in dorso valvularum superne irregulariter rumpens; dissepi-

mento e marginibus valvularum formato. — *Herbae foliis ut plurimum alternis.*

Ord. nat. 22. *Personatae, sectio Scrophularinae.*

406. ANTIRRHINUM *Linaria:* foliis lanceolato-linearibus confertis, caule erecto, spicis terminalibus sessilibus, floribus imbricatis: labiis compressis.

A. Linaria *Linn. svec. n.* 557. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 253. *Smith. fl. brit. compend.* 1816. *p.* 94. *Sv. Bot. t.* 196 *Flor. dan.* 6. *t.* 982.

Linaria vulgaris *Willden. enum. hort. berol. p.* 641.

β. labio inferiore multiplicato. Peloria *Linn. amoen. acad.* 1.

Hab. in ruderatis, hortis, agris frequenter.

Radix perennis. Caules congregati, virgati, vix pedo altiores, aeque ac tota herba glaberrimi glaucescentesque. Folia infima obtusiuscula, sed pleraque omnino linearia, acuta, sesquipollicaris longitudinis. Flores aestate conspiciuntur speciosi. Corolla quod ad maximam partem pallide flava, sed palatum fulvum cum villositate saturatius fulva commisuram optime claudente; labii inferioris laciniae laterales infra intermediam conniventes. Calcar pedicello multoties longius.

β. Peloria apud nos oritur multiplicatione labii inferioris ita, ut ad latera calcaris primarii imminuti oriantur plura calcaria minora cum palatis totidem, intra quae includuntur reliquiae labii superioris demum in centro floris monstrosi positae.

407. ANTIRRHINUM *minus:* foliis lineari-lanceolatis obtusis sparsis glanduloso-pilosis, caule ramoso, pedunculis axillaribus calcari rectiusculo multoties longioribus.

A. minus *Linn. svec. n.* 558. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p* 251. *Flor. Dan. t.* 502.

Linaria minor *Willden. enum. hort berol. p.* 641.

Hab. in ruderatis et muris urbis ubique copiose, unde etiam per agros late dispersum est.

Radix annua, tenuis. Herba tota tenera, glanduloso-pubescens, plerumque digitum solummodo alta. Flores solitarii per maximam partem aestatis obvii. Corol-

ex minutioribus, dorso et ventre dilute violaceis, labis albescentibus. Faux non omnino clausa. Labium perius planum: inferius laciniis patentibus.

SCROPHULARIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1014. Jussieu gen. p. 133. Gaertn. fruct. 1. p. 249. t. 53.

alyx quinquefidus, obtusus. Corolla subglobosa; labio superiore bilobo majore intus aucto squamula e stamine quinto orta, accedentibus laciniis lateralibus; labio inferiore reflexo. Capsula bipartibili; marginibus valvularum inflexis dissepimenta formantibus. — *Herbae foliis oppositis, caule tetragono.*
Ord. nat. 22. *Personatae, sectio Scrophularinae.*

58. SCROPHULARIA *nodosa*: caule rectangulo glabro, foliis cordato-triangularibus duplicato-serratis glabris, paniculis terminalibus.
S. nodosa *Linn. svec. n.* 560. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 270. *Sv. Bot. t.* 515. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1167.
Hab. in lucis amoenioribus et hortis, ad saepes, rupes aliaque loca bene occultata passim.

Radix perennis, tuberosa granulataque. Caulis tripedalis et ultra, exquisite quadrangulus, glaberrimus praeter levem pubescentiam ad articulationes. Petioli inferne canaliculati, superne eximie compressi, aliquantum ciliati. Paniculae rami trichotomi, subcymosi. Flores post solstitium aperti aeque ac tota planta odorem foetidum spargunt. Corollae laciniae inferiores aliquantum rubicundae; galea autem profunde lurida vel atrofusca.

LIMOSELLA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1039. Jussieu gen. p. 108. Gaertn. fruct. 1. p. 228. t. 50.

Calyx quinquefidus, persistens. Corolla campanulata, quinquefida, aequalis. Capsula bivalvis, basi bilocularis: dissepimento demum superne deficiente. Semina numerosa. — *Herbulae acaules, foliis fasciculatis angustis — Ord. nat. inter praecedentes Scrophularinas et Rotaceas ambiguae.*

409. LIMOSELLA *aquatica:* foliis lanceolatis obtusis, pedunculis folio brevioribus.

L. aquatica *Linn. svec. n.* 563. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 341. *Flor. Dan t.* 69.

Hab. in inundatis viis prati Kungsängen circa pontem copiose, ad Ekebysjö Läbyensium alibique.

Radix primaria vix perennare videtur, sed propagatur sarmentis apice radicantibus et fasciculatim foliiferis. Petioli tota reliqua planta longiores, uncialis longitudinis. Flores pusilli vix semine Carvi majores, circa solstitium aperti. Corollula alba, maculis nonnullis rubicundis praedita, intus pilosula: staminibus per paria approximatis, sed fere aequalis longitudinis.

LINNAEA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1037. Jussieu gen. p. 234. Wahlenb. lapp. p. 170. t. 9. f. 3.

Calyculus tetraphyllus inferus. Calyx quinquepartitus superus. Corolla campanulata, subaequalis, quinquefida. Bacca sicca, primum trilocularis, demum monosperma obliqua. Semen axipendulum. — *Planta repens sempervirens oppositifolia.*

Ord. nat. 18. *Dumosae, sectio Caprifoliaceae.*

410. LINNAEA *borealis. Linn. svec. n.* 562. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 340. *Sv. Bot. t.* 1. *Flor. Dan. t.* 3.

Hab. in sylvis acifoliis densissimis elevatioribus raro, ut in sylvae Hesselbyensis orientali parte ad Belberget parcius, trans Lingonbacka copiosius.

Fruticulus sarmentosus filiformis repens pedum plurium longitudine. Folia ungve digiti minimi fere duplo minora, subrotunda, parcius crenata. Rami floriferi tantum eriguntur, duobus vel tribus paribus foliorum instructi, terminati pedunculo florum vix digitum longo setaceo rubicundo. Pedunculus hic superne bracteis binis instruitur et dividitur in pedicellos duos longitudine floris, apice instructos calyculo, germine et calyce minutis. Corolla nutans, turbinata, extus alba, intus pilosa et venis sanguineis picta, post solstitium praecipue noctu maxime svaveolens.

CLASSIS XV.

TETRADYNAMIA

CONSPECTUS.

Haec sola in toto systemate sexuali omnino natu-
*ıli*s *classis unico Ordine naturali* SILIQUOSARUM
ɔnstituta, quae cognoscitur foliis alternis, calyce tetra-
hyllo et corolla tetrapetala infra siliquam bilocularem,
ɔmmode magis quam certa methodo dividitur in or-
ınes artificiales Siliculosarum et Siliquosarum. Lon-
itudo enim Siliquae in nonnullis generibus omnino na-
ıralibus adeo variat, ut aliae species Siliculosae aliae
ili quosae appareant. Itaque Linnaeus statuit, non so-
ım longitudinem siliquae considerandam esse in his
rdinibus distingvendis, sed alias quoque notas in
onsilium vocandas esse. Maxime essentialis pars con-
istere videtur in dissepimento vel potius in receptaculis
ili formibus dissepimentum ambientibus; cum igitur
oc dissepimentum in rostrum longum plus minus la-
um ante siliquam ipsam procedit, tunc planta ad Si-
iquosas refertur etiamsi semina nonnisi pauca in lo-
ulamentis brevibus sint, praecipue cum conceptacu-
um totum decidit et inconsvetam substantiam habet ex.
rr. osseam semenque unum magnum ut apud Buniadem.
Ulterius observandum siliquam in nonnullis Sili-
ıvosis strictissime sic dictis ob locum aquosum in sub-
otundam formam contrahi, quae tunc nihilominus
ximie polysperma manet ex. gr. in Sisymbrio amphi-
ıio. Nec minus difficile est genera in singulo ordine
ırtificiali rite distingvere. In Siliculosis *genera secun-*
lum numerum seminum cum recentissimis reformare
ıalde dubitavimus. Restat itaque subdivisio secundum
ıitum dissepimenti, quod valvis parallelum est in My-
ıgro, Draba, Cochlearia; *contrarium in ceteris gene-*
ıibus. In Siliquosis *siliqua valde plana et valvulas*
revolvens est in Dentaria *et* Cardamine, *convexa vel*
ıngulata in ceteris, rostro eximio munita in ultimis tri-
bus generibus.

1. ORD. SILICULOSAE

MYAGRUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1069. Jussieu gen. p. 267. Decand. fl. fr. 5 p. 717.

Calycis foliola subpatentia, subcolorata. Petala obtusa. Silicula stylo demum bipartibili terminata, subovalis, convexa: dissepimento valvis concavis parallelo; loculamentis polyspermis.

411. MYAGRUM *sativum*: siliculis obovatis inflatis, foliis amplexicauli-sagittatis lanceolatis integerrimis pilosiusculis.

M. sativum *Linn. svec. n.* 564. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 408. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1058

Alyssum sativum *Willden. enum. hort. berol. p.* 670. *Sv. Bot. t.* 339.

Hab. inter segetes fere omnes nunc temporis vulgatissime.

Radix annua. Caulis erectus, sesquipedalis, undique foliosus. Folia radicalia petiolata, lyrato-sinuata; caulina inferiora obsoletius dentata. Inflorescentia ramosa, quodammodo paniculata. Calyx virescens. Petala albescentia vel praecipue exsiccatione aliquantum lutescentia, mense florescentiae optime explicata. Siliculae magnitudine pisi, insigniter marginatae.

DRABA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1076. Jussieu gen. p. 266. Gaertn. fruct. 2. p. 284. t. 141.

Calyx erectus. Petala emarginata divisaque. Silicula stigmate fere sessili indivisibili terminata, oblongata, polysperma: valvulis planiusculis dissepimento parallelis.

412. DRABA *verna*: foliis radicalibus oblongis acutiusculis subdentatis hirtellis, scapo nudo, petalis bipartitis, stigmate sessili.

D. verna *Linn. svec. n.* 567. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 426. *Sv. Bot. t.* 298. *Flor. Dan.* 6. *t.* 985.

Hab. in exaridis apricis sterilissimis ubique frequenter. Radix per annum vix durans, primo vere producens apos subdigitales omnino ebracteatos. Flores parvuli, bi, initio mensis germinationis erumpentes. Pedicelli iferiores ipsis siliculis saepe quadruplo longiores. Siculae oblongae, erectiusculae, saturate virides, opacae.

13. DRABA *muralis:* foliis amplexicaulibus cordatis dentatis, siliculis pedunculatis patentibus complanatis nitidis.

D. muralis *Linn. svec. n.* 569. *α. spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 429. *mant. p.* 424. *Ehrh. beitr.* 7. *p.* 153. *Columnae ecphr.* 1. *p.* 274. *t.* 272.

Hab. in rupibus siccis meridiei maxime obversis monticuli Norbylund parcius et montium Godtsundensium copiosius, ut etiam juxta Skokloster et in insulis lacus Mäleri ex. gr. Fläskjan ad Krusenberg.

Radix annua, fibrosa. Folia omnia tenuia, pilosa, entata. Caulis ad radicem ramos saepe exserit. Flores mnium minimi, pediculo vix majores, petalis extra alycem vix eminentibus, et staminibus plerumque quauor tantum. Siliculae in pedicellis aequalibus silicula psa vix longioribus, fere horizontales, insigniter pallile virentes et nitidulae. Mense frondescentiae floret et nte finem mensis florescentiae semina dejicit. Planta ota cum corymbo suo longo fructifero saepe altitudinem plus quam pedalem attingit, sed eximie gracilis ermanet.

14. DRABA *incana:* foliis caulinis ovatis dentatis incanis, siliculis suberectis obliquis lanceolato-ellipticis stellulato-pubescentibus pedicello longioribus.

D. incana *Linn. svec. n.* 568. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 430. *n.* 15 *α.* (*Flor. Dan. t.* 150. potius var. contorta).

D. confusa *Ehrh. beitr.* 7. *p.* 155.

Hab. in exaridis durisque locis praecipue graminosis passim.

Radix evidentius biennis. Caulis inde a basi insigniter ramosus, demum circiter spithamam altus, stri-

ctus rigidulusque. Folia quoque crassiuscula. Inflorescentia mense frondescentiae prodit; petalis albis. Siliculae sub pubescentia canescente obscurius coloratae, margine crassiusculae. Planta tota brevior et contractior quam altera varietas contorta dicta.

COCHLEARIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1079. (except. Coronopo).

Calycis foliola concava. Silicula stylo brevi instructa, subglobosa, rugosa, polysperma: valvulis gibbis obtusis dissepimento subparallelis.

415. COCHLEARIA *Armoracia*: foliis radicalibus lanceolatis crenatis; caulinis incisis. *Linn. svec. n.* 580. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 451. *Sv. Bot. t.* 242.

Hab. ad fluvium Upsaliensem in prato Kungsängen nunc temporis copiose.

Radix perennis, longissima, alba. Caules plus quam bipedales. Folia radicalia saepe pedalia; caulina praecipue ad ramificationes pinnatifida, alias saepe indivisa. Flores prodeunt ante foenisecium, toti cum calyce albidi insignniores. Siliculae magnitudine et figura seminum cannabis.

CORONOPUS

Smith. fl. brit. 2. p. 690. Gaertn. fruct. 2. p. 293. t. 142.

Petala calyce minora. Silicula reniformis: loculamentis dissepimento contrariis, corrugatis, monospermis, evalvibus nunquam dehiscentibus nec semen emittentibus. — *Herbae prostratae, foliis pinnatifidis.*

416. CORONOPUS *depressa*: siliculis apice integris stylum exserentibus cristato-muricatis.

C. depressa *Moench. meth.* 220.

C. Ruellii *Gaertn. fruct.* 2. *p.* 293. *t.* 142. *Smith. brit.* 2. *p* 690.

Cochlearia Coronopus *Linn. svec. n.* 579. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 450. *herbat. upsal. in am. ac.* 3. *p.* 444. *Flor. Dan. t.* 202.

Hab. in ruderatis pingvioribus rarius.

Radix annua. Caules ramosi, omnino depressi, ver-

is apicem gerentes corymbos minimos vix nonnullarum linearum longitudinis, petalis omnium minimis albis. Postea fructus maturescens in terram omnino deprimitur, ubi semina mutarat germinatque sine omni dehiscentia. Serotina planta versus autumnum diligenter quaerenda.

LEPIDIUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1077. Jussieu gen. p. 267. Gaertn. fruct. 2. p. 281. t. 141.

Calyx patulus. Silicula subemarginata, elliptica: dissepimento lanceolato, valvulis navicularibus carinatis contrario; seminibus subsolitariis. — *Herbae teneriores acres vel olentes, siliculis parvis*

17. LEPIDIUM *ruderale:* floribus subtetrandris subapetalis, foliis inferioribus pinnatifidis dentatis; superioribus linearibus integerrimis. *Linn. svec. n.* 572. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 440. *Sv. Bot. t.* 521. *Flor. Dan. t.* 184.

Hab. in ruderatis et glareosis circa arcem Upsaliensem copiosissime.

Radix subbiennis. Planta plerumque semipedalis tantum altitudinis, valde graveolens. Caulis insigniter ramosus et divaricatus. Flores exigui marginibus calycis aliquantum albescentes, initio aestatis maxime explicati. Siliculae suborbiculatae, minimae nostrarum tpote una linea minores.

THLASPI

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1078. Jussieu gen. p. 266. Gaertn. fruct. 2. p. 280. t. 141.

Petala obovata. Silicula compressa, dilatata, emarginata: dissepimento lanceolato, contrario valvulis navicularibus carina alata praeditis; loculamentis polyspermis (monospermis *in Th. campestri*). — *Herbae majores magis oleraceae.*

18. THLASPI *arvense:* siliculis orbiculatis, foliis oblongis dentatis glabris. *Linn. svec. n.* 574. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 442. *Sv. Bot. t.* 214. *Flor. Dan. t.* 793.

Hab. in agris, arvis, cultis ubique nimium frequenter.

Radix annua. Herba tota glabra, pallidius virens, pedalis et ultra, odore suballiaceo. Folia basi sagittata subamplectentia. Flores ante messem expansi. Petala alba majuscula. Silicula omnium nostrarum maxima digitum minorem lata, seminibus circiter decem repleta; marginibus latitudine ipsorum loculamentorum, stylum multoties excedentibus.

419. THLASPI *campestre*: siliculis subrotundis concavis monospermis, foliis sagittatis dentatis canescentibus.

Th. campestre *Linn. svec. n.* 575. *spec. pl. ed. Willden.* 3. p. 444. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1221.

Lepidium campestre *Smith. fl. brit. comp.* 1816. *p.* 98.

Hab. in locis argillosis campestribus ad vias agrorumque margines frequentissime.

Radix annua. Folia radicalia lyrato-incisa; caulina creberrima, subimbricata. Caulis circiter pedalis, simplicissimus, sed apice divisus in corymbos circiter decem aequalis altitudinis patentes. Flores incipiunt explicari ad solstitium, minuti. Petala alba calyce parum majora. Siliculae superne praecipue marginatae, stylum exserentes, semine lentis vix majores. Fructificatio interior omnino ad Lepidia accedit.

420. THLASPI *Bursa pastoris*: siliculis obcordato-triangularibus, foliis pilosis; radicalibus subpinnatifidis.

Th. Bursa pastoris *Linn. svec. n.* 576. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 447. *Sv. Bot. t.* 273. *Flor. Dan. t.* 729.

β. foliis subintegris.

Hab. ubique vulgatissime in cultis, agris, arvis, ruderatis etc.

Radix annua. Herba sparsius hirsuto-scabra, multo tenerior quam praecedentium. Caulis ubique ramosus. Flores minores fere tota aestate reperiuntur; petalis albis. Siliculae seminibus parvis circiter duodecim repletae; dissepimento angusto, sublineari.

2. ORD. SILIQUOSAE

DENTARIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1087. Jussieu gen. p. 265.

alyx oblongus connivens. Stigma emarginatum. Siliqua elastice dissiliens valvulis a basi ad apicem sese revolventibus, dissepimento brevioribus. — *Herbae majores, radice tuberculis dentata, floribus insignibus.*

1. DENTARIA *bulbifera*: foliis inferioribus pinnatis; summis simplicibus bulbiferis. *Linn. svec. n.* 584. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 479. *Sv. Bot. t.* 556. *Flor. Dan. t.* 361.

Hab. ad radices rupium Godtsundensium locis occultissimis parcius.

Radix perennis, repens, crassitie calami: dentibus carnosis gemmiferis. Folia radicalia prope caulem nulla. aulis sesquipedalis, simplicissimus, basi nudus. Folia ulina ad medium caulis plerumque bijuga cum impa-: foliolis inferne serratis. Bulbilli a gemmis facti, a-opurpurei, magnitudine pisorum in singulis axillis. orymbus pauciflorus, mense florescentiae explicans etala magna dilute rubentia. Siliquae fere semper ab-tientes.

CARDAMINE

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1088. Jussieu gen. p. 265. Gaertn. fruct. 2. p. 294. t. 143.

alyx subpatens, gibbus, parvus. Siliqua compressa, elastice dissiliens valvulis a basi ad apicem sese revolventibus, longitudine dissepimenti. — *Herbae teneriores, floribus albis interdum apetalis et tetrandris.*

2. CARDAMINE *amara*: foliis pinnatis: foliolis omnibus subrotundis dentato-angulatis, caule basi stolonifero.

C. amara *Linn. svec. n.* 586. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 488. *Engl. Bot.* 14. *t.* 1000.

Hab. ad rivulos aquasque magis sylvestres rarius ex. gr. juxta Håga.

Radix perennis, repens, dentata. Caules basi decumbentes et saepe radicantes, ceterum laxi. Folia valde tenuia et reticulata: foliolis plerumque quinis magnitudine ungvis digiti minimi; summis interdum angustioribus pilosiusculis. Flores foliolis superioribus non majores, albi, initio aestatis explicati.

423. CARDAMINE *pratensis*: foliis pinnatis: foliolis radicalibus subrotundis; caulinis lanceolatis. *Linn. svec. n.* 585. *spec. pl. ed. Wilden.* 5. *p.* 487. *Sow. Bot. t.* 350. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1039.

Hab. in pratis et pascuis subhumidis ubique frequenter.

Radix perennis, brevis, subdentata. Caulis inde a basi erectus, pedalis. Folia radicalia foliolis numerosioribus quam in praecedente ultra decem, duplo minoribus, crassiusculis non reticulatis; caulina foliolis ipso caule angustioribus, canaliculatis. Flores omnibus foliolis majores, mense frondescentiae nitentes colore dilute subviolaceo.

424. CARDAMINE *impatiens*; foliis pinnatis: foliolis lanceolatis: auriculis amplexicaulibus reflexis ciliatis, floribus apetalis.

C. impatiens *Linn. svec. n.* 588. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 485. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1359.

Hab. in rimis occultis rupium Godtsundensium parcius, nec omni aestate legenda, sed in insula lacus Mäleri Fläskjan ad Krusenberg copiosius.

Radix annua descendens. Herba tenera, vix dodrantalis longitudinis. Folia infima rubicunda petiolata, auriculis parum amplectentibus; superiora, quorum pinnae fere ad insertionem in caule descendunt, auriculis quoque vel stipulis caulem amplectunt. Foliola omnia incisa. Flores mense florescentiae aperiuntur, minuti; calyce subcolorato; petalis omnino nullis; staminibus calyce longioribus. Siliquae uncialis longitudinis et pedicello suo saltem triplo longiores.

SISYMBRIUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1089. *Jussieu gen. p.* 264.

Calyx patens subcoloratus. Siliqua teres vel convexa

erumque declinata incurvataque vel filiformis: valvulis rectis (non elastice sese revolventibus), dissemento paullo brevioribus. -- *Herbae foliis ut plurimum plus minus pinnatis, floribus minutis.*

SISYMBRIUM *amphibium*: siliquis declinatis subglobosis rostratisque, petalis calyce majoribus, foliis summis sessilibus exauriculatis incisis; inferioribus submersis pectinatis, emersis lyratis.

S. amphibium *Linn. suec. n.* 593. *α. spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 491. *n.* 4. *β.*

S. amphibium aquaticum *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 22.

Hab. in ripis argillosis fluvii Upsaliensis infra Pålåen frequenter, unde dispergitur per ripas Mäleri passim usque ad lateritiam Vårdsätrensem et ulterius versus Näs.

Radix perennans initio aestatis emittens caules maxima parte submersos foliis tenuiter pectinatis (fere ut in Hottonia) praeditos, superiore sua parte emersos inflatos saepe ultra digitum minorem crassos itaque foliis tantum solum egredientibus instructos. Seriore autem aestate in locis aqua denudatis serpit caulis et folia fere Raphani edit magna lyrata. Flores successive exoriuntur media aestate, conspicui, toti vivide flavi. Siliquae brevissimae in toto ordine artificiali ut si Myagrum essent, stylo suo vix longiores, pedicello triplo breviores.

SISYMBRIUM *anceps*: siliquis declinatis oblongis utrinque acuminatis ancipitibus, petalis calyce majoribus, caulibus repentibus, foliis pinnatifidis: auriculis amplexicaulibus glaberrimis.

S. amphibium *γ* terrestre *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 22. *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 917. *Flor. Dan.* 6. *t.* 984. non optim. (foliis indivisis fere praecedentis).

Hab. in iisdem locis ac praecedens, sed semper in ripis ipsis supra aquam elevatis et magis arenosis frequenter.

Radix perennis caulibus pluribus procumbentibus pas-

simque radicantibus, angustis solidisque nec ullo modo inflatis. Herba tota nitida glaberrima. Flores prodeunt sub maxima parte aestatis, fere toti vivide flavi conspicui petalis majusculis ut in praecedente. Siliquae autem compressae stylo suo duplo saltem longiores, et pedicello duplo tantum breviores: seminibus circiter 20.

427. SISYMBRIUM *palustre*: siliquis declinatis oblongis utrinque turgidis obtusisque, petalis calyce minoribus, caule erecto, foliis omnibus pinnatifidis: auriculis amplexicaulibus ciliatis.

S. palustre *Linn. herbat. upsal. in am. ac.* 3 *p.* 437. *svec ed.* 1. *n.* 551. *spl. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 490.

S. amphibium *β.* palustre *Linn. svec. n.* 595. *Flor. Dan.* 6. *t.* 931 *Ehrh upsal. in beitr.* 5. *p.* 21.

S. terrestre *Smith brit.* 2. *p.* 701.

S. islandicum ? *Flor. Dan. t.* 409.

Hab. in locis paludosis aquosisque denudatis, inter agros et prata, ad vias, longe a fluviis majoribus dispersum frequenter.

Radix annua, caulem solitarium vix pedalem edens. Herba tota opaca subciliata. Folia radicalia profunde pinnatifida, interjectis lobis multoties minoribus. Flores explicantur per partem posteriorem aestatis, inconspicui ob calycem virescentem, et petala minuta pallide lutescentia. Siliquae pedicellis suis longiores, cylindraceae, stylo brevissimo terminatae; seminibus 40.

428. SISYMBRIUM *Sophia*: siliquis subincurvis filiformibus, petalis calyce minoribus, foliis decomposito-pinnatis: pinnulis angustia petioli.

S. Sophia *Linn. svec. n.* 595. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 500. *Sv. Bot. t.* 203. *Flor. Dan. t.* 528.

Hab in ruderatis, tectis, fimetariis vulgatissime.

Radix annua. Caulis bipedalis et ultra, ramosus. Flores minuti, flaveoli, media aestate aperti. Siliquae pedicellis suis triplo guadruplove longiores.

429. SISYMBRIUM *Irio*: siliquis rectiusculis filiformibus, petalis calyce longioribus lanceolatis, caule laevi, foliis pinnatifido-hastatis dentatis.

S. Irio *Linn. svec. n.* 596. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 503. *herbat. upsal. in Amoen. ac.* 3. *p.* 439. *Jacqu. austr. t.* 322.
ab. inter olera extra Svartbäcken rarius.
adix annua. Caulis sesquipedalis, erectus, superne osus. Folia inferiora hastata, superiora magis runto-pinnatifida. Flores exigui flaveoli, seriore ae- explicati. Siliquae patentes, duas tresve uncias ae vel pedicellis suis sextuplo longiores.

ERYSIMUM

nn. gen. ed. Schreb. n. 1090. *Jussieu gen. p.* 264. *Gaertn. fruct.* 2. *p.* 297. *t.* 143.

yx clausus. Glandula nectarifera intra filamenta lre- ia. Stigma capitatum. Siliqua vel columnaris estri- taque, vel tetragona: dissepimento valvulis naviculabus contrario. — *Herbae foliis simplicioribus; floibus majoribus.*

. ERYSIMUM *officinale*: siliquis teretiusculis spicae adpressis, foliis lyrato-runcinatis. *Linn. svec. n.* 598. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 509. *Sv. Bot. t.* 158. *Flor. Dan. t.* 560.
Sisymbrium officinale *Decand. fl. franc. n.* 4172.
lab. in ruderatis et ejectamentis frequenter.
ladix annua. Herba praecipue superne pilosiuscula, enter ramosa, bipedalis altitudinis. Flores parvi, ini, aestate seriore explicati. Corymbi demum exluntur in longitudinem spithamaeam et ultra, angusimi, spicaeformes: siliquis totis subulatis.

. ERYSIMUM *Alliaria*: foliis cordatis grande dentatis, siliquis patulis cylindraceis.
E. Alliaria *Linn. svec. n.* 600. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 510. *Sv. Bot. t.* 208 *Flor. Dan.* 6. *t.* 955.
Hesperis Alliaria *Decand. fl. franc.* 5. *n.* 4125.
lab. ad saepes hortorum alibique in terra atra denudata umbrosa ubique frequenter.
ladix biennis. Herba laevissima, nitida, odore al. altitudine interdum tripedalis. Folia non raro pal.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Folia in vegetiori planta omnino viridia, inferne luca. Flores lutei, vernales, magnitudine ut in sente. Siliquae inferiores plus quam biuncialis longinis.

. ERYSIMUM *cheiranthoides*: foliis lanceolatis subdentatis stellato-pubescentibus; siliquis patulis pedicello duplo longioribus.

E. cheiranthoides *Linn. svec. n.* 661. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 511. *Jacqu. austr. t.* 25. *Flor. Dan. t.* 229. *et* 925.

Iab. in arvis et agris ubique.

Iadix annua, attenuata. Caulis circiter sesquipedalis, erne ramosus, ubique foliosus. Flores lutei initio latis praecipue aperti. Siliquae circiter uncialis longdinis, omnes fere aequales.

ARABIS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1094. *Jussieu gen. p.* 264.

yx clausus: foliolis duobus majoribus basi gibbis. Glandulae nectariferae quatuor, squamaeformes, reflexae. iliqua compressa, linearis, torulosa; stigmate simlici. — *Herbae foliis utplurimum indivisis, florius albis.*

. ARABIS *thaliana*: foliis radicalibus oblongis petiolatis; caulinis lanceolatis sessilibus, caule erecto basi hirto, petalis calyce duplum longioribus, siliquis adscendentibus.

A. thaliana. *Linn. svec. n.* 605. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 555. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1106. bona.

Iab. in glareosis aridis collibus et campis frequenter. Iadix annua. Folia radicalia numerosa expansa, umque dentata tantum, sed interdum etiam incisa. ilis nudiusculus vix uno alterove folio minore infra ificationes praeditus, inferne insigniter divergenter-hirtus, colore glaucescens vel subcaesius. Flores vi, albi, mense frondescentiae explicati. Siliquae ulares, in exemplaribus minoribus pedicello vix longes.

TURRITIS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1095. Jussieu. gen. p. 264. Gaertn. fruc. 2. p. 297. t. 143.

Calyx connivens. Siliqua longissima, stricta, subtetragona, stigmate bicolli coronata; valvulis subcarinatis dissepimento parallelis. — *Herbae spica strictissima alba.*

436. TURRITIS *glabra*: foliis radicalibus dentatis hispidis, caulinis amplexicaulibus integerrimis glabris. *Linn. svec. n.* 606. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 543. *Sv. Bot. t.* 599. *Flor. Dan. t.* 809.

Hab. in locis exaridis saxosis apricis collinis ad agros et pratorum saepes frequenter.

Radix subbiennis. Folia radicalia interdum sublyrata. Caulis bipedalis et ultra, simplicissimus virgatus, foliis crebris fere imbricatis adpressis tectus, glaucus cum tota herba. Corymbus plerumque solitarius, demum ultra spithamam longus, mense florescentiae praecipue florens petalis albis. Siliquae plerumque biunciales, planiusculae, rachide duplo latiores.

437. TURRITIS *hirsuta*: caule simpliciter patenterque hirsuto, foliis radicalibus oblongo-spathulatis integerrimis; caulinis oblongis amplexicaulibus medio serratis furcato-hirtis, siliquis subtetragonis.

T. hirsuta *Linn. svec. n.* 607. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 543. *Jacqu. ic. rar. t.* 126. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1040. var.

Hab. in pascuis siccis nemorosis lapidosisque passim.

Radix perennis, sublignosa. Caules circiter pedales; foliis numerosis. Flores albi, vernales. Siliquae inferiores sesquiunciam longae, sed rachide angustiores.

BRASSICA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1096. Jussieu gen. p. 264. Gaertn. fruc. 2. p. 295. t. 143.

Calyx connivens, basi gibbus. Glandulae nectariferae duae inter stamina breviora et pistillum alaeque duae inter longiora et calycem. Siliqua turgida u-

inque gibba: dissepimento valvis contrario, in ro-
:um subulatum prominente. Semina globosa. —
erbae majores oleraceae.

BRASSICA *campestris:* radice cauleque tenui, fo-
liis caulinis omnibus cordatis sessilibus acuminatis,
siliquis teretibus.

B. campestris *Linn. svec. n.* 608. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 546. *Flor. Dan. t.* 550

ıb. inter segetes a parte orientali urbis non raro.

dix annua. Herba tota insigniter glaucescens, gla-
duos tresve pedes alta. Flores lutei, insigniores,
ılstitium praecipue aperti. Siliquae reticulato-ve-
:, crassitie pennae gallinaceae.

SINAPIS

ı. gen. ed. Schreb. n. 1097. Jussieu gen. p. 264. Gaertn. fruct. 2. p. 299. t. 143.

ı patentissimus. Glandulae nectariferae duae inter
mina breviora et pistillum aliaeque duae inter lon-
ra et calycem. Siliqua inferne torosa, scabra; dis-
ımento supra valvulas prominente, compresso. Se-
ıa globosa.

SINAPIS *arvensis:* siliquis multangulis torulosis
ostro ancipiti longioribus, foliis ovatis basi sub-
yratis.

. arvensis *Linn. svec. n.* 610. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 554. *Flor. Dan. t.* 678.

ı. in arvis et agris praecipue hordaceis ubique fre-
uenter.

lix annua. Herba tota scabra; caulis autem pro-
licem hispidus, circiter bipedalis. Folia plera-
ıetiolata ovata; inferiora sublyrata. Flores lutei
iores, aestate priore provenientes. Siliquae sub-
ıulae, crassitie pennae gallinaceae, uncialis longi-
ı excepto rostro.

BUNIAS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1070. Jussieu. gen. p. 267. Gaertn. fruct. 2. p. 289. t. 142.

: patens. Siliqua irregularis, drupacea, non dehi-

scens: putamine osseo bi-quadriloculari; seminibus solitariis magnis.

440. BUNIAS *orientalis*: siliquis dispermis ovatis obliquis verrucosis, foliis inferioribus lyrato-runcinatis; summis lanceolatis.

B. orientalis *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 412. *Gmel. sib.* 3. *p.* 256. *n.* 16. *t.* 57.

Hab in arvis et agris nunc temporis tam copiose, ut exstirpari nequeat.

Radix perennis, valida. Herba magna saltem tripedalis, cinerascens et scabriuscula pubescentia tenui. Folia radicalia interdum fere pedalia, insigniter lyrata. Caulis superne magna panicula corymborum terminatur. Flores lutei aestate priore frequentissimi. Siliquae magnitudine pisi minoris, loculis binis oblique supra se invicem positis praeditae, itaque rostello conico semper oblique verso.

CLASSIS XVI.

MONADELPHIA

CONSPECTUS.

Naturalis fere apud nos est haec Classis utpote tota constituta Columniferis et iisdem valde affinibus Geraniis. Dividitur facillime in Decandra vel Pentandra Monogynaque Gerania, *et in Polyandra Polygynaque genera* COLUMNIFERA *quorum tantum duo scil.* Malvam *et* Lavateram *habemus.*

Characteri hujus classis quoque conveniunt Oxalis, Linum, Lysimachia vulgaris, Diadelphae plures praecipue Polygala, omnia aliis locis quaerenda.

1. ORD. DECANDRIA

GERANIUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1118. *Jussieu gen. p.* 298. *Gaertn. fruct.* 1. *p.* 383. *t.* 79.

Calyx pentaphyllus. Corolla pentapetala, aequalis; pe-

:alis basi glandula interstinctis. Filamenta decem: alternis brevioribus interdum (*scil. in ult. specc.*) sterilibus. Arilli quinque monospermi circa receptaculum rostratum positi, a basi sese solventes et ope caudae sese revolventes introrsumque dehiscentes subglobosi — vel (*in Erodio*) spiraliter se contorquentes nunquam dehiscentes obconici. — *Herbae foliis saepius oppositis, pedunculis uni- vel bifloris in plerisque, sed multifloris in Erodio. Ord. nat. inter* 32. *Gruinales et* 33 *Columniferas ambigitur.*

1. GERANIUM *sangvineum*: pedunculis unifloris; caule hirto, foliis orbiculatis septempartitis trifidis, calycibus aristatis, petalis emarginatis.
G. sangvineum *Linn. svec. n.* 616. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 697. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1107. opt.
Hab. in lucis et dumetis siccioribus rupestribus et lapidosis frequenter.
Radix perennis, lignosa. Herba tota praecipue ad autumnum plerumque sangvineo-rubet, unde nomen. Foliorum laciniae undique radiantes, sublineares. Pedunculi florum foliis pluries longiores, in medio bracteati. Corolla pollice latior sub solstitio eximie nitet flore purpureo.

2. GERANIUM *pratense*: pedunculis bifloris erectis; calycibus aristatis demum nutantibus, corollis rotundatis rotatis, foliis subpeltatis quinquepartitis pinnato-laciniatis acutis integerrimis rugosis; superioribus sessilibus.
G. pratense *Linn. svec. n.* 618. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 705. *Flor. Dan. t.* 124. (G. sylvaticum).
Hab. in pratis campestribus apricis siccis passim, ut in parte superiori prati Kungsängen, ad Husbybäck, ad Norby, Godtsunda.
Radix perennis, crassa. Herba ad radicem et stipus sangvinea, crassiuscula. Folia radicalia fere ad basin partita. Pedunculi communes e dichotomia caulis longi; sed pedicelli singuli floris bracteis breviores. Flores post solstitium explicantur, basi fere plani, caeru-

lei. Filamenta alterna basi valde dilatata, calyce breviora. Fructus undique pilosus.

443. GERANIUM *sylvaticum:* pedunculis bifloris calycibusque erectis aristatis. corollis emarginatis campanulatis, foliis subpeltatis multifidis inciso-serratis; superioribus sessilibus.

G. sylvaticum *Linn. svec. n.* 617. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 703. *Engl. Bot. t.* 121.

Hab. in sylvis, sed praecipue in pratis sylvestribus lucisque laetioribus ubique frequentissime.

Radix perennis, minus crassa. Herba ad radicem et stipulas parum fuscescens fere tota laete viridis, satis gracilis. Pedunculi communes fere paniculatim collecti breviores, sed pedicelli singuli bractea vix colorata longiores. Flores sub solstitio aperiuntur, dilutius violacei, minores; petalis multo angustioribus, et basi magis conniventibus: Filamenta calyce longiora, basi vix dilatata, subaequalia. Fructus breviter pilosus.

444. GERANIUM *bohemicum:* pedunculis bifloris divergentibus, calycibus erectis aristatis petala emarginata patentia subaequantibus, filamentis arillisque hirsutis, foliis quinquefidis dentatis omnibus petiolatis.

G. bohemicum *Linn spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 708. *mant. p.* 434. *Dillen. elth.* 159. *t.* 133. *f.* 16c. bona sine rad.

Hab. in sylvis maximis locis exustis raro, nec apud nos lectum nisi in regione Jumkilensi inter Studenthvilan et Lingonbacka.

Radix omnino annua, filiformis, descendens. Caulis inferne radice vel triplo crassior, succosus, ad exitum petiolorum insigniter intumescens pennaque anserina crassior ibique rubescens, inter pilos longiores nudos glanduloso-pubescens, superne attenuatus; ramulis divaricatis. Petioli saltem inferiores palmam longi, divaricati. Folia fere dimidiata vel lobis deorsum ad petiolos tendentibus destituta (ut in G. palustri). Pedunculi solitarii ex ipso caule egredientes, demum divergentes: pedicellis propriis calyce multum longiori-

Calyx florens minor quam in praecedentibus, sed escente fructu digito minore latior evadit valdeque ns. Petala prodeunt post solstitium, lilacini fere ris obscurioris, nervis saturatioribus inscripta, valetusa. Filamenta praecipue latiora valde hirsuta. mata fere sessilia. Fructus duplo major quam praentium intra calycem latum; arillis longe pilosis; ribus plerumque ab apice rostri se revolventibus.

GERANIUM *lucidum*: pedunculis bifloris, calycibus dilatatis tranverse rugosis, arillis multicarinatis, foliis quinquelobis rotundatis.

G. lucidum *Linn. svec. n.* 620. *spec. pl. ed. Willden.* 3. p. 709. *Sv. Bot. t.* 556. *Flor. Dan. t.* 218. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 22.

ab. in petrosis ad lacum Mäleri raro.

adix annua, parva. Herba glaberrima, nitidemum rubicunda (unde nomen). Caules fragiles e pedales. Calyx pyramidatus; petalis parvis ro-, aestate priore explicatis.

. GERANIUM *robertianum:* pedunculis bifloris, petalis integris calyce decemangulato aristato duplo longioribus, arillis glabris reticulatis, foliis ternatis quinatisve pinnatifidis.

G. robertianum *Linn. svec. n.* 619. *spec. pl. ed. Willden. p.* 714. *Flor. Dan. t.* 694.

Iab. in rupibus et saxosis umbrosis passim, ut ad Godtsunda et montes reliquos sylvae Nosten, in Norbylund etc.

Radix annua. Caules, petioli pedunculique eximie ent et pilis albis longis diametrum ipsorum saepius edentibus teguntur. Folia in lacinias linea vix laes divisa. Calyx connivens. Petala angusta rosea, a aestate obvia. Tota planta odorem foetidum spargit.

7. GERANIUM *rotundifolium:* pedunculis bifloris, petalis apice retusis calycem muticum aequantibus, arillis laevibus pubescentibus, seminibus laevibus, foliis reniformibus rotundatis subseptemlobis trifidisque, caule prostrato pubescente.

G. rotundifolium *Linn. svec.* n. 621. *spec. pl. ed.* 2. *p.* 957. *mant. p.* 534.

(G. pusillum *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 957. *mant. p.* 535. *Smith. brit. p.* 736. *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 713. *Vaill. paris. t.* 15. *f.* 1. est variet. lobis foliorum et petalorum acutioribus.)

Hab. in cultis interdum frequenter.

Radix annua. Caules plures ex eadem radice, saepius pedalis longitudinis, superne dichotomi. Flores prodeunt paullo ante solstitium, minimi; pedicellis brevissime glanduloso-pubescentibus. Calyces foliolis omnino ecarinatis, marginibus tantum ciliatis. Petala apice tantum retusa, dilute violacea. Antherae modo quinque.

448. GERANIUM *cicutarium:* pedunculis multifloris, corollis calyce majoribus, foliis pinnatis: foliolis sesilibus pinnatifidis incisis.

G. cicutarium *Linn. svec. n.* 625. α. (*Flor. Dan. t.* 986. var. foliolis minus divisis).

Erodium cicutarium *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 629.

Hab. in locis cultis et ruderatis omni anno frequenter.

Radix annua. Caules plures, procumbentes, aeque ac tota herba pilosi. Folia tam divisa ut laciniae omnes vix linea latiores. Pedunculi e nodis caulis foliis multo longiores: umbella saepe sexflora. Flores purpurei tota aestate obvii. Arilli obconici, asperuli.

2. ORD. POLYANDRIA

MALVA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1134. Jussieu gen. p. 302. Gaertn. fruct. 2. p. 254. t. 136.

Calyculus triphyllus (foliolo uno alterove interdum in exteris speciebus remoto deficienteque). Calyx quinquefidus. Petala quinque. Arilli plures in orbem dispositi, monospermi, evalves, introrsum adnati. — *Herbae floribus saepe axillaribus.*

Ord. nat. 33. *Columniferae ut sequentis generis.*

. MALVA *rotundifolia*: caule prostrato glabriusculo, foliis suborbiculatis indivisis crenatis glabris, pedunculis fructiferis declinatis calycibusque stellato-ciliatis, corollis fructu minoribus.

M. rotundifolia *Linn. svec. n.* 626. *spec. pl. ed. Willden.* 3 *p.* 786. *Sv. Bot. t.* 142. bona.

M. rotundifolia *β.* pusilla. *Smith. fl. brit. comp.* 1816. *p.* 105.

Hab. in ruderatis et cultis urbis pagorumque frequentissime.

Radix annua. Caules plures flexuosi, digitales interm pedales et ultra; foliis uncialis vel biuncialis laudinis, interdum obsolete quinquelobis. Pubescentia partibus supremis plantae adest singularis, in basi siculari pilis pluribus composita. Calyculus calyci omino adnatus. Corolla prorsus alba, calyce parum mar fructu adulto longe minor; petalis sublanceolatis uncato-emarginatis, aestate priore explicatis. Pedunli fructiferi mox e basi declinantur, sed fructus ipsi ursum spectant. Arilli eximie rugosi et elevato-marnati, umbilicum tantum angustum inter se relinuentes.

LAVATERA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1133. Jussieu gen. p. 302. Gaertn. fruct. 2. p. 256. t. 136.

alyculus monophyllus, trilobus, magnus. Calyx quinquefidus. Arilli plures in orbem dispositi, monospermi, evalves, introrsum adnati.

50. LAVATERA *thuringiaca*: caule herbaceo subtomentoso, foliis inferioribus subrotundis; supremis trilobis; lobo intermedio longiore crenato, petalis calyce triplo longioribus.

L. thuringiaca *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 795. *faun. sv. app. p.* 558. *Ehrhart upsal. in beitr* 5. *p.* 22.

Hab. ad Vårdsätra copiose.

Radix perennis, lignosa. Caulis quadripedalis erectus. Folia pleraque palmam lata, subtus tomento tenui

cinerascentia. Flores vix minores quam in hortensi planta: petalis post messem explicatis dilute caerulescentibus.

CLASSIS XVII.

DIADELPHIA

CONSPECTUS.

Incipit haec classis tribus generibus, quorum duo scil. Corydalis et Fumaria *Hexandra sunt, tertium* Polygala *Octandrum. Haec omnia a reliquis hujus classis generibus valde discrepant et in genere tam anomala sunt, ut certo cuidam ordini naturali difficilius adscribantur.*

PAPILIONACEARUM *ordo naturalis totam reliquam Diadelphiam scil. ordinem Decandriam constituit. Hic ordo naturalis corolla papilionacea, fructu leguminoso et radicula embryonis ad commissuram cotyledonum reflexa facile cognoscendus, naturae satis convenienter dividi potest in tres phalanges sequentes:*

1) *Staminibus omnibus connexis in tubum, qui tamen saepius superne fissus est, ut nonnisi spuria Monadelphia oriatur. Folia harum plantarum in nostris generibus ut plurimum impari-pinnata sunt. Huc pertinent tantum genera* Anthyllis et Ononis.

2) *Staminibus re vera diadelphis, unico scil. a ceteris praecipue ad basin optime separato, stigmate pubescente, foliis pinnatis: petiolo vel in apicem nudum (sine impari foliolo) in* Orobo *vel utplurimum in cirrhum excurrente ut in* Lathyro, Vicia, Ervo.

3) *Staminibus re vera diadelphis ut in priore phalange, sed stigmate glabro et foliis constanter ternatis ut in generibus* Trifolii, Melilioti, Loti et Medicaginis.

1. ORD. HEXANDRIA

CORYDALIS

:and. fl. franc. 51 p. 636. Capnoides Gaertn. fr. 2. p. 163 t. 115. Fumariae spec. Linn.

lyx nullus (vel in exteris spec. diphyllus minutus). Petala quatuor in formam crucis superne conniven-ia, inaequalia: supremo basi calcarato; infimo basi altem gibbo latiore. Germen acuminatum in stylum tigmaque persistentia. Capsula siliquaeformis, bival-ris, polysperma; semina alternatim adfixa rece-taculis filiformibus suturalibus. — *Herbae tenerae foliis compositis latioribus.* — *Ord. nat.* 24. *Rhoeadeae.*

.. CORYDALIS *bulbosa*: radice tuberosa solida, foliis biternatis, corollae calcari recto, racemo terminali: bracteis pedunculo longioribus cuneiformibus.

C. bulbosa *Decand. fl. franc. n.* 4098.

Fumaria bulbosa α. β *Linn. svec. n.* 631.

α *major*, bracteis incisis. *Linn. l. c. Flor. Dan. t.* 1224. *Sv. Bot. t.* 531.

Fumaria Halleri *Willden. spec pl.* 3. *p.* 863.

β. *minor*, bracteis indivisis *Linn. l. c. Flor. Dan.* 8. *t.* 1394. *Sv. Bot. t.* 15.

Fumaria fabacea *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 862.

Fumaria bulbosa intermedia *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 22.

Hab. α nonnisi in luco Nontunalund ad rupes umbrosas copiose; β in lucis rupestribus et saxosis variis frequenter ut Godtsundabergen, Norbylund, Kungshamn.

Utriusque plantae tuber radicale perenne magnitudine ıae crassioris, intus omnino solidum albumque farinom; herba insigniter glaucescens et sub glaucescentia scure viridis, inferne squama una alterave ligulata; ia duo triave in caule omnino biternata ita ut omnia iola altitudine aequalia evadant, petiolis partialibus ıgitudine sibi aequalibus suffulta; bracteae longitudi-tere florum initio mensis germinationis explicato-

rum, rubicundo-violaceorum; capsulae seminibus circiter octo aterrimis nitidissimis, mense frondescentibus jamdudum maturantibus.

FUMARIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1154. (exclus. Coryd.) *Décand. fl. franc. 3. p. 651. Gaertn. fruct. 2. p. 162. t. 117.*

Calyx minimus diphyllus. Petala quatuor in formam crucis superne conniventia, inaequalia: supremo basi calcarato; infimo subfiliformi demum a reliquis decedente. Stylus filiformis, hyalinus, deciduus. Capsula nucularis evalvis monosperma. — *Plantae annuae tenerrimae: foliolis angustissimis.*

452. FUMARIA *officinalis*: capsulis reniformibus apice retusis, racemis multifloris folio longioribus, foliis supradecompositis rectis: foliolis obtusatis.

F. officinalis *Linn. suec. n.* 650. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 868. *Sv. Bot. t.* 42. *Flor. Dan.* 6. *t.* 940.

Hab. in hortis, agris vulgatissime, ut etiam in insulis Maeleri elatior.

Radix annua. Herba laxa valde ramosa, colore obscuriore. Racemi interdum vigintiflori et longitudine digiti minoris; corollis cum calcari tres lineas longis, purpurascentibus, apice omnino atropurpureo. Capsulae ultra lineam latae, omnino latiores quam longae, apice retuso.

453. FUMARIA *parviflora*: capsulis orbiculatis apiculatis, racemis pauciforis: fructiferis folio brevioribus, foliis supradecompositis flexuosis cirrhosisque: foliolis elongatis.

F. parviflora *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 868. *Sv. Bot. t.* 574. *Vaill. paris. t.* 10. *f.* 5.

Hab. in agris margaceis passim copiose ut ad foveas margaceas in fjerdingsgändet infra arcem, juxta Häga pluribus locis, ad Akerby e. s. p.

Planta tenerior et pallidior quam praecedens, sed interdum longior et fere semper foliis contortis magis scandens. Inflorescentia optimas offert differentias. Ra-

us vix plusquam decemflorus; floribus eximie an-
ıtis coloris dilutioris et tantum ad apicem purpurei.
ıulae minores omnino tam longae ac latae.

2. ORD. OCTANDRIA

POLYGALA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1155. Decand. fl. fran. 3. p. 455. Gaertn. fruct. 1. p. 294. t. 62.

ıx pentaphyllus persistens: foliolis interioribus duo-
ıs duplo majoribus primum coloratis, demum vi-
dibus fructum alarum instar amplectentibus. Co-
ılla tubo supra fisso inferne staminifero: limbo tri-
lo: labio infimo stamina includente, superne crista-
vel imberbi. Capsula obcordata, bilocularis; locu-
mentis monospermis. — *Herbae foliis indivisis ut
'urimum integerrimis alternis praeditae, fructu
'riccoccis proxime accedentes sed flore Persoatis similiores.*

POLYGALA *vulgaris*: floribus cristatis racemosis, alis calycinis corollam aequantibus capsulam sessilem obovatam includentibus, foliis inferioribus lanceolatis acutis.

P. vulgaris. *Linn. suec. n,* 632. *α. β. γ. δ. spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 873. *Flor. Dan.* t. 516.

lab. in pascuis et pratis siccis collinis frequenter.
adix perennis. Caules plures simplicissimi, primum
ımbentes. Folia omnia lanceolata, sparsa. Bracteae
ernae, caducae. Flores praecipue initio aestatis, cae-
scentes vel rubicundi, introrsum dilutiores. Calyx
ıratus praecipue quod ad foliola interiora lateralia
ue a Linnaeo corollae annumerata et alae dicta, sed
ı ceteris increscentia cum fructu et tunc omnino vi-
ıia. Corolla post florescentiam decidua: limbo tri-
tito: laciniis lateralibus fissura tubi a se invicem in-
ıe separatis, sed superne conniventibus in formam
i superioris; labio inferiore carinaeformi intra sac-
ı medium viridem stamina includente, superne crista

rum, rubicundo-violaceorum; capsulae seminibus circiter octo aterrimis nitidissimis, mense frondescentiae jamdudum maturantibus.

FUMARIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1154. (exclus. Coryd.) *Decand. fl. franc. 5. p. 658. Gaertn. fruct. 2. p. 162. t. 117.*

Calyx minimus diphyllus. Petala quatuor in formam crucis superne conniventia, inaequalia: supremo basi calcarato; infimo subfiliformi demum a reliquis decedente. Stylus filiformis, hyalinus, deciduus. Capsula nucularis evalvis monosperma. — *Plantae annuae tenerrimae: foliolis angustissimis.*

452. FUMARIA *officinalis*: capsulis reniformibus apice retusis, racemis multifloris folio longioribus, foliis supradecompositis rectis: foliolis obtusatis.
F. officinalis *Linn. suec. n.* 650. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 868. *Sv. Bot t.* 42. *Flor. Dan.* 6. *t.* 940.
Hab. in hortis, agris vulgatissime, ut etiam in insulis Maeleri elatior.

Radix annua. Herba laxa valde ramosa, colore obscuriore. Racemi interdum vigintiflori et longitudine digiti minoris; corollis cum calcari tres lineas longis, purpurascentibus, apice omnino atropurpureo. Capsulae ultra lineam latae, omnino latiores quam longae, apice retuso.

453. FUMARIA *parviflora*: capsulis orbiculatis apiculatis, racemis paucifloris: fructiferis folio brevioribus, foliis supradecompositis flexuosis cirrhosisque: foliolis elongatis.
F. parviflora *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 868. *Sv. Bot. t.* 574. *Vaill. paris. t.* 10. *f.* 5.
Hab. in agris margaceis passim copiose ut ad foveas margaceas in fjerdingsgärdet infra arcem, juxta Hâga pluribus locis, ad Akerby e. s. p.

Planta tenerior et pallidior quam praecedens, sed interdum longior et fere semper foliis contortis magis scandens: Inflorescentia optimas offert differentias. Ra-

cemus vix plusquam decemflorus; floribus eximie angustatis coloris dilutioris et tantum ad apicem purpurei. Capsulae minores omnino tam longae ac latae.

2. ORD. OCTANDRIA

POLYGALA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1155. Decand. fl. fran. 3. p. 455. Gaertn. fruct. 1. p. 294. t. 62.

Calyx pentaphyllus persistens: foliolis interioribus duobus duplo majoribus primum coloratis, demum viridibus fructum alarum instar amplectentibus. Corolla tubo supra fisso inferne staminifero: limbo trifido: labio infimo stamina includente, superne cristato vel imberbi. Capsula obcordata, bilocularis; loculamentis monospermis. — *Herbae foliis indivisis ut plurimum integerrimis alternis praeditae, fructu Triccoccis proxime accedentes sed flore Personatis similiores.*

454. POLYGALA *vulgaris*: floribus cristatis racemosis, alis calycinis corollam aequantibus capsulam sessilem obovatam includentibus, foliis inferioribus lanceolatis acutis.

P. vulgaris. *Linn. suec. n.* 632. *α. β. γ. δ. spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 873. *Flor. Dan.* t. 516.

Hab. in pascuis et pratis siccis collinis frequenter.

Radix perennis. Caules plures simplicissimi, primum decumbentes. Folia omnia lanceolata, sparsa. Bracteae subternae, caducae. Flores praecipue initio aestatis, caerulescentes vel rubicundi, introrsum dilutiores. Calyx coloratus praecipue quod ad foliola interiora lateralia itaque a Linnaeo corollae annumerata et alae dicta, sed prae ceteris increscentia cum fructu et tunc omnino virentia. Corolla post florescentiam decidua: limbo tripartito: laciniis lateralibus fissura tubi a se invicem inferne separatis, sed superne conniventibus in formam labii superioris; labio inferiore carinaeformi intra saccum medium viridem stamina includente, superne crista

multifida terminato. Stamina in tubo labii inferioris inserta filamentis connexis in laminam carinae accommodatam, quae demum se dividit in partes duas utrisque lateribus stigmatis applicandas. Ambae phalanges staminum quatuor antheris instruuntur, quae tamen monoloculares sunt et quasi e duobus tantum staminibus singuli lateris apud plantas didynamas factis. Semina intra capsulam pilosiuscula: hilo magno protuberante trilobo, intra cujus lobos interiores adfixionis punctum conspicitur.

3. ORD. DECANDRIA

ANTHYLLIS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1174. Jussieu gen. p. 391.

Calyx ventricosus, quinquedentatus, persistens et includens Legumen breve mono-vel dispermum. — *Herbae foliis utplurimum impari-pinnatis.*

Ord. nat. 36. *Papilionaceae ut omnium sequentium generum classis.*

455. ANTHYLLIS *Vulneraria*: foliis pinnatis inaequalibus, capitulo duplicato. *Linn. suec. n.* 638. *α. spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1013. *Sv. Bot. t.* 395. *Flor. Dan.* 6. *t.* 988.

Hab. in pratis exsuccis apricis soli expositis passim, ut inter Vårdsätra et Flötsund, versus Staby et Hesselby multis locis, in prati regii suprema parte.

Radix perennis, lignosa. Caules plures decumbentes, parum ramosi. Folia praecipue subtus pilis adpressis, quibus juniora sericea apparent: foliolo terminali in inferioribus foliis multo majore. Capitula terminalia gemina, multiflora, pollicem fere lata, bracteata: bracteis palmatis. Calycis dentes breves, pilosi. Corolla flava a solstitio usque ad messem obvia.

ONONIS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1173. Jussieu gen. p. 391. Gaertn. fruct. 2. p. 343. t. 154.

Calyx quinquepartitus: laciniis linearibus assurgentibus.

Vexillum petalis ceteris duplo majus, striatum. Stamina monadelpha sine fissura dorsali. Legumen turgidum, rhombeum, lacinias calycinas aequans: seminibus paucis. — *Herbae vel suffrutices, foliis ternatis, stipulis magnis petiolo adnatis.*

456. ONONIS *arvensis*: floribus subgeminatis axillaribus, foliolis oblongis serratis postice integerrimis cauleque villoso inermi.
O. arvensis *Retz. obs. bot.* 2. *p.* 21. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 25 *Linn. svec. ed.* 1. *n.* 622.
O. spinosa *v.* mitis *Linn. svec. n.* 637. *spec. pl. ed.* 2. *p.* 1006.
(O. hircina *Jacq. hort. vind.* 1. *p.* 40. *t.* 93. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1584. foetentior).
Hab. ad ripas extimas lacus Mäleri rarius.
Radix perennis lignosa, sed caules annui erectiusculi, subsimplices, pedales et ultra. Folia ternata etiam sub floribus inferioribus: foliolis saepe sesquiunciam longis. Flores omnes folio ipsis duplo longiore fulcrati, insignes, violacei.

OROBUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1185. Jussieu gen. p. 397.

Calyx basi obtusus, tubulosus, quinquedentatus: dentibus duobus superioribus brevioribus. Stylus linearis, teretiusculus, introrsum villosulus. Legumen teretiusculum, polyspermum. — *Herbae foliis pinnatis; petiolo abrupto (sine foliolo et cirrho).*

457. OROBUS *vernus*: caule simplici triquetro, foliis trijugis: foliolis ovatis acuminatis mucronatis, stipulis semisagittatis integerrimis.
O. vernus *Linn. svec. n.* 641. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1073. *Flor. Dan. t.* 1226.
Hab. in coryletis et lucis laetioribus frequenter ex. gr. ad Vårdsätra, Godtsuida, in Norbylund, Quarnbolund.
Radix perennis, tenuior. Herba primo vere prove-

niens, tota laete vel luteo-virens, glaberrima, nitida, circiter sesquipedalis. Foliola majora quam in sequentibus, plerumque bis unciam longa. Flores initio mensis frondescentiae erumpentes splendide purpurei demum magis caerulescentes, majores quam in sequentibus.

458. OROBUS *tuberosus:* caule subsimplici alato, foliis subquadrijugis lanceolatis, stipulis semisagittatis medio denticulatis.

O. tuberosus *Linn. svec. n.* 642. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1074. *n.* 5. *α. Flor. Dan. t.* 781.

Hab. in pascuis praecipue sylvaticis duris ubique frequenter.

Radix perennis, teres, hinc inde in tubera oblonga intumescens. Herba tota glauco-virens sine nitore. Caulis laxus, plerumque pedalis. Foliola unciam longa, obtusiuscula cum mucrone. Flores toto vere obvii primum rubicundi vel carnei, demum sordide caerulescentes.

459. OROBUS *niger:* caule ramoso (sine alis), foliis sejugis ovato-oblongis. *Linn. svec. n.* 643. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1076. *Flor. Dan. t.* 1170.

Hab. in lucis majoribus rupestribus passim, praecipue in montibus Godtsundensibus et luco Norbyensi copiose, ut etiam in insula paludis Witulisbergensis.

Radix perennis. Herba glaucescens exsiccatione eximie nigricans (unde nomen), quam praecedentium multiplo altior; saepius tripedalis. Caulis anceps. Racemi in apicibus ramorum, circiter quinqueflori, paullo ante solstitium florentes. Petala fere minora quam praecedentis, subcarnea, apicibus alarum denique caerulescentibus.

LATHYRUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1186. Jussieu gen. p. 396. Gaertn. fruct. 2. p. 330 t. 152.

Calyx turbinatus, quinquedentatus: dentibus duobus superioribus brevioribus. Stylus superne latior ibique introrsum villosus. Legumen elongatum, polysper-

mum. — *Herbae petiolo cirrhifero basi diphyllo tetraphyllove: foliolis subnervosis.*

460. LATHYRUS *pratensis:* pedunculis multifloris; petiolis diphyllis: foliolis lanceolatis acutis, stipulis lanceolatis sagittatis.
L. pratensis *Linn. svec. n.* 647. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1089. *Sv. Bot. t.* 49. *Flor. Dan. t.* 527.
Hab. in pratis et dumetis fertilioribus ubique copiose.
Radix perennis, repens. Caulis exquisite tetragonus et tota herba laete virens. Stipula caule multiplo latior et longitudine plerumque petiolum superans; laciniis sagittalibus binis inaequalibus vel quintuplo brevioribus. Foliola subtrinervia stipulis parum latiora. Pedunculi foliis multo longiores. Flores paullo ante et post foenisecium exserunt petala omnia flava, avenia, unicolora.

461. LATHYRUS *palustris:* pedunculis multifloris, petiolis tetraphyllis: foliolis lanceolatis acutis, stipulis semisagittatis lanceolatis, caule alato.
L. palustris *Linn. svec. n.* 648. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1090. *Flor. Dan. t.* 599.
Hab. in pratis humidis passim ex. gr. ad Vitulfsberg, ad Liljeconvaljsholmen, infra Godtsunda et Norby copiose.
Radix perennis, repens. Herba tota obscure viridis. Caulis flexuosus: alis a petiolo et stipula utraque decurrentibus. Stipulae caule undique angustiores: lacinia sagittali unica tantum majore. Folia in medio caule saepe trijuga foliolis sublinearibus. Flores sub foenisecio exstant: petala exteriora obscure violacea, avenia.

VICIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1187. *Jussieu gen. p.* 397. *Gaertn. fruct.* 2. *p.* 325. *t.* 151.

Calyx quinquedentatus: dentibus inferioribus elongatis. Stylus linearis superne introrsum extrorsumque villosus. Legumen elongatum, polyspermum. — *Herbae petiolo cirrhifero polyphyllo: foliolis venosis.*

462. VICIA *sylvatica*: pedunculis multifloris folio longioribus, foliolis ellipticis, stipulis lunatis setaceo-dentatis.

V. sylvatica *Linn. svec. n.* 650. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1095. *Sv. Bot. t.* 156. *Flor. Dan.* t. 277.

Hab. in lucis fertilioribus passim copiose ex. gr. ad Godtsunda, Norbylund, Vårdsätra.

Radix perennis, eximie repens. Caules interdum usque ad orgyale spatium supra frutices scandens. Stipularum lacinia anterior major subintegerrima. Folia octojuga: foliolis ovato-ellipticis. Flores praecipue sub solstitio majores quam in proximis, albi; vexillo, tantum eleganter caeruleis striis picto.

463. VICIA *Cracca*: pedunculis multifloris folio longioribus, floribus imbricatis, dentibus calycinis subulatis, foliolis lanceolatis obtusiusculis, stipulis semisagittatis lineari-subulatis integerrimis.

V. Cracca *Linn. svec. n.* 652. *α. β. spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1098.

Hab. in arvis, ad agrorum margines et in adjacentibus pascuis ubique.

Radix annua, repens. Herba tota pilis brevibus adpressis non parum canescens. Folia circiter octojuga. Flores post solstitium plerumque prodeunt, ex violaceo caerulescentes (in sylvis interdum albescentes).

464. VICIA *villosa*: pedunculis multifloris folio longioribus, floribus imbricatis cylindricis, dentibus calycinis setaceis ciliatis, foliolis ovato-oblongis villosis, stipulis semisagittatis lanceolatis subintegerrimis.

V. villosa *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1098.

V. Cracca segetum *Celsii upsal.* 17. *Linn. svec. n.* 652. *γ. δ. Sv. Bot. t.* 166.

Hab. inter segetes praecipue Secale hybernum frequenter.

Radix annua, repens. Planta tota praecedenti tam affinis, ut vix differat nisi statura majore a solo fertiliore forsan orta, pilis patentioribus longioribus, foliolis

stipulisque latioribus, floribus longioribus cum dentibus calycis magis elongatis.

465. VICIA *sepium:* pedunculis paucifloris brevissimis, foliolis ovatis obtusis integerrimis; exterioribus minoribus.

V. sepium *Linn. svec. n.* 651. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1109. *Sv. Bot. t.* 326, *Flor. Dan. t.* 699.

Hab. in hortis et pratis ad saepes locaque alia occulta ubique frequenter.

Radix perennis. Caules plures circiter bipedales, vix ramosi. Folia circiter quinquejuga: foliolis raro evidenter emarginatis cum mucrone tenui. Stipulae parvae: dentibus paucis. Flores saepius quatuor in pedunculo tam brevi ut foliola proxima parum excedant, secundi, violacei, ante foenisecium explicati. Legumina flore duplo longiora, compressa.

466. VICIA *sativa:* floribus binatis sessilibus erectis; foliolis obovats retusis, stipulis dentatis medio notatis.

V. sativa *Linn. svec. n.* 654. α. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1104. *Sv. Bot. t.* 230. *Flor. Dan. t.* 522.

β. *nigra:* semine parvo nigro, foliolis linearibus: inferioribus acuminatis. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 23.

Hab. in agris inter segetes aliaque sata passim.

Radix annua. Planta tota magnitudine et latitudine admodum varia: foliolis interdum latitudine digiti minoris, floribus fere unciam longis pulchre violaceis; interdum vero locis macris sylvaticis foliolis lineam angustis, in plantae infima parte attenuatis in suprema saepius retusis, floribus angustissimis. Legumen magis teres.

ERVUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1188. Jussieu gen. p. 397.

Calyx profunde quinquefidus: laciniis attenuatis subaequalibus. Stylus rectiusculus filiformis, superne undique villosiusculus: stigmate capitato. Legumen breve: seminibus paucis (2 — 4). — *Herbae tenuiores, petiolis cirrhiferis polyphyllis, floribus minutis.*

467. ERVUM *tetraspermum:* pedunculis subbifloris, leguminibus tetraspermis glabris, foliolis oblongis obtusis.

E. tetraspermum *Linn. svec. n.* 655. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1112. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 23. *Flor. Dan. t.* 95.

Hab. in dumetis sylvisque praecipue locis deustis rarius.

Radix annua. Caules filiformes. Foliola et legumina vix semiunciam longa et lineam lata, omnino obtusa. Pedunculi longitudine fere foliorum. Flores foliolis duplo triplove minores, dilute purpurascentes, aestivales.

468. ERVUM *hirsutum*: pedunculis multifloris, leguminibus dispermis hirsutis, foliolis linearibus truncatis.

E. hirsutum *Linn. svec. n.* 656. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1113. *Flor. Dan. t.* 639.

Hab. in agris, hortis omnibusque cultis vulgatissime.

Radix annua. Herba major quam praecedentis, saepe plures pedes longa. Folia saepe septemjuga. Flores aestivales aeque minuti, albi: striis caerulescentibus. Legumina sesquilineam lata, subrhombea, acuta.

TRIFOLIUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1211. *Jussieu gen. p.* 392. *Gaertn. fruct. 2. p.* 333. *t.* 153.

Calyx tubulosus, quinquedentatus, persistens. Corolla persistens — vel monopetala tubo ad carinam staminifero (*in speciebus primis*) — vel tetrapetala vexillo alas carinamque ad basin amplectente (*in reliquis magis lotoideis speciebus*). Legumen non dehiscens, mono-tetraspermum, calyce corollave tectum. — *Herbae foliis fere semper aequaliter ternatis (foliolo intermedio sessili), stipulis minutis petiolo adnatis, floribus vel dense spicatis in n.* 469-472. *vel subumbellatis in n.* 473-475. *vel scariosis in ultimis.*

469. TRIFOLIUM *pratense:* calycibus undique pilosis; dente infimo tubis corollae monopetalae inaequalis

breviore, spicis ovatis subgeminatis bracteatisque, foliolis ovatis subintegerimis, stipulis aristatis.

T. pratense *Linn. svec. n.* 666. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1366. *Sv. Bot. t.* 268. *Flor. Dan.* 6. *t.* 989.

Hab. in pratis et pascuis apricis vulgatissime.

Radix perennis. Caules adscendentes, ceteroquin recti, striati. Foliola infima subrotunda, superiora ovata; omnia plerumque zona pallida notata. Corollae monopetalae tubus calycis dentibus duplo fere longior. Stamina in tubo corollae ita inseruntur, ut unum tantummodo cum pistillo liberum jaceat. Paullo ante et sub solstitium floret.

470. TRIFOLIUM *medium:* calycibus superne pilosis; dente infimo tubis corollae monopetalae subaequalis breviore, spicis ovatis solitariis ebracteatis, foliolis lanceolato-ellipticis denticulatis, stipulis subulatis.

T. medium *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1367. *faun. svec. app. p.* 558. *Sv. Bot. t.* 460. *Flor. Dan. t.* 1273.

T. flexuosum *Jacqu. austr.* 4. *p.* 45. *t.* 386.

Hab. in nemoribus siccis passim, in montibus Godtsundensibus et luco Norbyensi praesertim copiose.

Praecedenti valde affine, sed satis differt herba tota gentiliore, stipulis magis herbaceis (nec tam scariosis et coloratis ac in praecedente), foliis longioribus, floribus crassioribus cylindricis (necs ubfiliformibus), calycis tubo glaberrimo, florescentia multo magis serotina scil. post solstitium incipiente.

471. TRIFOLIUM *arvense:* calycibus setosis corolla longioribus spicas elongatas villosissimas constituentibus, foliolis obovato-linearibus integerrimis, stipulis apice setaceis.

T. arvense *Linn. svec. n.* 660. *spec. pl. ed. Willden.* 3. p. 1373. *Flor. Dan. t.* 724.

Hab. in arvis et agris praecipue arenosis copiose.

Radix annua, sed emittens caules plures inferne simplices superne ramosos plerumque pede breviores. Epidermis fere totius plantae rubet, superjecta tamen

villositate insigni alba, unde facies totius fere glaucescens. Corolla minima in toto genere, sub foenisecio et postea prodiens, dilutissime rubicunda.

472. TRIFOLIUM *montanum*: vexillis subulatis, calycibus glabris, spicis ellipticis pedunculatis folium excedentibus, foliolis oblongis mucronatis setaceo-dentatis, stipulis apice subulatis.

T. montanum *Linn. svec n.* 667. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1381. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1172.

Hab. in pascuis et pratis collinis locisque similibus inter agros frequenter.

Radix perennis. Caules simplices, stricti, pedem alti. Foliola inferiora ovalia, suprema lanceolata. Pedunculi eximie sulcati. Petala nivea circa solstitium explicata, multo magis inaequalia quam in ullo alio nostrorum: vexillo ceteris petalis duplo longiore eximie adscendente.

473. TRIFOLIUM *hybridum*: calycibus glabris subaequalibus, leguminibus tetraspermis subumbellatis, foliolis ovatis emarginatis argute dentatis, stipulis aristatis, caule adscendente apice floritero.

T. hybridum *Linn. svec. n.* 664 *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1359. *Sv. Bot. t.* 129.

Hab. ad agrorum margines passim copiose.

Radix perennis. Caules plures subangulati, pedales et ultra. Petioli inferiores internodiis longiores, superiores autem iisdem breviores. Foliola semper unicolora. Pedunculi supra apicem caulis plerumque eminentes, successive florentes per partem priorem aestatis. Flores ante plenam explicationem albi, postea incarnati, exteriores subsessiles.

474. TRIFOLIUM *repens*: calycibus glabris superne conniventibus, leguminibus tetraspermis umbellatis, foliolis obovatis emarginatis argute dentatis, stipulis vaginantibus, caule repente laterifloro.

T. repens *Linn. svec. n.* 665. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1359. *Sv. Bot. t.* 344. *Flor. Dan.* 6. *t.* 990.

Hab. in pascuis et pratis praecipue locis calcatis vulgatissime.

Radix perennis, undique caules stolonesque edens autumno praecipue radicantes. Caules filiformes, teretes, uscescentes. Petioli internodiis ubique multiplo longiores. Pedunculi toto caule saepe longiores, per totam aestatem plerumque florentes. Flores omnes pedicellati; pedicellis interiorum florum saepe longitudine ossius floris. Calyx rubro-maculatus. Petala alba, demum paullo incarnata.

75. TRIFOLIUM *fragiferum:* calycibus fructiferis inflatis pubescentibus capitula globosa constituentibus; dentibus binis deflexis, foliolis obovatis mucronatis argute denticulatis, stipulis apice subulatis, caule repente.

T. fragiferum *Linn. svec. n.* 670. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1580. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1042. *Vaill. paris. t.* 22. *f.* 2. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 23.

Hab. in ripis lacus Mäleri exterioribus raro.

Radix perennis et habitus fere praecedentis. Corollae media aestate exsertae, graciles, incarnatae. Calyces demum increscunt et capitulum compactum constituunt magnitudine nucis avellanae, saepe coloratum, nitidum.

76. TRIFOLIUM *spadiceum:* vexillis scariosis deflexis demum discoloribus, spicis imbricatis oblongatis, calycinis dentibus pilosiusculis alas subaequantibus, foliolis ovalibus.

T. spadiceum *Linn. svec. n.* 672. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1583.

Hab. in pratis apricis macris subuliginosis passim ex. gr. infra montes Godtsundenses copiose, inter Godtsunda et Norby, ad templum Börje.

Radix biennis. Caules subsolitarii, erecti, simpliciusculi, superne spicas nonnullas gerens. Foliola omnia in petiolo suo sessilia. Petala ante florescentiam flava, sed sub solstitio primum pars superior vexilli et deinde iam apices alarum spadicea fiunt.

77. TRIFOLIUM *agrarium:* vexillis scariosis deflexis nitidis, spicis imbricatis oblongatis, calycibus gla-

bris, foliolis subcuneiformibus aequalibus, caule erecto.

T. agrarium *Linn. svec. n.* 671. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1382. *Flor. Dan. t.* 558.

Hab. in collibus pratorum agrorumque apricis passim, ut juxta Vitulfsberg, ad Håga, in luco Norbyensi, in petris Godtsundensibus etc.

Radix biennis. Caules pauci, stricti, saepe pedales. Herba tota multo pallidior quam praecedentis. Foliola omnia in petiolo suo sessilia. Petala ante foenisecium explicantur et dein flava permanent demumque ita increscunt, ut spica crassior fiat quam in praecedente.

MELILOTUS

Jussieu gen. p. 392. *Gaertn. fruct.* 2. *p.* 335. *t.* 153.
Trifolii spec. *Linn.*

Calyx tubulosus, quinquedentatus, persistens. Corolla decidua, semper tetrapetala: petalis liberis. Legumen nudum, plerumque dehiscens, mono-vel dispermum. — *Herbae floribus ut plurimum racemosis, foliis ternatis semper inaequalibus; intermedio pedicellato.*

478. MELILOTUS *officinalis β vulgaris*: leguminibus monospermis obovatis acutis rugosis, foliolis subtruncatis, stipulis subulatis, petalis longitudine inaequalibus albis.

M. vulgaris *Willden. enum. hort. berol. p.* 790.
Trifolium M. officinalis *Linn. svec. n.* 665. partim. *Sv. Bot. t.* 69. *fig.* d.

Hab. in aggeribus circa urbem passim frequenter.

Radix biennis. Caulis saepe tripedalis, strictus. Racemi longiores floribus iisque minoribus quam ceterarum specierum, semper albis, media aestate explicatis.

LOTUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1212. *Jussieu gen. p.* 393.
Gaertn. fruct. 2. *p.* 336. *t.* 153.

Calyx tubulosus, quinquefidus, aequalis. Carina corollae superne undique clausa, rostro cavo terminata, staminaque nunquam demittens. Legumen elongatum,

rectum polyspermum. — *Herbae folia ternata aequalia, sed stipulis foliaceis liberis ita fulcrata, ut quinata saepe appareant.*

479. LOTUS *corniculata:* capitulis depressis multifloris, leguminibus teretibus patentibus, caulibus decumbentibus *Linn. svec. n.* 675. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1395. *Sv. Bot. t.* 334. *Flor. Dan.* 6. *t.* 991.
β. uliginosa major, caule fistuloso tereti, calycibus recurvis *Flor. Dan.* 9. *t.* 1521.
Hab. in pratis apricis siccis vulgatissime, at β in magis humidis nemorosisque.
Radix perennis. Caules obsoletius angulati. Foliola obovata, crassiuscula. Capitula plerumque tantum quadriflora, sub maxima parte aestatis florentia. Petala flava, sed vexillum ad basin lineis fulvis vel croceis ornatum. β. parum differt omnibus partibus magis elongatis et hirsutis.

MEDICAGO

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1214. Jussieu gen. p. 392. Gaertn. fruct. 2. p. 348. t. 155.

Calyx subcampanulatus, quinquefidus, aequalis. Corollae carina, primum antice clausa, demum dehiscens emittensque genitalia ad vexillum sese elastice reflectentia. Legumen semper nudum concurvatumque, — vel monospermum basi apiceque concurvatis, — vel ditetraspermum, falcatum, — (vel polyspermum spiraliter cochleatum *in exteris speciebus*). — *Herbae foliis inaequaliter ternatis (scil. foliolo intermedio pedicellato) stipulisque parvis ut in Meliloto.*

480. MEDICAGO *lupulina*: leguminibus monospermis rugosis glabriusculis, spicis ovalibus densifloris, foliolis obovatis apice dentatis, caule procumbente.
M. lupulina *Linn. svec, n.* 678. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1406. *Flor. Dan. t.* 992.
Hab. in agrorum marginibus, pratis, ad vias, in cultis vulgatissime.
Radix annua. Caules plures filiformes, longitudine

varii. Stipulae majusculae, dentatae. Spicae primum magnitudine tantum pisi, flavi, tota fere aestate provenientes; demum fructiferi elongantur leguminibus vix ultra lineam longis, demum nigricantibus, longitudinaliter venosis

481. MEDICAGO *falcata:* leguminibus subtetraspermis lunatis pubescentibus, pedunculis racemosis, foliolis lanceolato-cuneiformibus cum apiculo, caule prostrato.
M. falcata *Linn. svec. n.* 677. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1405. *Sv. Bot. t.* 248. *Flor. Dan. t.* 233.
Hab. ad agrorum margines et in alia terra abrupta saepe immutata passim copiosissime ex. gr. ad Husbybäck, ad Vårdsätra, Jälla.

Radix perennis. Caules plures late prostrati ramosisque, apice tantum adscendentes. Foliola vix longitudine ungvis, Flores post solstitium successive prodeunt, toti flavi. Legumina in arcum vix semicircularem flexa, interdum semiunciam longa et tunc non raro octosperma.

CLASSIS XVIII

POLYADELPHIA

ORD. POLYANDRIA

HYPERICUM

Linn. gen. ed Schreb. n. 1224. *Jussieu gen. p.* 382. *Gaertn. fruct. 1. p.* 300. *t.* 62.

Calyx quinquepartitus, aequalis. Petala quinque, ante florescentiam contorta. Filamenta inprimis interiora basi connata in tres fasciculos, quorum unus cuique suturae capsulae respondet: Styli tres in capsula triloculari, tripartibili: receptaculo columnari polyspermo. — *Herbae eximiae foliis oppositis pel-*

lucido-punctatis sive etiam glandulas in calyce gerentes, sive saltem succo caerulescente praeditae, floribus luteis ornatae, Columniferis aliquantulum affines.

82. HYPERICUM *perforatum:* caule ancipiti, foliis oblongis obtusis pellucido-punctatis, floribus paniculatis terminalibus, laciniis calycinis lanceolatis.
H. perforatum *Linn. svec. n.* 680. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1460. *Sv. Bot. t.* 75. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1043.
Hab. in pratis et pascuis collinis dumosis frequenter.
Radix perennis. Caulis pedalis et ultrà: angulis duobus e dorso foliorum ortis. Folia subtus pallidiora et magis aequabilia (sine venis exstantibus); punctis pellucidis eo crebrioribus. Petala sub foenisecio et paullo postea explicantur, tota flava sine punctis nigris nisi ad marginem superiorem.

83. HYPERICUM *quadrangulare:* caule quadrangulo, foliis ovato-oblongis obtusis obsolete pellucido-punctatis, floribus subpaniculatis terminalibus, laciniis calycinis ellipticis.
H. quadrangulare *Linn. svec. n.* 679. *am. ac.* 8. *p.* 322. *Sv. Bot. t.* 359. bona.
(H. dubium *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1460. hujus varietas pauciflora).
Hab. in pratis magis sylvaticis duris passim copiose.
Radix perennis. Caulis pedalis et ultra; angulis alternis e commissura foliorum ortis obsoletioribus. Folia venis magis exstantibus et anastomosantibus, quibus puncta pellucida pleraque quasi absorbentur. Petala eo magis nigropunctata evadunt flava, sub foenisecio et postea explicata.

84. HYPERICUM *hirsutum:* caule tereti pubescente, foliis ovalibus pellucido-punctatis, calycinis serraturis glandulosis, bracteis caulinis integerrimis.
H. hirsutum *Linn. svec. n.* 682. *spec. pl. ed Willden.* 3. *p.* 1465. *Flor Dan. t.* 802.
Hab. in locis declivibus dumosis prope fluvios rivulosque passim, ut in Liljeconvaljsholm, inter Norby et Häga, pone Vitulfsberg in saliceto.

Radix perennis. Caulis bipedalis et ultra, ubique teres et pubescens. Foliorum paria undique connectuntur lineis purpureis insignibus, ceterum subtus pubescentia. Bracteae caulinae usque ad quartam ramificationem panicularum integerrimae et eglandulosae; bracteolae vero propiores aeque ac laciniae calycinae eleganter glandulis nigris ciliatae. Petala sub foenisecio explicata, flava, sine punctis.

CLASSIS XIX.

SYNGENESIA

CONSPECTUS.

Inter difficillimas classes systematis sexualis omni respectu numeranda est. Secundum Linnaei methodum, quam immutatam conservare satius ducimus, constituuntur ordines ejusdem artificiales quatuor priores solo ordine naturali COMPOSITARUM. *Qui denique sequitur ordo artificialis Monogamiae parvus est generum numero.*

1. *Polygamia aequalis, flosculis omnibus hermaphroditis aequalibus facile noscenda, quamquam sequentem ordinem numero generum non antecellat, tamen tres diversas Sectiones Plantarum Compositarum fere integras apud nos amplectitur:* 1) SEMIFLOSCULOSAE *facillime dignoscuntur flosculis suis omnibus ligulatis hermaphroditis, (herba lactescente), et omnes huc pertinent. Tam naturalis est haec sectio, ut apud Jussieum proprium ordinem efficiat Cichoraceas dictum. Quin itaque genera ejus difficillime inter se distingvantur, nullum est dubium. Ut id quidem fiat veniunt* I:o *genera pappo plumoso vel piloso tenui, herba valde lactescente, qualia sunt* Tragopogon, Scorzonera, Leontodon, Sonchus, Prenanthes, Crepis; II:o *genera pappo setoso rigido vel simplici vel semiplumoso, herbaque parum lactescente:* Hypochoeris,

pargia, Hieracium; III:o *pappo nullo, herba neutiquam lactescente:* Lapsana. — 2) CAPITATAE *vel Cynarocephalae Jussieui generibus tantum quinque constituuntur non difficili methodo distingvendis. Omnia cognoscuntur flosculis longis tubulosis omnino aequalibus et hermaphroditis, basi in capitulum ventricosum conjunctis, apicibus divergentibus. Ob sexum diversum unum genus hujus sectionis naturalis exulat ad Polygamiam frustraneam. Quae dein restant genera* Arctium, Serratula, Carduus, Onopordon et Carlina *nonnisi spinosas plantas continent, si unicam* Serratulam tinctoriam *excipiamus.* — 3) OPPOSITIFOLIAE *apud Linnaeum propriam sectionem naturalem Compositarum efficiunt, idque non immerito, quamquam sequenti* Sectioni *discoidearum valde accedunt. Nonnisi unicum genus hujus Sectionis nostris indigenum est scil.* Bidens, *foliis suis oppositis, seminibus planis, apice glochidatis facillime distingvendum.*

2. *Polygamia superflua flosculis disci hermaphroditis, radii foemineis, utrisque fertilibus praeditis, unicam tantum sectionem naturalem continet olim Radiatas dein, quia nonnulla genera radio destituuntur,* DISCOIDEAS *nuncupatam. Dilabitur hic ordo artificiali satis methodo in a) Discoideas strictissime sic dictas flosculis radii foemineis quidem praesentibus, sed nudis vel omni ligula evidenti orbatis, qualia sunt genera* Tanaceti, Artemisiae et Gnaphalii — *et b) Radiatas completas i. e. flosculis femineis ligula conspicua saepe discolore insignibus. Hae Radiatae dein subdividuntur in* α) papposas *i. e. seminibus pappo capillari terminatis ut* Erigeron, Tussilago, Senecio (*interdum eradiatus*), Solidago, Inula et β) imberbes *i. e. seminibus sive margine membranaceo tantum coronatis vel omnino calvis sicuti* Chrysanthemum, Matricaria, Anthemis et Achillea.

3. *Polygamia frustranea apud nos efficitur solo illo genere Capitatarum supra indicato* Centaurea, *quod flosculis radii omnino vacuis saepe prae reliquis grandefactis, et herba saepius non pungente.*

4. *Polygamia necessaria omnium ordinum maxime exiguus utpote apud nos constituta so-*

lo illo genere inconspicuo Filaginis, *quod vix nisi speciebus abjectis Gnaphalii generis constat, in quibus flosculi radii fertiles, ceteri fere semper sterilescentes.*

5. *Monogamia flores simplices habet, quorum antherae tam coalitae sunt, ut vix principio systematis sexualis rite conservato ad Pentandriam referri possint, quamquam ibi affines earum plantae omnino locum habent. Hic quoque quaeri potuisset Solanum in Pentandria jam positum.*

1. ORD. POLYGAMIA AEQUALIS

TRAGOPOGON

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1227. Jussieu gen. p. 190. Gaertn. fruct. 2. p. 368. t. 159.

Calyx simplex, subdecempartitus, longe pyramidatus. Receptaculum nudum, excavato-punctatum. Pappus stipitatus. plumosus.

485. TRAGOPOGON *pratensis*: foliis integerrimis basi dilatatis lineari-acuminatis carinatis margine subundulatis, pedunculo tereti, calycibus corollae ligulas subaequantibus.

T. pratensis *Linn. svec. n.* 684. *spec. pl. ed. Willden.* 3 *p.* 1492. *Sv. Bot. t.* 146. *Flor. Dan.* 6. *t* 908.

Hab. in pratis et marginibus agrorum solo campestri aprico vulgatissime; varietas floribus fulvescentibus ad lateritiam urbis.

Radix biennis, fusiformis. Planta glaberrima, circiter bipedalis, stricta. Folia ab amplexicauli basi sensim angustata in apicem flaccidum. Caulis dividitur in paucos pedunculos, interdum pedem longos, terminatos flore solitario magno duos pollices lato, saturate flavo ad solstitium praecipue obvio antemeridianis horis explicato. Capitulum papposum insequens majus quoque est quam sequentium.

SCORZONERA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1230. Jussieu gen. p. 190. Gaertn. fruct. 2. p. 367. t. 159.

Calyx polyphyllus, basi imbricatus: squamis margine

scariosis. Receptaculum nudum. Pappus plumosus, subsessilis.

486. SCORZONERA *humilis*: caule subnudo unifloro superne lanato, foliis radicalibus nervosis planis oblongo-lanceolatis.
S. humilis *Linn. svec. n.* 685. *spec. pl ed. Willd.* 3. *p.* 1499. *Sv. Bot. t.* 212. *Flor. Dan. t.* 816.
Hab. in pratis depressis ad praedium Husby raro.
Radix perennis subfusiformis. Folia radicalia petiolata, interdum pollicem lata. Caulis foliolis vel bracteis tantum linearibus ipso angustioribus praeditus, sesquipedalis. Flos magnus bis pollicem latus, pallide flavus.

LEONTODON

Smith. fl. brit. 2. p. 822. Gaertn. fruct. 2. p. 363. t. 158.
Taraxacum *Jussieu gen. p. 189.*

Calyx polyphyllus: foliolis interioribus erectis aequalibus; exterioribus reflexis aut patulis inaequalibus. Receptaculum nudum. Pappus stipitatus, capillaris. — *Herbae scapo radicali eximie fistuloso.*

487. LEONTODON *Taraxacum*: foliis runcinatis dentatis glabris, squamis calycinis exterioribus reflexis.
L. Taraxacum *Linn. svec. n.* 693. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1544. *Sv. Bot. t.* 4. *Flor. Dan. t.* 574.
β. *tenue*: pedunculo subfiliformi, squamis calycinis erectiusculis paucioribus, fol. passim magis indivisis.
L. lividus *Willden. spec. pl.* 3. p. 1545.
L. palustre *Smith. Engl. Bot.* 8. *t.* 553.
Hab. in pratis, pascuis, cultis, ad agros vulgatissime.
β. locis macris tum humidis ex. gr. in Kungsängen tum exaridis ut in campis Pålacksbackar copiose.
Radix perennis, subfusiformis extus nigra. Folia omnia radicalia, laete viridia, tenuia. Scapi vel pedunculi radicales foliis altiores plerumque spithamaei, omnino nudi, uniflori: flore flavo magno initio aestatis frequentissimo, vespertinis horis clauso.

SONCHUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1233. Jussieu gen. p. 189. Gaertn. fruct. 2. p. 359. t. 158.

Calyx polyphyllus, imbricatus, basi ventricosus, maturescendo conice connivens. Receptaculum nudum. Pappus sessilis, capillaris, tenuissimus.

488. SONCHUS *oleraceus:* pedunculis ante floroscentiam tomentosis, calycibus demum glabris, foliis runcinatis dentatisve amplexicaulibus.

S. oleraceus *Linn. svec. n.* 688. *α. β. spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1514. *n.* 17. *α. β. Flor. Dan. t.* 682. (laciniatus).

β. asper: dentibus foliorum pungentibus, pedunculis citius glabrescentibus.

S oleraceus *γ. δ. Linn. l. c. Flor. Dan. t.* 843.

Hab. inter olera hortorum et agrorum frequenter; *β* praecipue inter pisa.

Radix annua. Herba polymorpha foliis profunde runcinatis et indivisis in utraque indicata varietate facile ludens. Caulis undique ramosus, teres, glaber, fragilis, foliosus. Pedunculi axillares et terminales, subcymosi: lanugine alba mollissima, mox decidua. Flores lutei, vix latitudine digiti medii, tota aestate obvii.

489. SONCHUS *arvensis:* pedunculis calycibusque glanduloso-hispidis subumbellatis, foliis basi cordatis margine dentato-spinulosis, radice repente.

S. arvensis *Linn. svec. n.* 687. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1512. *Flor. Dan. t.* 606. non bona.

Hab. inter segetes praecipue hyemales soloque argilloso frequenter.

Radix perennis, carnosa. Caulis interdum quadripedalis, strictus, subsimplex, sparsim foliosus. Inflorescentia pauciflora, tota setulis glandulosis fuscis hispida. Flores maximi bipollicaris saltem latitudinis, ante messem colore flavo nitentes.

PRENANTHES

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1236. Jussieu. gen. p. 188. Gaertn. fruct. 2. p. 358. t. 158.

Calyx cylindraceus, subpentaphyllus, subquinqueflorus,

basi squamis aliquot brevissimis inaequalibus calyculatus. Receptaculum nudum. Pappus sessilis, capillaris, mollis.

490. PRENANTHES *muralis:* foliis runcinatis: lobo terminali quinquangulari, floribus paniculatis: flosculis quinis.
P. muralis *Linn. svec. n.* 692. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1543. *Flor. Dan. t.* 509.
Hab. in rupibus sylvarum umbrosissimarum passim ex. gr. in montibus Godtsundensibus et sylvae Nosten, pone Ytternäs.
Radix perennis, subrepens. Planta laevissima, virgata, tripedalis et ultra. Folia auriculis amplexicaulia, spithamam longa. Panicula terminalis divergens. Calyces in toto ordine angustissimi utpote vix lineam crassi: flosculis saturate flavis post solstitium explicatis.

CREPIS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1239. *Jussieu. gen. p.* 189. *Gaertn. fruct.* 2. *p.* 364. *t.* 158.

Calyx polyphyllus, maturescendo torulosus ventricosusque, basi squamis patulis pluribus calyculatus. Receptaculum nudum. Pappus subsessilis, capillaris.

491. CREPIS *tectorum:* panicula pubescente, foliis lanceolatis dentatis runcinatisve sessilibus laevibus.
C. tectorum *Linn. svec. n.* 705. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1601. *Flor. Dan. t.* 501. (nom. Leontodon autumn.)
Hab. in tectis et aridis copiose.
Radix annua. Planta polymorpha interdum bipedalis foliis runcinatis, sed locis sterilissimis saepe vix pedalis foliis omnibus indivisis vix dentatis. Optime cognoscitur panicula pubescente erecta (nec divergente), calyce angusto latitudine bilineari; flosculis pallide luteis aestivalibus.

HYPOCHOERIS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1246. *Jussieu gen. p.* 191. *Gaertn. fruct.* 2. *p.* 374. *t.* 160.

Calyx polyphyllus, imbricatus, inaequalis. Receptacu-

lum paleis deciduis membranaceis tectum. Pappus scaber, subplumosus, sessilis; in seminibus disci stipitatus. — *Herbae crassiores, foliis radicalibus.*

492. HYPOCHOERIS *maculata:* hirta, scapo solitario subbifloro, foliis oblongis indivisis dentatis.
H. maculata *Linn. svec. n.* 708. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1620. *Flor. Dan. t.* 149.
β. uniflora *Decand. fl. franc. suppl. p.* 451.
Hab. in pratis montosis asperis ubique.

Radix perennis, crassa. Folia omnia radicalia terrae rigide adpressa, crassiuscula, oblongo-lingvaeformia, saepe plusquam semipedalia, fusco-maculata. Scapus saepius bipedalis, non raro triflorus: pedunculis lateralibus fere e medio scapi patentibus, bractea scapo magis angustá fulcratis. Flos ad basin digitum medium crassus magnus, flavus, post solstitium explicatus. — β. tantum est status macrior legentem facile decipiens.

APARGIA

Gen. plant. ed. Schreb. n. 1232. Leontodon *Jussieu gen. p.* 190. Virea *Gaertn. fr.* 2. *p.* 365. *t.* 159.

Calyx polyphyllus, basi imbricatus vel squamis inaequalibus subcalyculatus. Receptaculum nudiusculum. Pappus subsessilis, setaceus scaberque, semiplumosus. — *Herbae graciliores, foliis ut plurimum radicalibus.*

493. APARGIA *autumnalis:* scapis declinatis glabris ramosis: ramis unifloris squamosis, foliis lanceolatis runcinatis glabriusculis.
A. autumnalis *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1550. *Engl. Bot. t.* 830.
Leontodon autumnale *Linn. svec. n.* 695.
Hab. in pratis, pascuis, ad vias, domos vulgatissime.

Radix perennis, praemorsa: radiculis longissimis. Folia omnia radicalia satis tenuia et flexilia. Scapi plures proprie non sunt nisi rami caudicis radicalis communis, adeoque declinati et successive sese apicibus erigentes atque florentes copiosissime versus autumnum. Calyx basi ex-

imie angustatus calamo plerumque angustior. Flosculi flavi.

HIERACIUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1238. Jussieu gen. p. 189. Gaertn. fruct. 2. p. 360. t. 158.

Calyx polyphyllus, ovatus, imbricatus squamis inaequalibus. Receptaculum scabriusculum. Pappus sessilis, setaceus, scaber, rigidiusculus, brevis. Semina brevia subquadrangula.

494. HIERACIUM *Pilosella*: scapo unifloro calyceque hirto, stolonibus repentibus, foliis integerrimis ellipticis subtus tomentosis.
H. Pilosella *Linn. svec. n.* 697. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1563. *Sv. Bot. t.* 458. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1110.
Hab. in pascuis sterilissimis siccissimis ubique frequenter.

Radix perennis, repens stolonibus suis demum radicantibus. Folia oblongata sursum obtusa, basi angustata, uncia vix longiora, supra laete viridia, subtus nivea. Pedunculus radicalis solitarius, plerumque digito brevior, squamula una alterave praeditus. Flores sulphurei, extus vittis croceis concinne picti, ad solstitium explicati, rarius bini in eodem scapo.

495. HIERACIUM *Auricula*: scapo subunifolio paucifloro, foliis integerrimis lanceolatis subtus glaucescentibus glabriusculis, stolonibus repentibus.
H. Auricula *Linn. svec. n.* 699. *lappon. n.* 282. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1111.
β. *majus*: scapo subumbellato unifolio.
H. dubium *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 24. *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1563.
Hab. in pratis et pascuis campestribus ubique.

Radix perennis repens ut in praecedente. Folia in minoribus plantis glabra et ad basin tantum ciliata. Scapus plerumque spithamalis bi-triflorus: flores quam in plerisque aliis minores, utrinque flavi. Mense florescentiae forma hujus minima legitur; post solstitium major oc-

currit stolonibus plerisque scapiferis foliis ubique ciliatis, scapis plusquam pedalibus supra medium bi-trifidis; ramis subumbellatis.

496. HIERACIUM *dubium*: scapo umbellato unifolio divergenter piloso stellulatimque pubescente, foliis integerrimis lanceolatis utrinque concoloribus caespitosis.

H. dubium *Linn. svec. n.* 698. *herbat. upsal in am. ac.* 3. *p.* 440. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1044.

H. cymosum *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 24. *Fries. nov. p.* 75

Hab. in pratis subruderatis fertilioribus passim.

Radix perennis, gerens caespitem foliorum et caulium, quorum laterales saepe basi declinati perperam stolones dicti sunt. Folia saepe spithamam longa, eximie ciliata, utrinque obscurius viridia. Caules intermedii erecti saepius sesquipedales, pube tenuissima paullo canescentes; pilis aliis longioribus divergentibus, ad basin caulium declinatorum divaricatis. Umbella saepe trigintiflora: floribus minoribus flavis ad foenisecium obviis. — Ab hoc differt H. cymosum extraneum caule basi multifolio pilis erectis basi flavescenti insidentibus, colore pallidiore.

497. HIERACIUM *praemorsum*: scapo thyrsifloro nudo: floribus superioribus praecocioribus, foliis ovalibus dentatis pubescentibus.

H. praemorsum *Linn. svec. n.* 700. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1567. *Flor. Dan.* 6. *t.* 942.

Hab. in pratis fere omnibus fertilioribus siccis prope aquas et sylvas sitis frequentissime.

Radix perennis brevis quasi praemorsa. Planta tota pubescentia tenui canescente sine omnibus pilis longioribus. Folia digitalis tantum longitudinis, breviter sed anguste petiolata, sesquipollicem lata. Scapus omnino nudus, sine minimo foliolo vel squama, sesquipedalis. Thyrsus longitudine digiti minimi. Calyces omnino glabri et laeves. Flosculi lutei ad solstitium praecipue aperti.

498. HIERACIUM *paludosum*: caule folioso panicula-

to, foliis amplexicaulibus glabris dentatis; radicalibus petiolatis runcinato-dentatis, calycibus hispidis.
H. paludosum *Linn. svec. n.* 702. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1579. *Flor. Dan.* 6. t. 928.
Hab. in pratis paludosis sylvaticis rarius, vix nisi ad Jumkil observatum.

Radix perennis. Herba tota glaberrima, saepe tripedalis. Folia radicalia et caulina inferiora retrorsum dentata; caulina media basi cordata amplectentia, saepe biuncialis latitudinis. Calyx setulis nigris eximie hispidus. Flosculi lutei post foenisecium exserti.

499. HIERACIUM *murorum:* caule paucifloro sparsifloro, foliis radicalibus subovatis dentatis; caulino minore subpetiolato.
H. murorum *Linn. svec. n.* 701. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1577.
α. foliis radicalibus cordatis. H. murorum *Fries nov.*
β. foliis radicalibus ovatis. H. vulgatum *Fries nov. p.* 76.
γ. foliis radicalibus utrinque angustatis; caulino sessili.
H. sylvaticum *Flor. Dan.* 7. *t.* 1113.
H. ambiguum *Ehrh. beitr.* 5. p. 178 ?
Hab. in rupestribus et saxosis sylvarum ubique.

Radix perennis. Herba ad radicem longius albo-pilosa, ceterum admodum variat. Flores in primis varietatibus pauciores praecociores, in ultima copiosiores ad foenisecium provenientes, flavi.

500. HIERACIUM *umbellatum:* caule umbellifero folioso: foliis sublinearibus denticulatis scabriusculis sessilibus.
H. umbellatum *Linn. svec. n.* 704. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1591. *Sv. Bot. t.* 425. bona. *Flor. Dan. t.* 680.
Hab. in pascuis et pratis macris duris ubique frequenter.

Radix perennis. Caulis strictus circiter bipedalis. Folia numerosa, vix plus quam biuncialis longitudinis. Inflorescentia subumbellata circiter septemflora. Calyx squarrosus glaber. Flosculi flavi serotini post foenisecium exserti.

LAPSANA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1247. Jussieu gen. p. 188. Gaertn. fruct. 2. p. 353. t. 157.

Calyx octophyllus, angulatus, connivens, basi squamulis brevissimis stipatus. Semina apice calva, decidua. — *Herba plane non lactescens.*

502. LAPSANA *communis:* caule paniculato, pedunculis filiformibus, foliis ovatis angulato-dentatis petiolatis; radicalibus lyratis.

L. communis *Linn. suec. n. 710. spec. pl. ed. Willd. 3. p. 1624. Flor. Dan. t. 500.*

Hab. in cultis et agris omnibus vulgatissime.

Radix annua. Caulis saepe tripedalis, strictus, foliosus, aeque ac tota planta glabriusculus. Calyces praecipue maturescentes eximie octanguli. Flores ex minimis hujus ordinis, lutei, aestate priore frequentissimi.

* * *

ARCTIUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1255. Lappa *Jussieu gen. p. 193. Gaertn. fruct. 2. p. 379. t. 162.*

Calyx globosus, imbricatus, demum totus decidens: squamis omnibus linearibus in spinas apice hamatas desinentibus. Receptaculum setoso-paleaceum. Pappus setosus brevis. — *Herbae magnae foliis inermibus indivisis, petiolis amplexicaulibus.*

502. ARCTIUM *Lappa:* foliis cordatis dentatis, calycibus aggregatis: spinis glabriusculis flosculos aequantibus.

A. Lappa *Linn. suec. n. 712. a. spec. pl. ed. Willd. 3. p. 1631.*

Lappa minor *Decand. fl. franc. n. 3010.*

Hab. in agris praecipue ad vias et semitas frequenter.

Radix biennis. Folia radicalia ultra pedem longa lataque maxima omnium nostrorum. Caulis circiter tripedalis, firmus. Calyces ipsi nuce avellana vix majores, sed aculei ejus subulati longitudine flosculorum et introrsum parum decrescentes. Flosculi rubro-violacei media aestate explicati.

503. ARCTIUM *Bardana*: foliis cordatis subintegerrimis, calycinis spinis lana intertextis limbo flosculorum brevioribus.

A. Bardana *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1632.

A. Lappa β *Linn. svec. n.* 712. *Sv. Bot. t.* 63. *Flor. Dan. t.* 642. *Woodville med. bot. t.* 15.

Lappa tomentosa *Decand. l. c.*

Hab. in hortis et ruderatis urbis pagorumque frequenter.

Praecedenti maxime affinis. Folia plerumque integerrima. Caulis brevior ut plurimum bipedalis, magis divergens. Calyces minores; praecipue spinae squamarum dimidio breviores magis herbaceae, itaque lanam copiosam sub apice exserentes, introrsum versus abeuntes in squamas apice coloratas disco flosculorum breviores. Flosculi etiam magis serotini, saturate violacei.

SERRATULA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1264. *Jussieu gen. p.* 195. *Gaertn. fruct.* 2. *p.* 379. *t.* 162.

Calyx subcylindricus, imbricatus: squamis inermibus adpressis. Receptaculum setosum. Pappus setaceus denticulatus vel (in specie posteriori) plumosus. — *Herbae foliis plus minus divisis vix decurrentibus.*

504. SERRATULA *tinctoria*: foliis inermibus basi pinnatifidis: lacinia terminali maxima argute dentata, floribus cymosis.

S. tinctoria *Linn. svec. n.* 713. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1638. *Sv. Bot. t.* 170. *Flor. Dan. t.* 281.

Hab. in pratis declivibus macris caespitosis Junipero Salicibusve infestatis passim copiose, ut juxta montes Godtsundenses, versus Bärby, prope sylvam Råbyensem Vaxalensium, pone Vitulfsberg e. s. p.

Radix perennis. Folia radicalia extima saepe indivisa; caulina superiora tota pinnatifida. Caulis plerumque bipedalis, gracilis. Calyx florens turbinatus, eximie imbricatus, coloratus. Flosculi rubro-violacei post foenisecium explicati. Pappus flavescens.

505. SERRATULA *arvensis*: foliis dentato-pinnatifi-

dis elongatis undulatis spinulosis utrinque glabris; caule paniculato.

S. arvensis *Linn. svec. n.* 715. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1646. *Flor. Dan. t.* 644.

Cnicus arvensis *Smith. fl. brit. comp.* 1816 *p.* 121.

Hab. in agris et arvis vulgatissime.

Radix perennis, repens. Caulis bipedalis et ultra, laeviusculus nec nisi in plantis junioribus prope radicem villosus parumque spinulosus ob folia ibi nonnihil decurrentia. Folia pleraque pinnatifida, sed summa et infima tantum dentata. Calyx florens basi ovatus crassitie tantum pisi majoris; squamarum apiculis innocuis. Flosculi dilute violacei, tenues fere setacei, aestate media exserti.

CARDUUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1254. Carduus et Cirsium *Decand. Gaertn. fruct. 2. t.* 162. 163.

Calyx ventricosus, imbricatus: squamis superioribus patentibus spina terminatis. Receptaculum setosum. Pappus deciduus setaceus, dentatus vel semiplumosus (*Cirsium Decand. Gaertn. Cnicus Smith.* — *Herbae foliis divisis plerumque decurrentibus spinosisque, floribus caeruleis.*

506. CARDUUS *nutans:* foliis interrupte decurrentibus glabriusculis spinosis, floribus nutantibus, spinis calycinis dilatatis superne divergentibus radiantibusque.

C. nutans *Linn. svec. n.* 717. *spec. pl. ed. Willd.* 3 *p.* 1648. *Flor. Dan. t.* 675.

Hab. in ruderatis areis et ipsius urbis elevatioris nunc temporis copiose.

Radix biennis. Caulis saepe bipedalis firmus. Folia utrinque viridia et glabra exceptis costis et venis majoribus cum caule villosis: laciniis valde divergentibus. Calyx major quam in sequentibus saepe bipollicaris latitudinis: apicibus squamarum liberis ad basin fere duas lineas latis, carinatis, sub florescentia non parum purpurascentibus, quasi radium circa florem constituenti-

bus. Flosculi omnium numerosissimi sub foenisecio egrediuntur, eleganter purpurei; tubo staminum caeruleo-nitente.

507. CARDUUS *lanceolatus*; foliis decurrentibus pinnatifidis subtus lanuginosis: laciniis divaricatis spinosis, squamis calycinis arachnoideo-pubescentibus acicularibus patentibus, pappo plumoso.
C. lanceolatus *Linn. svec. n.* 716, *Flor. Dan.* 7. *t.* 1173.
Cnicus lanceolatus *Smith. fl. brit. comp.* 1816. *p.* 120, *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1666, *Sv. Bot. t.* 416.
Hab. in ruderatis et ad viarum margines ubique frequenter.

Radix biennis perennisque. Folia radicalia et radici proxima petiolata non decurrentia, inferne laciniis disjunctis, superne confluentibus majoribus. Caulis bipedalis et ultra, albo-villosus, ob folia decurrentia ubique saltem bialatus: alis cum foliis eximie pungentibus. Calyces magnitudine ovi columbini; apicibus squamarum albescentibus valde penetrantibus. Flosculi violacei ad messem prodeunt.

508. CARDUUS *crispus*; foliis decurrentibus oblongis sinuatis spinulosisque subtus lanuginosis, floribus fastigiatis, squamis calycinis lineari-subulatis mucronatis glabriusculis patentibus.
C. crispus *Linn. svec. n.* 719, *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1652. *Flor. Dan. t.* 621.
Hab inter segetes praecipue vernales vulgatissime.

Radix annua. Caulis saepe tripedalis, ob folia admodum decurrentia alis valde crispis praeditus (unde nomen). Folia fere plana (sine laciniis squarrosis), satis mollia et spinulis debilibus vix pungentia. Calyx magnitudine fere nucis avellanae. Flosculi fere tota aestate reperiuntur, saturatius violacei.

509. CARDUUS *palustris*: foliis decurrentibus pinnatifidis dentatis spinosisque subtus hirsutis, floribus aggregatis, squamis calycinis mucronulatis adpressis, pappo plumoso.

C. palustris *Linn. svec. n.* 720.
Cnicus palustris *Smith fl. brit. comp.* 1816. *p.* 120. *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1662. *Sv. Bot. t.* 428.
Hab. in pratis declivibus sylvestribus passim ex. gr. ad montes Godtsundenses, ad Mathsmåsse sylvae Nosten, pone Vitulfsberg.

Radix biennis. Caulis saepius quinquepedalis strictus simplex usque ad inflorescentiam congregatam. Folia profunde pinnatifida; laciniis sublinearibus caule angustioribus. Calyces florentes piso parum majores: apicibus tam adpressis, ut mucronuli superne difficilius detegantur. Flosculi rubro-violacei, ad foenisecium exserti.

510. CARDUUS *heterophyllus*: foliis amplexicaulibus sublanceolatis strigoso-ciliatis indivisis laciniatisque subtus tomentosis, flore subsolitario pedunculato, pappo plumoso.
C. heterophyllus *Linn. svec. n.* 721. *herbat. upsal. in am. ac.* 3. *p.* 444. *Flor. Dan. t.* 109. non opt.
Cnicus heterophyllus *Smith. fl. brit. comp.* 1816. *p.* 121. *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1673.
Hab. in pratis maxime sylvaticis pone Jumkil.

Radix perennis. Caulis plerumque bipedalis simplex foliosus. Folia omnino varia: radicalia saltim extima indivisa petiolata; caulina inferiora plerumque laciniata, superiora autem basi cordata; omnia subtus nivea. Calyx magnus ad basin pollice crassior; squamis adpressis, superne mucronulatis. Flosculi ad foenisecium exstant rubro-violacei.

ONOPORDON

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1256. *Jussieu gen. p.* 193. *Gaertn. fruct.* 2. *p.* 376. *t.* 161.

Calyx ventricosus, imbricatus: squamis in spinam strictam elongatis. Receptaculum carnosum, alveolatum, glabrum. Semina hilo sublaterali introrsum adfixa. Pappus deciduus, setaceus. — *Herbae alis caulinis spinosissimis ubique armatae.*

11. ONOPORDON *Acanthium*: foliis decurrentibus tomentosis sinuatis, squamis calycinis patentissimis.
O. Acanthium *Linn. svec. n.* 724. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1686. *Sv. Bot. t.* 227. *Flor. Dan.* 6. *t.* 909.
Hab in ruderatis urbis passim.
Radix biennis. Planta maxima et spinosissima omnium ostrarum plantarum Capitatarum plerumque quinquepedalis, divergenter rigideque ramosissima. Folia infima pede majora; caulina plerumque ad dimidiam partem decurrentia alasque ipso caule latiores efficientia. Calyx florens nuce juglandis vix major flosculos diluto violaceos exserens; dein vero dilatatur usque in trium pollicarem latitudinem cum receptaculo suo carnoso.

CARLINA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1258 *Jussieu gen. p.* 193. *Gaertn. fruct.* 2. *p.* 384. *t.* 163.

Calyx ventricosus, imbricatus, duplex: foliolis exterioribus laxis bipinnatim in spinas plures divisis; squamis intimis longioribus nitidis scariosis radiantibus. Receptaculum paleaceum; paleis cohaerentibus spinescentibus. Pappus basi connatus in coronam, apice plumosus. — *Herbae foliis spinosis simpliciter sessilibus.*

12. CARLINA *vulgaris*: caule multifloro cymoso pubescente, foliis lanceolatis subtus pubescentibus.
C. vulgaris *Linn. svec. n.* 725. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1696. *Sv. Bot. t.* 434. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1174.
Hab. in collibus et campis glareosis tenui gramine obductis ubique.
Planta biennis tantum, sed ob duritiem insignem tertio anno etiam persistens sicca hygrometrica radium humiditate erigens siccitate expandens. Herba rarius sedem alta, spinis lutescentibus undique horrens, textx. Folia creberrima fere imbricata usque in calycem, quorum foliola exteriora nonnisi foliis adscendentibus mutatis constituuntur. Calycis squamae propriae efficiunt radios lineares lutescenti-nitentes, diametrum totius disci longitudine aequantes. Flosculorum corollulae sub-

brunneae; pistillis lutescentibus. Receptaculi paleae persistentes maxima parte flosculis multo breviores, sed una earum in quaque serie flosculis longior spinescens.

* * *

BIDENS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1287. Jussieu gen. p. 209. Gaertn. fruct. 2. p. 412. t. 167.

Calyx dupplici serie polyphyllus: foliolis exterioribus saepe longioribus. Receptaculum paleaceum, planiusculum. Semina plana, terminata aristis duabus — quaternis retrorsum hispidis.

513. BIDENS *tripartita:* foliis tripartitis laciniatisve subpetiolatis, floribus suberectis oblongisque, seminum aristis subternis.

B. tripartita *Linn. svec. n. 726. spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1715. *Loesel. pruss. p.* 53. *t.* 10.

Hab. in fossis, riguis omnibusque fere locis ubi aquae pluviales stagnant praecipue prope urbem et pagos ubique frequenter.

Radix annua. Planta magnitudine admodum varians; quae bipedalis et ultra est foliis compositis et calycibus foliosis gaudet, quae autem digitalis folia fere indivisa et calyces nudos gerit. Certius itaque cognoscitur insertione foliorum subpetiolata, calycibus angustatis, seminibus magis planis ideoque arista interiore semper carentibus. Flosculi post messem aperiuntur lutei sed circumdati paleis et calycibus umbrinis.

514. BIDENS *cernua:* foliis lanceolatis serratis amplexicaulibus, floribus cernuis globosis, seminum aristis subquaternis.

B. cernua *Linn. svec. n. 727. spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1716. n. 4. *α. Flor. Dan. t.* 841.

Hab. ad aquas fontanas juxta pagos rarius ex. gr. ad fontem infra Österby Läbyensium et ad Ultuna copiose lecta, nec non pone Örnsätra Jumkilensium versus Funbo, trans Håga.

Radix annua. Planta altitudine quidem varians, sed semper simplicior. Folia interdum spithamam longa et tamen indivisa. Flores apud nos semper sine radio sed eo crassiores et rotundiores. Flosculi ad autumnum prodeunt lutei; calycibus umbrinis. Semina magis teragona et plerumque aristis quatuor terminata.

1. ORD. POLYGAMIA SUPERFLUA

TANACETUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1280. Jussieu gen. p. 206. Gaertn. fruct. 2. p. 395. t. 165.

Calyx hemisphaericus, imbricatus: squamis adpressis. Flosculi marginales ut plurimum trifidi foeminei. Receptaculum nudum. Semina coronata margine membranaceo. — *Herbae valde odorae, Matricariis proxime affines.*

515. TANACETUM *vulgare*: foliis pinnatis incisis serratis. *Linn. svec. n.* 730. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1814. *n.* 18. *α. Flor. Dan. t.* 871. *Sv. Bot. t.* 81.
Hab. in graminosis siccioribus praecipue prope fluvium Upsaliensem et lacum Mäleri saepe frequenter; in Liljeconvaljsholm copiosissime.

Radix perennis, repens. Planta odore gravi, sapore amaro, plus quam bipedalis, foliosa. Folia fere spithamam longa et palmam lata. Panicula fastigiata. Flores explanati circiter tres lineas lati: flosculis numerosissimis flavis ad foenisecium explicatis.

ARTEMISIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1281. Jussieu gen. p. 206. Gaertn. fruct. 2. p. 387. t. 164. et Absinthium *ib. p. 393.*

Flosculi marginis feminei apetali subulati. Semina omnia apice calva. Receptaculum *in Artemisiis strictius dictis* glabrum magis pauciflorum et calyce oblongato circumdatum — sed *in Absinthio* villosum multiflorum calyce subgloboso breviore cinctum. — *Herbae utplurimum amarae foliis compositis.*

516. ARTEMISIA *vulgaris:* foliis subtus albo-tomentosis planis; caulinis pinnatifidis lanceolatis incisis acutis; floralibus superioribus indivisis linearibus, floribus oblongis subsessilibus erectis.

A. vulgaris *Linn. svec. n.* 731. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1845. *Sv. Bot. t.* 417. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1176.

Hab. in agris, cultis et ruderatis pingvioribus frequenter.

Radix perennis, lignosa. Planta debilius amara circiter quadripedalis virgata; caulibus purpurascentibus glabratis. Folia supra glabra obscure viridia. Racemuli laterales breves erecti; floribus ex cinereo rubicundis ad messem apertis; flosculis radii tantum quinis.

517. ARTEMISIA *campestris:* foliis pinnatim divisis incisisque filiformibus, caule procumbente virgato, floribus subovatis pedicellatis nutantibus.

A. campestris *Linn. svec. n.* 732. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1827. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1175.

Hab in collibus et campis apricis ventosis tum glareosis tum saxosis vulgatissime.

Radix perennis, subfusiformis. Planta fere insipida. Folia pleraque et majora radicalia, laciniis omnibus filiformibus tantum crassitiei. Caules inferne subnudi rubicundi. Racemi laterales elongati interdum longitudine digiti; floribus secundis omnium minimis lineam tantum longis latisque; flosculis radii duobus tribusve rubicundis, ad autumnum explicatis.

518. ARTEMISIA *Absinthium:* foliis incanis planis triplicato-pinnatifidis laciniatis obtusis, floralibus indivisis, floribus hemisphaericis pendulis intus villosis.

A. Absinthium *Linn. svec. n.* 735. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1844. *Sv. Bot. t.* 106. *Woodville med. bot. t.* 120.

Hab. in ruderatis siccioribus glareosis macris passim.

Radix perennis sublignosa. Planta tota intense amara, ubique sericeo-incana, circiter bipedalis, erecta lata ramosaque. Foliorum laciniae extimae saepius do-

ineas lata ut etiam flores. Flosculi numerosi flavi ad messem aperti.

GNAPHALIUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1282. Jussieu gen. p. 200. Elichrysum *Gaertn. fruct. 2. p. 404 t. 166.* et Antennaria *ib. p. 410. t. 167.*

Calyx imbricatus: squamis scariosis. Flosculi feminei apetali vel in diversa stirpe vel ad ambitum ejusdem floris. Receptaculum glabrum. Semina papposa: pappo apice incrassato in masculis flosculis, sed in femineis semper setaceo. — *Herbae pumilae, foliis indivisis integerrimisque.*

519. GNAPHALIUM *dioicum*: sarmentis procumbentibus: foliis cuneiformibus, caule simplicissimo cymoso, calycinis squamis laevigatis convexis integris.
♂ floribus brevibus, pappo clavato.
♀ floribus oblongatis, pappo setaceo.
G. dioicum *Linn. svec. n.* 756. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1882. *Sv. Bot. t.* 148. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1228.
Antennaria dioica *Gaertn.*
Hab. in locis aridis glareosis saxosisque tum campestribus tum sylvestribus vulgatissime.

Radix perennis, repens. Folia sarmentorum subtus semper nivea, supra viridia, vix unciam longa; caulina linearia minora adpressa. Caulis plerumque tantum digitalis. Flores variant colore albo et rubicundo in utroque sexu, majores quam in sequentibus, masculi tres lineas lati, mense frondescentiae jamdudum explicati.

520. GNAPHALIUM *sylvaticum*: caule simplicissimo folioso subspicato, foliis lineari-lanceolatis subtus sericeis; radicalibus supra glabris.
G. sylvaticum *Linn. svec. n.* 759. *Wahlenb. lapp. n.* 380. α.
G. rectum *Smith. brit.* 2. *p.* 870. *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 1885. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1229.
Hab. ad vias et agros sylvarum passim.

Radix perennis, nigricans, sine sarmentis. Planta pedalis et ultra. Folia radicalia biuncialis circiter longi-

tudinis, sursum latiora, supra omnino glabra; caulina linearia, quo superiora eo magis supra pilosula. Flores oblongi, inferiores in axillis foliorum solitarii, superiores aggregati, fuscescentes, post foenisecium prodeuntes.

521. GNAPHALIUM *uliginosum:* caule diffuse ramoso lanato, foliis linearibus subtomentosis, floribus globosis confertis terminalibus.
G. uliginosum *Linn. svec. n.* 740. *spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 1891 *Flor. Dan. t.* 859.
Hab. locis depressioribus ubi aquae pluviales stagnant, saepius ad vias copiose.

Radix annua, tenuis. Planta tota laxa mollissima. Caulis circiter spithamaeus, inde a basi valde ramosus. Flores inter lanam albam umbrini, post messem frequentes.

ERIGERON

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1287. *Jussieu gen. p* 202. *Gaertn. fruct.* 2. *p.* 448. *t.* 170.

Calyx oblongus imbricatus: squamis angustis apice patulis. Receptaculum glabrum. Flosculi foeminei ad ambitum nonnulli apetali, plerique vero ligulati: radio angustissimo, filiformi. Pappus setaceus. — *Herbae foliis indivisis.*

522. ERIGERON *acre:* caule racemoso: pedunculis alternis unifloris calycibusque pilosis, foliis lanceolato-ligulatis sessilibus.
E. acre *Linn. svec. n.* 741. *spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 1959. *Column ecphr.* 2. *t.* 26. *f.* 2.
Hab. in saxosis glareosisque sterilibus locis passim.

Radix biennnis perennisve. Planta tota plerumque pilosa, pedalis et paullo ultra. Folia radicalia in majoribus exemplaribus insigniter serrata, caulina plerumque integerrima. Caulis et pedunculi rubent. Flosculi radii pallidius violacei erecti, discum superantes, ad foenisecium explicati. Pappus demum insigniter rufescit.

TUSSILAGO

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1289. Jussieu gen. p. 202. Gaertn. fruct. 2. p. 447. t. 170.

lyx simplici serie polyphyllus aequalis, demum basi entricosus. Flosculi feminei ligulati radiantesque rarius in Petasit. apetali). Receptaculum glabrum. Pappus capillaris. — *Herbae foliis radicalibus magnis subrotundis multangulis.*

1. TUSSILAGO *Farfara:* scapo squamoso unifloro: flore radiato, foliis cordatis angulatis denticulatis subtus lanuginosis.

T. Farfara *Linn. svec. n.* 743. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 1967. *Sv. Bot. t.* 2. *Flor. Dan. t.* 595.

Hab. in agris aliaque terra argillacea denudata irrigata frequentissime.

Radix perennis, repens. Scapi vel pedunculi radicales primo vere surgunt, plerumque digitalis tantum longitudinis, squamis solummodo tecti sine foliis aliis. Flos primus nostrorum regelatione vix peracta prodit, latitudine pollicis, flavus: flosculi radii numerosi angustè lineares, disco dupplo longiores. Folia postea aestate oriuntur e diversis ramis radicis, palmam lata et ultra.

SENECIO

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1290. Jussieu gen. p. 202. Gaertn. fruct. 2. p. 400. t. 166.

lyx cylindricus aut conicus, polyphyllus, subaequalis, sed basi calyculatus squamulis brevibus vel paululis apice sphacelatis s. nigro-fuscis. Flosculi feminei marginis rarius deficientes (in speciebus paucifloris) apetalique, plerumque (scil in spec. multifloris) ligulati radiumque efficientes: Receptaculum glabrum. Pappus capillaris. *Herbae foliis divisis, floribus minoribus.*

1. SENECIO *vulgaris:* floribus eradiatis sparsis, foliis amplexicaulibus pinnatifido-sinuatis dentatis.

S. vulgaris *Linn. svec. n.* 747. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 1979. *Sv. Bot. t.* 355. *Flor. Dan. t.* 513.

Hab. in cultis, ruderatisque locis omnibus vulgatissim
Radix annua. Herba tota glabriuscula. Caulis v
plus quam pedalis. Folia inferiora sublyrata; superio
pinnatifida. Calyces insigniter pyramidati. Flosculi d
sci lutei, per magnam partem aestatis obvii.

525. SENECIO *sylvaticus:* radio revoluto pauciflo
squamis calyculi brevissimis adpressis, foliis pi
natifidis denticulatis pubescentibus.
S. sylvaticus *Linn. svec. n.* 748. *spec. pl. ed. Wi*
den. 3. *p.* 1985. *Dillen. elth. t.* 258. *f.* 337. *Fl*
Dan. t. 869.

Hab. in locis exustis sylvae Nosten, praecipue i
Mathsmåsse copiose.

Est quasi forma macrior sylvatica sequentis speci
Radix etiam annua. Herba tota tenuiter pubescens si
glandulis evidentibus. Calycis basis planiuscula: squ
mulis extra marginem ejus vix prominentibus. Fl
sculi radii vix plures quam octo, calyce multo brevi
res lutei, post foenisecium explicati.

526. SENECIO *viscosus*: radio revoluto multifloro
squamis calyculi patulis elongatis, foliis pinnatifi
dis denticulatis viscosis, caule paniculato.
S. viscosus *Linn. svec. n.* 749. *spec. pl. ed. Wi*
den. 3. *p.* 1984. *Dillen. elth. t.* 258. *f.* 336. *Fl*
Dan. 8. *t.* 1250.

Hab. in ruderatis glareosis circa arcem et in ipsa u
be nunc temporis frequentissime.

Radix annua. Herba praecedentibus duplo triplo
major obesiorque, undique praecipue superne glandu
loso-viscosa. Folia superiora tam profunde pinnatifid
ut fere pinnata sint. Calycis squamae inferiores longe extr
marginem baseos exstantes. Flosculi radii circiter tre
decim latiusculi, calyce vix breviores antequam revol
vuntur, lutei, versus autumnum frequentissimi.

SOLIDAGO

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1292. *Jussieu gen. p.* 202. *Gaertn. fruct.*
2. *p.* 447. *t.* 170.

Calyx imbricatus: squamis inaequalibus, oblongis, ad

essis. Flosculi foeminei ligulati pauci, florem sub-
inqueradiatum patentem efficientes. Receptaculum
ibrum. Pappus capillaris. — *Herbae foliis indivisis,*
ribus luteis aggregatis.

SOLIDAGO *Virgaurea*: caule subflexuoso angu-
lato, racemis panioulatis confertis, foliis caulinis
utrinque attenuatis.
S. Virgaurea *Linn. svec. n. 754. spec. pl. ed. Will-*
den. 3. p. 2065. *Flor. Dan. t.* 663. non bona.
ab. in pratis sylvaticis duris frequenter.
adix perennis. Caulis altitudine varius, saepius bi-
lis, inferne rubescens. Folia radicalia saepe bis
cem lata, scabriuscula. Panicula in campestribus
magis conferta floribus numerosioribus sed mino-
s constituta; in sylvestribus locis magis laxa flori-
majoribus. Flores toti lutei, serotini; radiis multo
oribus quam in omnibus praecedentibus, circiter li-
n latis.

INULA

nh. gen. ed. Schreb. n. 1295. Jussieu gen. p. 202. Gaertn. fruct.
2. p. 449. t. 170.

yx imbricatus: squamis patulis infimisque majoribus.
ntherae basi bisetosae vel attenuatae. Flosculi fe-
inei radiantes numerosi (ultra 15). Receptaculum nu-
m. Pappus capillaris. — *Herbae foliis indivisis, flo-*
bus luteis magnis.

INULA *salicina*, foliis lanceolatis recurvatis ser-
rato-ciliatis amplexicaulibus, ramis angulatis, flo-
ribus solitariis: inferioribus altioribus.
I. salicina *Linn. svec. n.* 759. *spec. pl. ed. Willd.*
3. *p.* 2096. *Flor. Dan. t.* 786.
ab. in pratis et pascuis asperis Junipero Salicibus-
que infestatis passim ex. gr. in Liljeconvaljsholm,
ad montes Godtsundenses, in saliceto trans Vit-
ulfsberg copiose.
adix perennis, repens. Caulis circiter bipedalis.
a caulina numerosa, rigidula et macra, subnitentia,
digitum longa et lata. Calyx latitudine digiti. Flo-

res toti saturate flavi, post foenisecium explicati; rad
numerosissimis, pro angustia sua valde longis utpo
seminuncialibus.

CHRYSANTHEMUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1307. Jussieu gen. p. 204.
Gaertn. fruct. 2. 420 t. 168.

Calyx hemisphaericus, imbricatus; squamis coriac
margine scariosis. Receptaculum nudum, planiusc
lum. Semina apice calva. — *Herbae inodorae fol*
ut plurimum simplicibus.

529. CHRYSANTHEMUM *Leucanthemum:* foliis d
longo-spathulatis serratis basi inciso-dentatis a
plexicaulibus, radio discolore.
Ch. Leucanthemum *Linn. suec. n.* 763. *spec. pl. e*
Willden. 3. *p.* 2142. *Sv. Bot. t.* 546. *Flor. Da*
6. *t.* 994.
Hab. in pratis siccioribus vulgatissime.
Radix perennis. Folia radicalia petiolata, obovat
crenata; caulina ut supra indicatum, serraturis omnib
non mucronatis. Caulis angulatus. Flores sub foen
secio frequentissimi: disco luteo; radiis albis, linear
bus, saepe viginti et ultra. Calycis squamae omnes dor
virescentes ceterum umbrinae.

530. CHRYSANTHEMUM *segetum:* foliis glaucesce
tibus incisis mucronatis basi dentatis amplexicau
bus, radio concolore.
Ch. segetum *Linn. suec. n.* 762. *spec. pl. ed. Will*
3. *p.* 2148. *Sv. Bot. t.* 496. *Flor. Dan.* 6. *t.* 99
Hab. in agris arenosis inter Lassbybackar et Kung
parken nunc temporis non raro.
Radix annua. Herba tota glaucescens, pingviuscul
Caulis teres, laevis. Cotyledones imo cauli adhaeren
tes ovales omnino succulentae. Folia inferiora fere pi
natifida, superiora indivisa et tantum serrata: serratu
omnibus eximie mucronatis. Calycis squamae interio
res maximam partem scariosae lutescentes. Flore
sub messe praecipue nitentes toti saturate flavi, radi

duplo latioribus et brevioribus quam praecedentis speciei, numero vix ultra duodecim.

MATRICARIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1308. Jussieu gen. p. 205. Gaertn. fruct. 2. p. 420. t. 168. et Pyrethrum *Ib. p. 430. t. 169.*

Calyx planus vel hemisphaericus, imbricatus: squamis herbaceis marginatis. Receptaculum nudum vel conicum seminaque apice calva (*in Chamomillis s. Matricariis* Gaertn.) vel convexum et semina apice coronata (*in Matricariis proprie sic dictis s. Pyrethris* Gaertn.) — *Herba plerumque odora, foliis compositis, mollibus.*

531. MATRICARIA *Chamomilla:* radiis patentissimis, calycibus planis margine aequalibus, receptaculis conicis, foliis subsetaceis.
M. Chamomilla *Linn. svec. n.* 764. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 2161. *Sv. Bot. t.* 50.
β. *svaveolens*: radiis deflexis paucioribus.
M. svaveolens *Linn. svec. n.* 766. *Ehrh. beitr.* 5. *p.* 52. *n.* 85.
Hab. in agris secalinis arvisque passim copiose, at β frequentior ad domos et in hortis.

Radix annua. Caulis circiter pedalis, ramosissimus. Folia bipinnata: laciniis subsetaceis, glabris. Flores prodeunt cum florescentia Secalis: disco luteo tres lineas lato; radiis circiter septemdecim albis. Haec planta agrestis in graminosis hortorum et ad domos valde gracilescit et in β abit floribus duplo fere minoribus, etiam magis svaveolentibus. Huic accedit figura in Sv. Bot.

532. MATRICARIA *inodora*: radiis patentibus, receptaculis hemisphaericis, seminum corona integerrima, squamis calycinis margine scariosis, foliis filiformibus, caule ramoso patulo.
M. inodora *Linn. svec. n.* 765. α. *Flor. Dan. t.* 696, Pyrethrum inodorum *Willden. spec. pl.* 3. *p.* 2157.
Hab. ad agros, vias, horrea, domosque ubique.

Radix annua. Planta tota svaveolentia carens, diffuse

patula, mollis, glaberrima. Caulis angulatus. Folia bipinnata fere ut praecedentis, sed majora crassioraque ut tota planta. Flores praecipue duplo triplove majores fere Chrysanthemi, post messem explicati: disco luteo digitum minorem fere lato; radiis saepe triginta albissimis.

ANTHEMIS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1312. Jussieu gen. p. 207. Chamaemelum *Gaertn. fr. 2. p. 426. t. 168.* et Anthemis *Ib. p. 433. t. 169.*

Calyx hemisphaericus, imbricatus; squamis margine membranaceis. Flosculi radiantes numerosi elongati. Receptaculum subconicum paleaceum: paleis deciduis inter semina calviuscula (*in Chamaemelo Gaertn. vel duabus prioribus speciebus*), — vel persistentibus inter semina coronata (*in ultima specie*). — *Herbae foliis compositis rigidioribus ut plurimum mucronatis.*

533. ANTHEMIS *Cotula*: receptaculis conicis; paleis setaceis, seminibus apice angustis calvis, calyce herbaceo, foliis subfiliformibus glabriusculis.

A. Cotula *Linn. svec. n. 767. spec. pl. ed. Willd. 3. p. 2181. Sv. Bot. t. 429. Flor. Dan. 7. t. 1179.*

Hab. ad plateas solo pingviore saepe humectato praecipue in urbis depressiore parte frequenter.

Radix annua. Planta ingrati odoris praecipue florens. Caulis erectiusculus ramosissimus. Foliola bipinnatifida minora quam in praecedenti ut tota planta. Flores post foenisecium praecipue exstant, multo minores quam praecedentis plantae: disco luteo circiter tres lineas lato; radiis albis vix ultra duodecim.

534. ANTHEMIS *arvensis*: receptaculis subconicis; paleis lanceolatis oxsertis, seminibus apice dilatatis tuberculatis, calyce scarioso, foliis planiusculis cano-pubescentibus.

A. arvensis *Linn. svec. n. 768. spec. pl. ed. Willden. 3. p. 2180. Flor. Dan. 7. t. 1178.*

Hab. in arvis et agris vulgatissime.

Radix annua, rarius biennis. Planta tota fere ino-

ora, paulo succosior et rigidior quam praecedentis, liquantum canescens. Folia bipinnatifida: laciniis laioribus. Flores fere ejusdem magnitudinis, post foenisecium diu explicati: disco luteo; radiis albis. Receptaculum vero magis crassescit et increscentibus seminibus globum durum constituit.

35. ANTHEMIS *tinctoria:* paleis persistentibus rigidis flosculos superantibus, seminibus coronatis, foliis bipinnatis serratis planis subtus tomentosis, caule corymboso.

A. tinctoria *Linn. svec. n.* 769. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 2189 *Sv. Bot. t.* 62. minus suffic. *Flor. Dan t.* 741.

β. radiis pallidis: caule minus erecto.

A. tomentosa *Flor. Dan.* 4. *t.* 685.

Hab. ad agros campestres solo margaceo vel argillaceo frequentissime.

Radix biennis. Planta tota major quam praecedentes saepius bipedalis, corymboso-ramosa. Folia saepe sesquipollicem lata. Flores magni fere ut in Chrysanthemo segetum toti aurei sesquipollicem lati, post foenisecium explicati.

β. vero quasi ad praecedentem reflectitur radiis pallescentibus interdum albescentibus, caule minore saepe decumbente.

ACHILLEA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1313. *Jussieu gen. p.* 207. *Gaertn. fruct.* 2. *p.* 426. *t.* 168.

Calyx ovatus, imbricatus: squamis angustis linearibus. Flosculi radiantes subquini: ligulis ovatis latisque, repandis. Receptaculum planum, paleaceum. Semina calva.

536. ACHILLEA *Millefolium:* foliis bipinnatis pilosulis: laciniis linearibus dentatis mucronatis, caule superne sulcato.

A. Millefolium *Linn. svec. n.* 770. *spec. pl. ed. Willd.* 3. *p.* 2208. *Sv. Bot. t.* 74. *Flor. Dan. t.* 737.

Hab. in omnibus graminosis siccioribus vulgatissime.

Radix perennis, repens. Caules circiter pedales, simplices et superne cyma fastigiata florum terminati. Folia pleraque vix digitum minorem lata. Cyma florum sub foenisecio et postea explicata, saepe palmam lata. Flores plerumque albi vel paullo rubicundi semine cannabis non majores, flosculis disci subquinis totidemque radii disco toto latioribus vel latitudine fere calycis.

3. ORD. POLYGAMIA FRUSTRANEA

CENTAUREA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1331. Jacea et Cyanus *Jussieu gen. p.* 194. *Gaertn. fruct. 2. p. 382. t. 161.*

Calyx imbricatus: squamis apice subfimbriatis (vel stellatim spinosis in exteris speciebus). Flosculi omnes tubulosi, sed radii majores, interdum ut in specie prima maximi multifidi, vacui (sine genitalium vestigio): laciniis superioribus plerumque majoribus. Receptaculum favosum, setosum. Semina hilo laterali impresso introrsum adfixa. Pappus setaceus asper. – *Herbae Capitatae, floribus pulchrioribus.*

537. CENTAUREA *Cyanus:* flosculis radii septemfidis; calycinis squamis serratis adpressis pubescentibus, foliis linearibus sessilibus; infimis pinnatim dentatis.

C. Cyanus *Linn. svec. n. 776. spec. pl. ed. Willd. 3. p. 2291. Sv. Bot. t. 52. Flor. Dan. 6. t. 993.*

Hab inter segetes hybernas et in earum arvis vulgatissime.

Radix annua. Herba tota ob pubescentiam arachnoideam adpressam aliquantum canescens. Caulis angulatus, saepe bipedalis, ramosus. Folia trinervia; inferiora dentibus paucis subulatis divaricatis. Calyces vix pisi magnitudine; squamis adpressis, sed serraturis patentibus pulchre albicantibus. Flores ante messem explicantur intus suturatius caerulei; flosculis disci vix plus quam undecim, radii vero multiplo majoribus pulchre

cyaneis. Magno huic radio optime respondent semina disci hilo majore interno fere dimidiam longitudinem seminis occupante.

538. CENTAUREA *Jacea*: calycinis apicibus ovatis scariosis squarrosis, foliis lanceolatis; inferioribus sinuato-dentatis, ramis angulatis.
C. Jacea *Linn. svec. n.* 774. *spec pl. ed. Willden.* 3. *p.* 2303. *Flor. Dan. t.* 519.

Hab. in pratis apricis et ad agros ubique frequenter.

Radix perennis. Caulis plerumque adscendens, eximie angulatus. Folia infima petiolata; reliqua dentibus nonnullis stipularibus caulem subamplectentia. Calyx communis cum appendicibus squamarum scariosis cochleariformibus badiis magnitudine nucis Avellanae. Flosculi sub foenisecio exstant omnes violaceo-rubicundi: disci numerosissimi; radii iisdem parum majores.

539. CENTAUREA *Scabiosa:* calycibus globosis; squamis adpressis ciliato-fimbriatis, foliis scabriusculis pinnatifidis; laciniis lanceolatis acutis basi incisis.
C. Scabiosa *Linn. svec. n.* 773. *spec. pl. ed. Willden.* 3. *p.* 2296. *Sv. Bot. t.* 327. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1231.

Hab. ad agros et vias campestres frequenter.

Radix valde perennis, multicaulis. Folia radicalia interdum pedem longa, inferne prope petiolum fere pinnata: pinnis ibi indivisis integerrimis, superne vero pinnae confluunt simulque auriculis deorsum spectantibus instruuntur. Caules saepius tripedales et ultra, valde ramosi et angulati. Calyx communis magnitudine ovi columbini; squamarum marginibus atris divisis in fimbrias pallescentes. Flosculi erumpentes paullo ante messem Secalis, violaceo-rubicundi, in disco numerosissimi, in radio parum majores.

ORD. POLYGAMIA NECESSARIA

FILAGO

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1345. *Jussieu gen. p.* 200. *Gaertn. fruct.* 2. *p.* 404, *t.* 166.

Calyx imbricatus, pentagonus, conicus acuminatusque.

Flosculi pauci plerique feminei subapetali, quorum marginales saepius soli fertiles. Receptaculum glabrum. Pappus capillaris — *Herbulae floribus aggregatis lana intertextis, Gnaphaliis proxime affines.*

540. FILAGO *montana:* caule erecto virgato ramosoque, foliis oblongatis lanuginosis, floribus congestis terminalibus inferne lanatis.

F. montana *Linn. svec. n.* 780. *herbat. upsal. in am. ac.* 5. *p.* 431. *Ehrh. upsal in beitr.* 5. *p.* 26.

Gnaphalium arvense *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 1897. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1275.

Hab. in sabulosis glareosisque montosis apricis perflatis frequenter.

Radix annua. Caulis plerumque spithamaeus, ut plurimum ad medium divisus in ramos plures apice floriferos. Folia caulina plerumque semiunciam longa; fulcrantia floribus suis longiora. Flores semper terminales in apicibus caulis ramulorumque conglomerati, lana alba ad basin tecti, in hoc genere majusculi duas lineas longi, post foenisecium aperti.

ORD. MONOGAMIA

LOBELIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1363. *Jussieu gen. p.* 185. Rapuntium. *Gaertn. fruct.* 1. *p.* 151. *t.* 30.

Calyx germini adnatus, quinquedentatus, parvus. Corolla monopetala, tubulosa: limbo quinquepartito: laciniis duabus superioribus labium superius, tribus inferioribus majoribus labium inferius constituentibus. Antherae connatae basi dehiscentes. Capsula bilocularis, apice dehiscens: dissepimento valvis contrario. *Herbae lactescentes. Ord. nat.* 23 *Campanaceae.*

541. LOBELIA *Dortmanna:* foliis linearibus bifistulosis integerrimis, scapo subnudo simplici racemoso. *Linn. svec. n.* 783. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 938. *Sv. Bot. t.* 452, optim. *Flor. Dan. t.* 39.

Hab. in aqua ad litora lacus Mäleri rarius, interdum usque ad Lileconvaljsholm lecta.

Radix perennis, tota fibrosa. Folia fere omnia radicalia plerumque unciam tantum longa, quasi fistulis duabus parallelis composita, bilinearis tantum latitudinis. Scapus teres sesquipedem longus vel ultra pro diversa aquae profunditate, bracteis tantum brevibus praeditus. Flores aliquantum secundi sparsi sub foenisecio explicati, penduli. Corolla lactea vel ex caerulescente albida; columna antherarum fusca inter lacinias superiores prodeunte.

VIOLA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1364. Jussieu. gen. p. 326. Gaertn. fruct. 2. p. 139. t. 112.

Calyx pentaphyllus: foliolis latere interiore adfixis. Petala quinque irregularia; infimo latiore retrorsum calcar inter calycis foliola emittente. Antherae subsessiles, sursum intra membranam appendicularem dehiscentes; infimis duabus appendices calcari petali infimi immittentibus. Capsula supera, libera, unilocularis, trivalvis: valvulis latere interiore seminiferis. — *Herbae foliis alternis stipulatis, pedunculis axillaribus unifloris.* —

Ord. nat. inter Campanaceas et Gruinales ambigit.

542. VIOLA *palustris*: acaulis, foliis reniformibus glabris subnervosis, calycibus obtusis, calcari brevi, radice repente.

V. palustris *Linn. suec. n.* 786. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1163. *Flor. Dan. t.* 83.

Hab. in pratis humidis sylvestribus et ad paludes sylvarum passim.

Radix perennis, filiformis. Folia glaberrima subnitida, crenata. Pedunculi in medio bracteati, vix digitalis longitudinis. Flores mense frondescentiae optime exstant ex carneo dilute caerulescentes: venis labii inferioribus saturate pictis.

543. VIOLA *hirta*: acaulis, foliis oblongo-cordatis petiolisque hirtis, calycibus obtusis.
V. hirta *Linn. svec. n.* 788. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1162. *Flor. Dan. t.* 618.
Hab. in dumetis umbrosis lucisque passim copiose.
Radix perennis, saepe crassitie calami scriptorii, caespitem insignem foliorum pedunculorumque emittens. Petioli insigniter divergenterque hirti. Folia ipsa etiam initio hirta, obtuse serrata. Pedunculi plerumque glabrescunt, inferne bracteis binis stipati, saepius digitalis longitudinis. Flores mense frondescentiae frequentissimi, violacei.

544. VIOLA *lactea* β. caule adscendente teretiusculo, foliis cordato-lanceolatis, stipulis inciso-serratis, calycibus acutis
(V. lactea *Smith brit.* 1. *p.* 247. *Engl. Bot.* 7. *t.* 445. est prima var. pumila)
V. stricta *Hornem. hort. hafn. p.* 958.
Hab. in pratis uliginosis rarius; ad Vårdsätra aliquando copiose lecta.
Radix perennis, repens. Planta statura admodum varians, apud nos mediae staturae neque tam pumila ac ipsa lactea Sm. neque omnino tam erecta ac V. stricta Hornem. cui tamen propior. Bene distingvitur a sequente foliis angustioribus, floribus lacteis s. dilutissime caerulescentibus initio aestatis obviis.

545. VIOLA *canina*: caule demum adscendente canaliculato, foliis cordatis glabriusculis, stipulis utrinque serrato-ciliatis, calycibus acutis.
V. canina *Linn. svec. n.* 785. *mant. p.* 484. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1164. *Sv. Bot. t.* 290. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1455.
β. *minor*: foliis brevioribus subreniformibus. *Decand. fl. franc. suppl. p.* 617.
γ. *sylvestris*: major pilosior. V. mirabilis *Flor. Dan.* 6. *t.* 1045.
Hab. in pratis et graminosis praecipue dumosis et sylvaticis vulgatissime; β. in collibus glareosis; γ. in sylvis majoribus.

Radix perennis. Planta statura maxime varians. β. minima tantum uncialis, foliis saepe tres lineas tantum longis, floribus magis violaceis primo vere vel initio mensis germinationis jamdudum obviis; α. ordinaria planta est, foliis circiter unciam longis, floribus caeruleis mense frondescentiae prodeuntibus; γ. adhuc major est et magis serotina floribus dilutius caeruleis. Omnes stipulas plerasque scariosas habent, summas tantum virides herbaceas.

546. VIOLA *mirabilis:* caule triquetro flores apetalos subfemineos gerente, foliis reniformi-cordatis, stipulis integerrimis, floribus masculis radicalibus petaloideis.

V. mirabilis *Linn. svec. n.* 789. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1167. *Jacqu. austr. t.* 19.

Hab. in lucis et dumetis nostris laetioribus prope aquas majores sitis passim copiose, ut ad Vårdsätra, Godtsunda, in luco Norbyensi, ad paludem Vitulfsbergensem in peninsula.

Radix perennis, crassiuscula, superne gemmas varias herbamque biformem emittens. Etenim primo vere adest fasciculus foliorum radicalium convolutorum, inter quae pedunculus etiam radicalis folia non superans, ad curvaturam bracteis obsoletis praeditus, floremque gerens petaloideum dilutum, fere lacteum, striatum, masculum antheris completis coloratis sed pistillo abortiente. Ad latus hujus fasciculi postea surgit caulis completus stipulis integerrimis, floribus caulinis subsessilibus omnino apetalis femineis, loco staminum squamis decoloratis intus tantum glandulosis stigma optime obtegentibus et tamen fructus fertilis evadit. Est itaque fecundatio valde obscura et mirabilis.

547. VIOLA *tricolor:* caule angulato diffuso, foliis oblongis dentato-crenatis, stipulis lyrato-pinnatifidis, stigmate urceolato.

V. tricolor *Linn. svec. n.* 791. δ. *spec. pl. ed. Willden.* 1. *p.* 1168. *n.* 24. β. *Sv. Bot. t.* 44. *Flor. Dan t.* 625.

β. *arvensis* petalis bicoloribus calycem subaequantibus.

V. tricolor α. β. γ. *Linn. svec. n.* 791. *Sv. Bot. l. c. fig. h.*

Hab. in pratis et ad agros, sed β in ipsis arvis et inter segetes vulgatissime.

Radix annua. Caulis ramosus: ramis adscendentibus. Folia ad radicem saepe basi cordata. Stipulae tenuiter ciliatae. Flores axillares; pedunculi foliis multoties longiores. Petala occurrunt explicata a vere usque in autumnum, obcordata: superiora duo violacea, lateralia albescentia, infimum magis flavum β. angustior est omnibus partibus et omni colore violaceo in floribus caret.

CLASSIS XX.

GYNANDRIA

CONSPECTUS.

Situs staminum in pistillo praecipue occurrit in plantis polline vix depluente sed cohaerente praeditis, ubi sine hoc situ pollen ad stigma vix perveniret. Ita se res praeprimis habet in plantis Orchideis maximam partem hujus classis constituentibus. ORCHIDEAE *inter plantas monocotyledoneas optime distinguuntur capsula infera unilocular i trivalvi ad lineam mediam valvularum seminifera, seminulis tenuissimis arillo cylindrico inclusis, foliis indivisis, vaginis integris. Corolla earum proprie hexapetala est, sed proprio modo irregularis: petalis lateralibus inferioribus cum petalo summo exterioribus; petalis lateralibus superioribus interioribus cum petalo summo saepe quasi galeam constituentibus; petalo autem infimo omnium intimo vel cum genitalibus optime conjuncto, a ceteris maxime diverso, plerisque auctoribus* nectarium *dicto nobis* Labellum *nuncupato. Optimam et maxime naturalem methodum has plantas in genera ulterius distinguendi praebent ipsa stamina et natura pollinis cum indole totius plantae optime conjuncta, sequenti modo.* 1) *Pollen*

nucosum conjunctum in duos fasciculos stipitatos intra loculos duos terminales antice supra stigma dehiscentes, quali praeditae sunt orchideae omnium optimae radicibus tuberosis vel ut hic dicitur testiculatis crescentes, ut Orchis *et* Ophrys. 2) *Pollen farinaceum non conjunctum sed inclusum anthera operculi instar columnam genitalium supra tegente, eaque vel decidua in* Malaxi *et* Corallorrhiza, *vel persistente in* Epipactile *et* Serapiade. 3) *Pollen etiam farinaceum sed inclusum anthera stigmati parallela in* Listera *et* Neottia. *Harum omnium una tantum anthera est, quare Monandriam constituunt.* Cypripedium *autem etiam ad Orchideas pertinens duabus antheris instruitur et Diandriam solum intrat. Omnium radix perennis.*

Tertius ordo artificialis nobis est Polyandria solo genere Callae.

In hac classe forsan etiam quaereretur Asclepias.

1. ORD. MONANDRIA

ORCHIS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1367 Swartz in Vet. Ac. Handl. 1800. p. 205. t. 3. f. A.

Corolla ringens; galea fornicata; labello basi subtus calcarato. Pollen pedicellatum in loculis terminalibus. — *Radix tuberibus vel indivisis vel palmatis vel fasciculatis.*

548. ORCHIS *bifolia:* tuberibus indivisis, labello lanceolato integro; calcari longissimo recto, petalis lateralibus deorsum divergentibus.

O. bifolia *Linn. spec. n.* 793. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 10. *Sv. Bot. t.* 314. *Flor. Dan. t.* 235.

Hab. in sylvis et collibus pratorum Junipero obductis passim.

Radix fibras supra tubera indivisa gerens. Folia ad radicem duo opposita, obovato-lanceolata. Caulis angulatus, una alterave bractea herbacea stipatus, cum spica plerumque pedalis. Flores explicantur post sol-

stitium, noctu fragrantissimi. Bracteae totae herbaceae, germinibus breviores. Petala exteriora alba, undulata; interiora cum labello apicem versus virescentia.

549. ORCHIS *conopsea:* tuberibus palmatis, petalis lateralibus descendentibus, labello cuneiformi trilobo aequali, calcari setaceo germinibus longiore.
O. conopsea *Linn. svec. n.* 799. *mant. p.* 487. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 32. *Flor. Dan. t.* 224.
Hab. in collibus pratorum sylvaticorum laetioribus passim ex. gr. ad sylvam Råbyensem.

Radix alte divisa. Caulis cum spica saepe plus quam pedalis altitudinis. Folia omnino linearia trium linearum latitudinis simulque conduplicata. Spica cylindrica longior. Flores post solstitium explicati, toti purpureo-violacei sine ullis punctis. Labelli lobi tres fere aequales tum longitudine tum latitudine. Calcar germine duplo longius, basi angustum, quare etiam petala lateralia descendunt.

550. ORCHIS *maculata:* tuberibus palmatis patentibus, petalis lateralibus adscendentibus, labello dilatato trilobo, calcari cylindrico germinibus breviore.
O. maculata *Linn. svec. n.* 800. *mant. p.* 487. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 31. *Sv. Bot. t.* 413. *Flor. Dan.* 6. *t.* 953.
Hab. in pascuis sylvaticis humidis ubique.

Radix patenter divisa. Caulis cum spica saepius pedalis altitudinis. Folia fere omnia radicalia, lanceolata, non parum glaucescentia et insuper maculis fuscis adspersa. Bracteae caulis tantum adnatae. Spica elongata, post solstitium florens. Petala mox explicata subviolacea, dein vero albescunt adeo, ut puncta lineaeque saturate violaceae eo elegentiores evadant in labello et petalis lateralibus.

551. ORCHIS *latifolia:* tuberibus subfasciculatis rectis, petalis lateralibus adscendentibus, labello acuto: lateribus reflexis, calcari conico, bracteis flore longioribus.

O. latifolia *Linn. svec. n.* 801 *mant. p.* 486. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 28. *Flor. Dan. t.* 266.

Hab. in pratis humidis apricis passim copiose ex. gr. juxta fluvium Upsaliensem trans Tegelbruket, versus Fogelsången, ad Godtsunda.

Radicis tubera inaequaliter divisa. Herba tota laete rens. Folia longe vaginantia adeo ut unum alterum- ipsum caulem medium tegat. Caulis crassiusculus rictus, vix pedalis. Spica brevis bipollicaris. Flores aecociores quam praecedentium plerumque ante solstium explicati, roseo-violacei; labello lineis aream obordatam includentibus; fauce maxima omnium, quo fit calcar conicum evadat et petala lateralia sursum ndant.

52. ORCHIS *viridis:* tuberibus subfasciculatis, labello lineari apice tridentato; dente intermedio minore, calcari saccato brevissimo.

O. viridis *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 33. *Sv. Bot. t.* 507. *f.* 2. bona. (nom. Habenariae).

Satyrium viride *Linn. svec. n.* 804. *Flor Dan. t.* 77.

Hab. in pratis sylvestribus rarius, vixque nisi ad Vitulfsberg visa.

Radix alte divisa. Planta tota plerumque semipeda- s. Folia duo vel tria in caulem adscendentia, oblongo- lliptica, vix plusquam unciam longa. Bracteae plerae que floribus longiores. Flores ad foeniseciuin proveiunt fere toti virescentes, cum tinctura quadam fucescente.

OPHRYS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1369. (partim) *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1800. *p.* 222. *t.* 3. *D.*

Corolla ringens, patula: labello ecalcarato, patente. Pollen pedicellatum in loculis terminalibus. *Radix saepius uno tubere.*

53. OPHRYS *Monorchis:* tubere globoso, foliis oblongis, caule nudo, labello cruciato subtus gibboso.

O. Monorchis *Linn. svec. n.* 810. *mant. p.* 489. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 61. *Flor. Dan. t.* 102. bona.

Hab. ad templum Börje in prato uliginoso Prästängen dicto satis copiose.

Radicis tuber ad plantam futuri anni alendam destinatum. Folia radicalia duo, quibus rarius in caule accedit minutum quoddam. Caulis vix spithamaeus. Spica subsecunda bracteis longitudine germinum. Flores minuti lutescentes post solstitium explicati.

MALAXIS

Swartz Vet. Ac. Handl 1800. p. 233. t. 3. P.

Corolla patens, ringens resupinata: galea labelloque subsimilibus planiusculis indivisis. Anthera farinifera terminalis opercularis, decidua. — *Herbula molles nodo radicis altero supra alterum posito et vaginis foliorum tecto, supra quas scapus nudus.*

554. MALAXIS *paludosa:* foliis spathulatis apice granulosis, caule angulato, labello angustato.

M. paludosa *Swartz Vet.* Ac. *Handl.* 1789. *p.* 1[illegible] *t.* 6. *f.* 2. *Willden. spec. pl* 4. *p.* 91.

Ophrys paludosa *Linn. svec. n.* 813. *Ehrh. beitr.* 3. *p.* 69. *Flor. Dan. t.* 1234.

Hab. in paludibus spongiosissimis maximis trans Junkil copiose, in Vitulfsbergensi parcius.

Radix abrupta sine radiculis, sed nodis pisiformibus instructa. Folia plerumque tria, ungviculi magnitudine valde concava, apice constricta et intus granulosa interdum etiam proifera vel folio minori aucta. Scapus cum spica circiter trium unciarum altitudinis, trigonus angulis aliis minoribus intermediis. Flores paullo post solstitium explicati, toti viriduli, rachidi adpressi, omnino resupinati labello sursum verso. Petala exterora duo superiora inter se connivent; duo interiora lateralia ceteris angustiora mox recurvantur versus germen, unde flos valde oblongatus apparet. Labellum ceteris petalis longe brevius, pellucidius, concavum apiculatum; nervis quatuor obscurioribus.

CORALLORRHIZA

R. Brown in Ait. hort. kew. 2. v. 5. p. 209.

Corolla patens, ringens: labello postice gibbo. Anthe-

ra farinifera terminalis opercularis, decidua. -- *Herba aphylla mollis, radice ramosa.*

5. CORALLORRHIZA *innata: Smith. fl. brit. comp.* 1816. *p.* 131. *Sv. Bot. t.* 554. minus bona.
Ophrys Corallorhiza *Linn. svec. n.* 816. *Flor. Dan. t.* 451.
Cymbidium Corallorhizon *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 109.
Hab. locis spongiosis umbrosis ad paludes maximas sylvaticas pone Jumkil, praecipue ad Engbyvik paludis Långmossan.
Radix undique horizontaliter expansa, ramosa ra- ulosaque crassitie pennae gallinaceae, ubique carnosa tomento sugens sine fibrillis ullis. Herba omnino a- ıylla. Caulis spithamaeus, infra medium omnino te- us vaginis fuscescentibus indivisis labio obliquo ter- inatis. Flores tantum sex, bracteolis inconspicuis sti- ıti, penduli, toti e viridi paullo fuscescentes, parum an- foenisecium explicati. Labellum concavum et sub- ccatum, apice integrum.

EPIPACTIS

Swartz Vet. Ac. Handl. 1800. p. 231. t. 3. N. b. f. (partim)

orolla subcampanulata: labello productiore inferne ventricoso, in medio subconstricto, apice diviso. Anthera farinifera terminalis opercularis, persistens. — *Herbae vaginatae, radice ramosa.*

56. EPIPACTIS *Nidus avis:* caule vaginato aphyllo; labello bifido: lobis divergentibus.
E. Nidus avis *Svartz Vet. Ac. Handl.* 1800. *p.* 232. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 87.
Ophrys Nidus avis *Linn. svec.* 815. *Flor. Dan. t.* 181.
Hab. in luco umbroso peninsulari ad Vårdsätra raro.
Radix ramosa densos nodos constituens. Planta tota allide fuscescens. Caulis firmus fistulosus, circiter pe- alis; vaginis inferne laxis. Flores latitudine fere di- iti minimi, initio aestatis explicati.

SERAPIAS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1371. Epipactis *Swartz Vet. Ac. Handl. 1800. p. 231. t. 3. N. a.*

Corolla subcampanulata: labello inferne ventricoso, medio constricto incisoque apice indiviso. Anthera farinifera terminalis, opercularis, persistens. -- *Herbae radice fibrosa, caule multifolio.*

557. SERAPIAS *latifolia*: fructu pedicellato pyriform pendulo pubescente, bracteis laxis, foliis subovatis labello apice integro acutiusculo petalis breviore.
S. latifolia *Linn. mant. p.* 490. *Ehrh. beitr.* 3. p. 69. *et* 5. *p.* 26.
S. Helleborine *a. Linn. svec. n.* 819. *Flor. Dan. t.* 81[illegible]
Epipactis latifolia *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 83.
Hab. prope paludes majores trans Jumkil rarius.
Radix fere tota fibrosa. Caulis ad radicem vaginatus tantum, in medio foliosus, circiter pedalis. Flores secundi, bracteis vix longiores, subbrunnei, ad foenisecium et postea aperti.

LISTERA

R. Brown in Ait. hort. kew. 2. v. 5. p. 201.

Corolla patens, ringens: labello basi amplectente columnam genitalium teretem. Anthera farinifera, stigmati parallela. -- *Herbae foliis binis sessilibus in medio caule, radice fibrosa.*

558. LISTERA *cordata*: foliis rhombeo-cordatis, labello bifido: dente baseos utrinque assurgente.
L. cordata *Smith. fl. brit. comp* 1816. *p.* 130.
Ophrys cordata *Linn. svec. n.* 809. *Gunn. norv. n.* 668. *t.* 3. *f.* 6. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1278. (*Sv. Bot. t.* 472.) minus bona.
Epipactis cordata *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 88.
Hab. in terra muscosa subhumida sylvarum maximarum passim; in sylva Kungsparken åsen ad Knäppingen parcius, trans Jumkil copiosius.
Radix tenuis, gemmam futuri anni prope caulem flo-

iferum ostendens. Planta tota spithamaea. Caulis sub erra vagina unica vestitus, infra folia vera glaberrimus, ubtetragonus, supra ea pubescens. Folia in medio caule pposita esse videntur, sed exactius examinata unum xtra alterum caulem amplectens, utrinque nitida, magitudine plerumque ungvis Spica pauciflora, ad solstiium florens. Pedicelli bracteis duplo longiores. Flores x minimis hujus ordinis: petalis exterioribus virescenibus, intimis fuscescentibus. Capsula semine Sinapis ix major.

NEOTTIA

Jacqu. collect. 3. p. 174.

Corolla connivens ringens: petalis lateralibus exterioribus majoribus includentibus labellum basi saccatum. Anthera farinifera, stigmati parallela. — *Herbae caule vaginato folioso.*

559. NEOTTIA *repens:* labello apice attenuato, floribus secundis pubescentibus, foliis ovatis, radice repente.

N. repens *Swartz. Vet. Ac. Handl.* 1800. *p.* 226. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 75.

Satyrium repens. *Linn. svec. n.* 807. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 26. *Jacqu. austr. t.* 369. *Flor. Dan. t.* 812.

Hab. in sylvis muscosis antiquissimis rarius, aliquoties pone Kungshamn et Sunnersta lecta.

Radix eximie repens, filo vix crassior, terminata caule circiter spithamæo. Folia in caule inferiore plura, nervosa et venis transversis quodammodo tessulata; petiolis dilatatis inferne vaginantibus. Caulis supra folia vaginis aphyllis instructus. Flores numerosi post foenisecium aperti, pallidi.

2. ORD. DIANDRIA

CYPRIPEDIUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1376. Swartz Vet. Ac. Handl. 1800. p. 250.

Calyx diphyllus petaloideus, petalis binis lateralibus simillimus. Galea genitalibus conjuncta, pedicellata;

laciniis binis lateralibus antheriferis. Labello sacciformi obtusissimo. — *Herbae caule unifloro folioso.*

560. CYPRIPEDIUM *Calceolus*: lobo galeæ elliptico obtuso. labello petalis breviore compressiusculo.
C. Calceolus *Linn. svec. n.* 820. *spec pl. ed. Willden.* 4. *p.* 142. *Sv. Bot. t.* 524.
Hab. in sylvis laetioribus rarissime; ad Funbo aliquando l ctum.

Radix horizontalis fibrosa. Folia plerumque tria supra radicem in caule inferiore amplectentia non vere vaginantia, circiter spithamam longa. De cetero foliolum infra germen spathae instar sedet. Flos post solstitium prodit speciosus, ab Orchideis praecedentibus satis diversus. Foliola ejus duo exteriora, quorum unum ad labellum alterum ad galeam sedet, omnino accessoria esse videntur, itaque calyx dicuntur. Petala duo lateralia praecedentibus angustiora etiam purpurea. Petala vero superiora omnia cum columna genitalium conjuncta esse videntur, adeo ut supremum in lobum galeae abeat, lateralia in lacinias antheriferas mutentur, omnia flava. Labellum maximum extimo articulo pollicis vix minus, flavum.

ORD. POLYANDRIA

CALLA

Linn. gen. ed. 6. n. 1030. Jussieu gen. p. 28. Gaertn. fruct. 2. p. 20. t. 84.

Spatha monophylla, spadice longior, cordato-ovata, acuminata, colorata. Spadix cylindricus genitalibus contiguis tectus. Stamina (pistillis intermixta) versus apicem spadicis numerosiora, filamentis planis germini adfixa (*in nostra saltem specie*). Bacca carnosa, subunilocularis, octosperma.
Ord. nat. 7. *Aroideae* (*Piperitae Linn.*)

561. CALLA *palustris*: foliis cordatis, spatha plana, spadice cylindrico aequali. *Linn. svec n.* 822. *spec. pl. ed. Willd.* 2. *p.* 290. *Sv. Bot. t.* 39. *Flor. Dan. t.* 422.

Hab. in paludibus aquosis profundissimis trans Jumkil copiose, ut etiam in fovea infra Vesterby Läbyensium et simili loco pone Flötsund parcius.

Radix valde perennans, horizontalis, cylindrica crassitie digiti minimi, articulata, apice adscendens emittensque folia et scapum. Petioli vagina fissilis in formam ligulae integrae supra insertionem protensa. Folia e costa media nervos multos aequales edunt. Scapus omnino teres laevissimus. Spatha scapum basi sua non perfecte amplectens, intus alba, extus virescens, apice subulata. Spadix intra spatham breviter pedicellatus, florens sub solstitio,

CLASSIS XXI

MONOECIA

CONSPECTUS.

Obveniunt in hac classe inter plantas ex variis rationibus diclines factas 1) INUNDATARUM *et earum similium aquaticarum minimarum plantarnm tria genera scil.* Zannichellia, Callitriche *et* Lemna; 2) CALAMARIARUM *in Triandriae Monogynia indicatarum tria genera scil.* Typha, Sparganium, Carex; 3) SCABRIDARUM *semine unico nudo, embryone curvato circa albumen farinosum, floribus apetalis foliis scabris praeditarum unum genus nempe* Urtica; 4) AMENTACEAE *floribus in amenta mollia pendula dispositis, semine solitario post singulum pistillum, cotyledonibus plerumque magnis sine evidente albumine, qualia sunt genera* Alnus, Betula, Quercus et Corylus; 5) INUNDATARUM *majorum genera duo valde affinia* Ceratophyllum *et* Myriophyllum; 6) TRIPETALOIDEARUM *unum genus* Sagittaria; 7) CONIFERARUM *vel arborum acifoliarum princeps genus scil.* Pinus; 8) CUCURBITACEARUM, *herba volubili cirrhifera, staminibus quinque contorqvatis, fructu polyspermo utplurimum baccato cognoscendarum, unum genus* Bryonia.

1. ORD. MONANDRIA

ZANNICHELLIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1391. Jussieu gen. p. 24. Gaertn. fruct. 1. p. 77. t. 19.

Mas nudus (sine calyce et corolla) ad basin pedicelli feminini insertus. Feminae Calyx campanulatus apetalus. Semina quatuor utricularia, subpedicellata, acuminata, compressa, extus undata. — *Herbula aquatica, superne ramosa, foliis alternis, Potamogetoni affinis inter Tripetaloideas.*

562. ZANNICHELLIA *palustris:* anthera quadrilocularis, stigmatibus integerrimis, seminibus dorso undulatis.

Z. palustris *Linn. svec. n.* 824. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 181. *herbat. ups. in am. ac.* 3. *p.* 442. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 26. *Flor. Dan. t.* 67.

Hab. in aquis quietis prati Kungsängen et locorum adjacentium plantas maritimas interdum producentium raro.

Planta tota annua, tenuitate fere setae, media aestate obvia.

CALLITRICHE

Linn. gen. ed. Schreb. n. 17. Jussieu. gen. p. 24. Gaertn. fruct. 1. p. 330. t. 68.

Calyx utriusque sexus nullus. Petala duo falciformia. Styli duo. Semina quatuor per paria connata, nuda, compressa, extrorsum marginata. — *Herbulae aquaticae, foliis oppositis, floribus axillaribus.*
Ord. nat. 14. *Inundatae.*

563. CALLITRICHE *verna:* foliis trinervibus: summis obovatis; inferioribus linearibus, seminibus obtusangulis.

C. verna *Linn. svec. n.* 3. *syst. veg. ed. Roemer* 1. *p.* 46. *Flor Dan. t.* 129.

C. verna α natans *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 7.

β. minima: foliis omnibus linearibus obtusis apice integris.

C. verna γ *Roemer l. c. Loesel pruss. p.* 140. *t.* 38.

Hab. in aquis stagnantibus minoribus ubique; β locis inundatis seriore aestate denudatis.

Tota annua primo vere ex aqua emergens foliis opacis crassiusculis saturatius viridibus; floribus inferioribus femineis, superioribus masculis: stamine longo exserto extra petala vermiculata curvula albescentia fere staminiformia.

β. seriore aestate conspicitur quasi praecedentis foliis superioribus natantibus orbata, saepius decumbens et passim radicans.

564. CALLITRICHE *autumnalis*: foliis uninervibus linearibus truncatis, seminibus margine membranaceis.

C. autumnalis *Linn. svec. n.* 4. *syst. veg. ed. Roemer* 1. *p.* 47.

Hab. sub aqua in fluviis lente fluentibus ex. gr. ad Qvarnbo, Håga, Liljeconvaljsholm copiose.

Tota annua, versus autumnum conspicua ad fundum aquae, statura decussata vel quadrifaria ob folia approximata per paria sese decussantia, tenuiter membranacea subpellucida, laetius virentia. Flores feminei plerumque soli observantur, rarius interspersis aliquot masculis. Fructus major quam in praecedente.

2. ORD. DIANDRIA

LEMNA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1400. *Jussieu gen. p.* 24.

Calyx utriusque floris monophyllus, latere dehiscens, apetalus. Stamina cum pistillo imperfecto juncta. Pistillum perfectum stylo brevi persistente. Capsula unilocularis supera: seminibus paucis, oblongis, striatis. — *Herbulae minimae, liberae in aqua viventes (nec radiculis adfixae), foliolis utplurimum tribus inaequalibus in junctione floriferis et radicantibus constitutae, plantis Acotyledoneis accedentes.*

565. LEMNA *polyrhiza*: natans, foliis subrotundis utrinque planis subtus coloratis, radicibus confertis.
L. polyrhiza *Linn. svec. n.* 825. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 195. *Sv. Bot. t.* 324. *f.* 3. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1589.

Hab. in fluviorum sinubus et recessubus quietis occultis passim ex. gr. ad Ultuna et infra Ekebysjö copiose.

Occurrit ab adventu Hirundinis usque ad ejusdem discessum ut omnes sequentes. Fructificans non observata est, sed propagari videtur gemmulis quibusdam internis Latior est ceteris utpote saepe quinque lineas expansa, supra obscurius viridis, subtus rubicunda nitida.

566. LEMNA *minor*: natans, foliis subrotundis utrinque planis concoloribusque, radicibus solitariis descendentibus.
L. minor *Linn. svec. n.* 827. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 194. *Sv. Bot. t.* 324. *f.* 1. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1587.

Hab. in aquis fere omnibus stagnantibus vulgatissime.

Dimidio minor praecedente, undique viridis et ejusdem indolis. Saepius fructificans media aestate observata est quam ceterae.

567. LEMNA *gibba*: natans, foliis subrotundis subtus hemisphaericis spongiosis pallescentibus, radicibus solitariis divergentibus.
L. gibba *Linn. svec. n.* 826. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 194. *herbat. upsal. in am ac.* 3. *p.* 458. *Sv. Bot. t.* 324. *f.* 2. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1588. *Ehrh. beitr.* 1. *p.* 48.

Hab. in aquis maxime impuris raro.

Latitudine praecedentis, sed subtus cellulosa inflata laxa constituta. Etiam florens lecta est.

568. LEMNA *trisulca*: submersa, foliis lanceolatis decussatim prolificantibus petiolatisque.
L. trisulca *Linn. svec. n.* 828. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 193. *Sv. Bot. t.* 324. *f.* 4. *Flor. Dan. t.* 9. *t.* 1586.

Hab. in aquis purioribus plerumque sylvestribus vel pratensibus frequenter.

Foliola singula latitudinem tantum lineae habent, sed per petiolos se ad plures pollices extendunt. Alias tria foliola decussatim conjuncta sunt fere ut in praecedentibus, e qua conjunctione nonnisi una radicula descendit. Nunquam fructificans lecta est.

3. ORD. TRIANDRIA

TYPHA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1401. Jussieu gen. p. 30. Gaertn. fruct. 1. p. 8. t. 2.

Amentum masculum in apice culmi cylindricum, densissimum; calycibus trisetosis, staminibus communi stipiti impositis. -- Amentum femineum culmum infra masculum obvestiens eique aequale: flosculis stipiti papposo insidentibus: semine tereti angusto intra pappum -- *Plantae Calamariis proxime affines, culmis enodis, foliis maxime linearibus ecarinatis distiche imbricatis.*

569. TYPHA *latifolia:* foliis subensiformibus, amento masculo femineoque approximatis cylindricis.
T. latifolia *Linn. svec. n.* 830. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 197. *Sv. Bot. t.* 520. *Flor. Dan. t.* 645. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 27.
Hab. cum sequenti rarissime.
Radix valde perennis, horizontalis, digitum crassa. Folia erecta, culmo fere aequalia. Culmus saepe sexpedalis strictus, digitum minorem crassus. Amentum femineum digitum longum: masculo breviore quasi apicem praecedentis constituente.

570. TYPHA *angustifolia:* foliis linearibus extus convexis, amento masculo femineoque remotis; utroque cylindrico.
T. angustifolia *Linn. svec. n.* 809. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 198. *Sv. Bot. t.* 234. *Flor. Dan. t.* 815.
Hab. in fluvio Upsaliensi infimo infra Sunnersta satis copiose.

Radix valde perennis, crassa. Vaginae radicales extimae ultra pollicem crassae, antice divisae membranisque stipularibus praeditae; intimae culmum usque ad medium vestientes. Folia oppositis lateribus culmi applicata, culmo plerumque paullo longiora et tamen non ultra sesquitertiam lineam lata. Culmus fere orgyalis, teres et laevissimus, penna anserina parum crassior. Spicae tantum unciali spatio a se invicem remotae, sub solstitio florentes, aequales longitudine.

SPARGANIUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1402. Jussieu gen. p. 30. Gaertn. fruct. 1. p. 75. t. 19.

Amenta mascula globosa: calyce triphyllo. -- **Amenta feminea** juxta caulem flexuosum axillaria, subglobosa: receptaculo communi scrobiculato subrotundo; calyce tetraphyllo; stigmate subbifido; semine drupaceo, turbinato, angulato: cortice carnoso demum exsucco: nucleo farinaceo. -- *Plantae Calamariis proxime affines, culmis nodosis foliosis. Species valde sibi affines.*

571. SPARGANIUM *natans*: foliis planis decumbentibus, amento masculo subsolitario; femineis axillaribus sessilibus, stigmatibus ovatis.
S. natans *Linn spec. n* 832. *mant p* 494. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 200. *Flor. Dan. t.* 260.
β. minimum, foliis erectiusculis *Linn. fl. lapp. n.* 344.
Hab. in paludibus aquosis omnibus frequenter, ubi folia primum natant, dein exsiccante aqua decumbunt vel saltem apice nutant.

Radix parum perennans, tota fibrosa. Culmi longitudine valde varii pro diversa profunditate aquae, sed semper subfiliformes laxi. Folia nonnisi in terra siccio-re aliquantum eriguntur sed tamen plana permanent. Amenta feminea omnino sessilia in axillis, et omnes partes fructificationis breviores. Flores post solstitium proveniunt. Amenta fructifera piso parum majora.

572. SPARGANIUM *erectum*: foliis subtriquetris ere-

ctis, amentis femineis supraaxillaribus nudis, stigmatibus linearibus.
S. erectum *Linn. svec. n.* 831.
S. simplex *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 199. *Sv. Bot. t.* 342 *Flor. Dan.* 6. *t.* 932.
Hab. in aquis plerisque majoribus quietis frequenter.
Radix perennis, fibrosa. Folia paullo ultra duas lineas lata. Culmus circiter pedalis strictus. Amenta feminea supra axillam bractearum in culmo inseruntur et suprema culmum amplectuntur (quod nunquam in praecedente specie). Amenta mascula tria ad sex post solstitium explicata.

573. SPARGANIUM *ramosum:* foliis acute triquetris strictis, amentis femineis axillaribus pedunculatis ramulum masculum gerentibus, stigmatibus linearibus.
S. ramosum *Willden. spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 199. *Sv. Bot. t.* 464. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1282.
S. erectum maximum *Linn. svec. l. c.*
Hab. in aquis majoribus praecipue versus lacum Mäleri copiose.
Radix perennis, fibrosa passimque stolonifera. Folia plerumque digitum minorem lata. Culmus bipedalis et ultra. Inflorescentia patenter ramosa ad foenisecium explicata. Pedunculus femineus ex axilla folii bracteantis exit et amentum suum ad exitum bracteae sequentis attollit, deinque amentis pluribus masculis concatenatis terminatur. Amenta fructifera magnitudine nucis.

CAREX

Linn. gen: ed. Schreb. n. 1467. *Jussieu gen. p.* 31. *Gaertn. fruct. 1. p.* 12. *t.* 2.

Spicae aut Spiculae androgynae vel sexu distinctae, undique imbricatae squamis calycinis simplicibus. Stamina ceteroquin nuda. — Pistillum in diversa spica vel parte spicae: stigmata sola exserta bina aut terna, in Germine ancipiti aut triquetro, eoque incluso intra Nectarium saccatum demum adolescens in cap-

sulam spuriam utricularem, apice perviam bidentatam aut integram, cum semine maturo decidentem. *Plantae Calamariae foliis plus minus planis carinatis — — vel* 1) *spica unica simplicissima n.* 574-576 — — *vel* 2) *spiculis pluribus spicam compositam constituentibus iisque sive* a) *apice masculis n.* 577-580 *sive* b) *basi masculis n.* 582-589. — — *vel* 3) *spicis pluribus sexu distinctis sive* α) *bracteis vaginantibus n.* 590-598. *sive* β) *bracteis amplectentibus n.* 599-602. *sive* γ) *bracteis dimidiatis n.* 603-611, *quarum stigmatibus binis n.* 609-611.

574. CAREX *dioica:* spica simplici sexu distincta in stirpe diversa, capsulis subovatis patentibus, culmo foliisque laevibus.
C. dioica *Linn. suec. n.* 835. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 207. *Flor. Dan. t.* 369. *Sv. Bot. t.* 551.
Hab. in pascuis uliginosis humidisque frequenter.
Radix perennis ut in omnibus speciebus totius generis, subrepens filiformisque. Folia filiformia. Culmus plerumque spithamaeus. Spicae florent ante solstitium et ad foenisecium maturantur ut in plerisque speciebus generis. Capsulae saturate fuscae, numerosae.

575. CAREX *pulicaris*: spica simplici pauciflora apice mascula, capsulis oblongis acuminatis reflexis, foliis setaceis.
C. pulicaris *Linn. suec. n.* 834. partim. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 213. *Sv. Bot. t.* 535. *f.* 1.
C. psyllophora *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 27
Hab. in pratis uliginosis secundum Cl. Ehrhart.
Radix caespitosa. Culmus plerumque digitalis tantum. Capsulae plerumque sex saturate fuscae.

576. CAREX *levcoglochin*: spica simplici triflora apice mascula, stigmatibus tribus, capsulis lanceolatis tri retibus reflexis, foliis canaliculatis.
C. levcoglochin *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 27. 1. *p.* 186. *Linn. supl.* 413. *Sv. Bot. t.* 539. *f.* 1.
C. pauciflora *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 211. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1274.

Hab. in paludibus spongiosis sylvaticis pone Jumkil, praecipue in Engbyvik et Ultunavik paludis Långmossen.

Radix repens, divergenter stolonifera. Culmus paullo plus quam digitalis. Capsulae plerumque tres flavescentes, fere sesquitertiam lineam longae.

577. CAREX *chordorhiza*: spiculis apice masculis subaggregatis, capsulis subglobosis, folio canaliculato, radice filiformi prorepente.

C. chordorhiza *Ehrh. upsal in beitr.* 5. *p.* 27. et 1. *p.* 186. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 219. *Schkuhr car. n.* 17. *t. G. li. fig.* 31. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1408.

Hab. in paludibus fluctuantibus profundissimis, ut ad lacum Vitulfsbergensem et Långmossen Jumkilensium copiosissime.

Radix plures pedes repit omnino chordaeformis. Folium caulinum plerumque unciam modo longum. Culmus ut plurimum spithamalis. Spica semiuncia brevior, demum squarrosa. Capsulae demum fuscescunt.

578. CAREX *paniculata*: spiculis apice masculis in paniculam dispositis, capsulis conicis utrinque gibbis superne membranaceo-marginatis: ore diviso.

C. paniculata *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 244. *Schkuhr car. n.* 24. *t. D. fig.* 20. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1116.

β. *teretiuscula*: spiculis in spicam subcylindricam squarrosam congestis *Wahlenb. lapp. n.* 425.

C. teretiuscula *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 244. *Schkuhr car. t. T. fig.* 69.

Hab. in palude spongiosa Vitulfsbergensi et Jumkilensibus copiose.

Radix caespitosa, squamis vaginisque valde fuscis. Culmus in α saepe bipedalis, in β brevior. Panicula in α digitalis longitudinis; spica autem in β sesquiuncialis: utraque fuscescens.

579. CAREX *muricata*: spiculis apice masculis in spicam subdecompositam approximatis, capsulis coni-

cis: acuminatis extus convexis divergentibus acutangulis superne serrulatis.

C. muricata *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 234. *Schkuhr car. n.* 13. *t. E. et Dd. fig.* 22. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1526

Hab. in pratis et pascuis praesertim rupestribus nemorosis fere ubique frequens.

Radix caespitosa ut in sequentibus. Gramen totum laetius virens, pedale et ultra. Spica ex viridi flavescens, fructifera digito minore angustior.

580. CAREX *vulpina*: spiculis apice masculis in spicam supradecompositam cylindricam conglomeratis, capsulis conicis acuminatis extus convexis divergentibus acutangulis, culmo angulis acutissimis.

C. vulpina *Linn. svec. n.* 838. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 231. *Flor. Dan. t.* 308. monstrosa. — *Schkuhr car. n.* 10. *t. C fig.* 10.

Hab. in fossis aliisque locis aquosis passim frequenter.

Gramen latius ceteris hujus sectionis; foliis plus quam tres lineas latis; culmo stricto sesquipedali; spica crassitie digiti medii, ex viridi flavescens saltem cum immatura.

581. CAREX *intermedia*: spiculis inferioribus terminalique femineis; intermediis masculis, capsulis margine acutis.

C. intermedia *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 224. *Schkuhr car. n.* 9. *t. B. fig.* 7. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1343.

C. disticha *Ehrh. beitr.* 6. *p.* 82.

Hab. in pratis subhumidis apricis ubique copiose.

Gramen obscurius viride, gracile; culmo nutante sesquipedali. Spica semper eximie fuscescit.

582. CAREX *leporina*: spiculis basi masculis approximatis quinis, capsulis squamas aequantibus ovatis longe acuminatis utrinque planiusculis membranaceo-marginatis apice bifidis subincurvisque.

C. leporina *Linn. svec. n.* 837.

C. ovalis *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 229. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1115.

Hab. in pascuis et pratis siccioribus praecipue ad vias frequenter.

Gramen obscurius viret. Culmus semper rectus, strictus, circiter pedalis. Spica fuscescens, marginibus squamarum albicantibus. Stigmata incurva.

583. CAREX *elongata:* spiculis superioribus basi masculis in racemum laxum subapproximatis, capsulis squama longioribus laxis oblongis acuminatis utrinque convexis obtusangulis nervosis apice integerrimis.

C. elongata *Linn. svec. n.* 841. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 240. *Schkuhr. car. n.* 39. *t. E. fig.* 25. *Flor. Dan. t.* 1236.

Hab. in paludibus graminosis rarius, ut a parte occidentali paludis Vitulfsbergensis itemque ad oram septentrionalem paludis Långmossan trans Jumkil.

Gramen totum flavescens valde flaccidum. Culmi saepe bipedales. Spica saepe digitum minorem longa, fere pendens, pallide flavescens.

584. CAREX *microstachya:* spiculis lateralibus femineis confertis; terminali basi mascula triplo longiore, capsulis squamas excedentibus ovatis acuminatis margine extenuatis submembranaceis.

C. microstachya *Ehrh. beitr.* 3. *p.* 72. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 250.

Hab. in parte meridionali paludis Vitulfsbergensis a multis Grönvalla dicta admodum parce.

Gramen totum eximie flavescens, angustum et tamen strictum. Folia vix unam lineam lata, dimidio breviora culmo pedali rarius sesquipedali triquetro. Spica angustis vix ultra lineam latis spiculis composita; quarum mascula dimidiam longitudinem totius spicae efficit. Squamae ex aurantiaco flavescunt. Capsulae magis explanatae quam in proximis rachidem fere amplectuntur.

585. CAREX *Heleonastes:* spiculis basi masculis confertis quaternis subglobosis, capsulis squamas subexcedentibus ovatis acutis utrinque convexis subobtusangulis patentibus, culmo stricto.

C. Heleonastes *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 27. 3. *p.* 69. *herb. n.* 28. *Wahlenb. lapp. n.* 42. *Schkuhr. ctr. n.* 42. *tab. Ii. fig.* 97.

Hab. in palude Vitulfsbergensi et in paludibus trans Jumkil copiose, sed vix nisi calidissimis aestatibus fructificationem edit.

Folia hujus etiam strictiora et angustiora quam in praecedente apparent, quia magis complicata et carinata sunt. Culmus quoque strictior, eximie triqueter; et spica duplo saltem crassior est spiculis omnibus subaequalibus saltem bis lineam latis, fere ejusdem coloris demum modo obscurioris.

586. CAREX *stellulata*: spiculis basi masculis subapproximatis quaternis, capsulis conicis attenuatis extus convexis acutangulis divaricatis.

C. stellulata *Schreb. spicil.* — *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 236.

C. muricata *Flor. Dan. t.* 284. minus bona.

Hab. locis uliginosis sterilibus per pascua sylvatica passim copiose.

Gramen sursum eximie attenuatum; foliis tantum ad basin paullo ultra lineam latis. Culmus interdum ultra pedem longus. Spica ob capsulas divaricatas fere ut in C. muricata, sed angustior tres tantum lineas lata.

587. CAREX *loliacea*: spiculis basi masculis subdistantibus paucifloris, squamis capsula duplo brevioribus, capsulis oblongo-ellipticis obtusis obtusangulis divergentibus.

C. loliacea *Linn. suec. n.* 840. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 237. *Ehrh. beitr.* 3. *p.* 69. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1403.

Hab. ad paludes trans Jumkil raro.

Gramen omnium hujus subdivisionis gracillimum, foliis dimidiam tantum lineam latis. Culmi saepe pedales. Spiculae sub florescentia semine Carvi vix majores, ex viridi canescentes: squamis omnium tenuissimis. Capsulae in unaquaque spicula tres vel quatuor, apice rotundatae fere ut Lolium.

8. CAREX *canescens*: spiculis basi masculis ovalibus subapproximatis quinis, capsulis squamas subexcedentibus late ovatis obtusiusculis utrinque convexis subobtusangulis: ore subbidentato.
C. canescens *Linn. svec. n.* 842. *Flor. Dan. t.* 285.
C. curta *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 241. *Schkuhr car. n.* 33. *tab. C. fig.* 13.
Hab. in paludosis aquosis sylvaticis passim copiose.
Gramen totum dilutius coloratum vel magis canescens quam reliqua vulgatiora. Folia vix lineam lata; culmus saepe semipedalis tantum. Spiculae vix semi- Cannabis majores; squamis canescentibus, antheris illidis.

9. CAREX *remota*: spiculis basi masculis distantibus, capsulis squamas excedentibus oblongo-ovatis acuminatis acutangulis apice bifidis, bracteolis foliaceis.
C. remota *Linn., spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 239. *Ehrh. beitr.* 5. *p.* 69. *Flor. Dan.* 3. *t.* 370.
Hab. ad paludes pone Jumkil.
Multo magis foliosa et virens quam proximae species.

10. CAREX *flava*: spicis subpedunculatis ovalibus, bracteis vaginantibus foliatis subapproximatis, capsulis obovatis inflatis costatis: rostro aciculari deflexo bifido.
C. flava *Linn. svec. n.* 843. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 268. *Schkuhr. car. n.* 60. *t. H. fig.* 36. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1047.
β Oederi.
C. divisa *Flor. Dan. t.* 371.
Hab. in locis aquosis graminosis praecipue sylvaticis passim.
Gramen totum ceteris magis flavescit; praecipue spi- e femineae capsulis suis omnino flavent plerumque gitum minorem fere crassae. Magnitudo autem totius aminis interdum tam decrescit, ut pollicaris evadat icis vix duas lineas latis (β).

1. CAREX *binervis*: spicis oblongis; pedunculis in-

clusis, bracteis vaginantibus anguste foliolatis remotiusculis, squamis hyalino-marginatis, capsulis oblongis teretibus patentibus rostellatis: ore bilobo hyalino.

C. binervis *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 271. *Schkuhr. car. t. Rrr. fig.* 160.

C distans *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 28. *et* 6. *p.* 81. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1049.

Hab. in pratis subuliginosis apricis rarius vixque nisi ad Vitulfsberg et ad colles Lassbyenses interdum lecta.

Praecedenti propior quam cuidam ceterarum. Gramen saturatius viride. Folia praesentis anni brevia vix plusquam bipollicaria supra vaginam. Culmus pedalis et paullo ultra. Spicae femineae circiter sesquitertiam lineam crassae; squamis fuscescentibus lineis binis marginalibus hyalinis. Capsulae primum eximie virentes, demum fuscescentes.

592. CAREX *hirta:* spicis subcylindricis, bracteis vaginantibus foliatis remotis, squamis cuspidatis, capsulis ovatis teretibus rostratis costatis bicuspidatis hirtis, spicis masculis binatis.

C. hirta *Linn. svec. n.* 858. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 311. *Schkuhr car. n.* 105. *tab. Uu. fig.* 108.

Hab. in locis arenosis ad ripas fluvii Upsaliensis inferioris et lacus Mäleri passim copiose, itemque ad fossas aquosas supra urbem rarius ex. gr. versus Husby.

Radix valde repens praecipue in arena, ubi gramen ipsum eo magis abbreviatum fit circiter spithamaeum, spicis femineis fere radicalibus. In locis humidis culmus elongatur et spicae femineae in calmum adscendunt. Folia sesquilineam saltem lata satis pallescentia ut totum gramen, plerumque hirta. Spicae crassitudine fere digiti minimi.

593. CAREX *filiformis:* spicis subsessilibus oblongis, bracteis breviter vaginantibus foliatis remotis, capsulis ellipticis villosis: rostello bifurcato, foliis convolutis filiformibus.

C. filiformis *Linn. svec. n.* 847. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 303. *Schkuhr car. n.* 68. *t. K. fig.* 45. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1344. bona.

C. hirta *Flor. Dan. t.* 379. (excl. spica seorsim delineata).

Hab. in fluctuantibus ripis lacus Vitulfsbergensis copiose et similibus locis paludum trans Jumkil.

Gramen ad radicem insigniter atro-purpurascens, totum obscurioris coloris, valde elongatum saepe tripedale, filiforme sed duriusculum et strictiusculum. Spicae femineae crassitudine digiti minimi; squamis fere totis atro-fuscis, capsulis demum etiam luridis.

594. CAREX *capillaris:* spicis sparsifloris linearibus pendulis, bracteis vaginantibus foliolatis, squamis hyalinis deciduis, capsulis oblongis acuminatis apice unilobis.

C. capillaris *Linn. svec. n.* 851. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 290. *Flor. Dan. t.* 168.

Hab. in pratis uliginosis apricis campestribus passim, ut in prato regio, versus Fogelsången, trans Vitulfsberg.

Gramen totum florens plerumque modo digitalis altitudinis foliis mollibus lineam latis, spicis ob squamas hyalinas albescentibus; fructificans autem culmus elongatur in altitudinem interdum pedalem, pedunculis omnino capillaribus, capsulis in spica inferiore circiter octo omnino castaneis nitidis.

595. CAREX *panicea:* spicis sparsifloris pedunculatis flaccidis, bracteis vaginantibus foliolatis remotiusculis, capsulis inflatis subglobosis obtusis apice integerrimis.

C. panicea *Linn. svec. n.* 855. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 280. *Flor. Dan. t.* 261.

Hab. in pratis et pascuis uliginosis ubique frequenter.

Gramen totum eximie glaucescens. Culmus eximie rotundatus pedalis et ultra. Spicae ex livido fuscescentes; capsulis circiter decem, lineam crassis, sursum excurvis.

596. CAREX *livida:* spicis sparsifloris pedicellatis, bracteis vaginantibus remotiusculis: foliolo convoluto, capsulis oblongis subdepressis obtusis.
C. livida *Wahlenb. lappon. n.* 459. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 285. *Schkuhr car. append. p.* 58. *tab. Ssss. fig.* 211.
Hab. in paludibus sylvaticis maximis trans Junkil, praecipue in loco Tofvet dicto copiose.
Gramen totum fere praecedentis, sed folia rigescentia valde carinata et praecipue dum juniora omnino glauca. Culmus acute triqueter. Spicarum pedicelli vaginis inclusi. Squamae ad latera fuscescentes. Capsulae non inflatae sed fere ut in C. limosa.

597. CAREX *praecox:* spicis oblongis subpedunculatis, bracteis breviter vaginantibus cuspidatis, squamis oblongis subconcoloribus obtusis, capsulis ovalibus subtriquetris acutis pubescentibus.
C. praecox *Jacqu. austr.* 5. *t.* 446. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 262. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1527.
Hab. in graminosis campestribus elevatis sabulosis passim.
Gramen pallidius, sine colore inconsueto ad radicem; foliis brevibus vix ultra lineam latis. Culmus plerumque digitalis. Florescentia minus praecox quam in tribus sequentibus, mense frondescentiae peragenda. Spicae ex viridi castaneae.

598. CAREX *digitata:* spicis sparsifloris pedunculatis altitudine subaequalibus, bracteis vaginantibus aphyllis muticis, capsulis squamas aequantibus cuneiformibus pilosiusculis, culmo compresso.
C. digitata *Linn. suec. n.* 844. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 256. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1466.
Hab. in sylvis acifoliis elevatis muscosis passim, ex. gr. ad Sandvik, Godtsunda, Norby, Vitulfsberg.
Vaginae omnes atropurpureae. Folia radicalia longitudine fere culmi spithamaei nudi. Spicae mense germinationis jamdudum florentes, in modum digitorum juxta se invicem positae et sibi parallelae, lineares; squamis brunneis.

19. CAREX *ericetorum*: spicis subglobosis sessilibus confertis, bracteis amplectentibus squamaceis coloratis, squamis rotundatis discoloribus margine hyalinis laceris, capsulis subglobosis basi elongatis obtusiusculis pubescentibus.
C. ericetorum *Pollich. palat.* 886.
C. ciliata *Willd. spec. pl.* 4. *p.* 261. *Schkuhr car. n.* 66. *tab.* I. *fig.* 42.
C. globularis *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 27.
Hab. in collibus glareosis siccis inter ericam et juniperum passim.
Vaginae omnes ut etiam squamae spicarum nigroscae. Folia brevia fere sesquilineam lata. Culmus erumque digitalis tantum, saepe curvatus. Spicae onium maxime praecoces utpote initio mensis germinanis florentes, demum totae nigro-fuscescentes.

20. CAREX *montana*: spicis subglobosis sessilibus confertis, bracteis subsquamaceis amplectentibus discoloribus cuspidatis, squamis discoloribus mucronatis, capsulis cuneiformibus triquetris asperulis, foliis angustissimis.
C. montana *Linn. svec. n.* 845. *Schkuhr car. n.* 58. *tab. F. fig.* 29.
C. collina *Willden. spec. pl.* 4. p. 260.
Hab. locis collinis ad lucos pratorum amoenissimos copiose ex. gr. ad Godtsunda, Vårdsätra, Norby, Liljeconvaljsholm, Vitulfsberg.
Vaginae ad radicem purpurascentes. Folia etiam llidius virentia, fere omnia annua (nec post praetetum annum persistentia ut in praecedentibus) mollia dimidia linea vix latiora. Culmi flaccidi praecipue ost florescentiam praecocem mense germinationis spiamaei. Spicae totae piceae; capsulis majoribus quam proximis.

21. CAREX *pilulifera*: spicis globosis sessilibus approximatis: mascula lineari, bracteis subamplectentibus foliolaceis, capsulis squama mucronata concolore brevioribus subglobosis acutis pubescentibus, culmo debili serrulato.

C. pilulifera *Linn. spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 259. *Schkuhr car. n.* 64. *tab.* I. *fig.* 39. *Flor. Dan. t.* 441?
C. filiformis? *Flor. Dan.* 6. *t.* 1048.
Hab. in pascuis sterilibus sylvarum acifoliarum passim ex. gr. in Hesselby-park, Kungsparken Åsen versus Norby.

Gramen magis viret quam proxime praecedentium. Folia etiam brevia sunt, sed culmi extenduntur ad longitudinem pedis et ultra fere decumbentes. Spicae minus praecoces, fere totae virides.

602. CAREX *flacca:* spicis cylindricis pedunculatis flaccidis subdistantibus, bracteis amplectentibus subfoliaceis, capsulis obovato-globosis obtusis rugulosis: ore integerrimo.
C. flacca *Schreb. spicil.* 150. *Schkuhr car. n.* 93 *tab. O. P. fig.* 57. *a. b.*
C. recurva *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 298. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1051.
Hab. in pratis et pascuis uliginosis campestribus passim copiose.

Gramen totum magis glaucescens (ne dicam subcaesium) quam pleraque; stolonibus non parum repentibus inferne subsangvineis. Culmus pedalis et ultra, strictiusculus; spicae vero valde flaccidae, inferne attenuatae, superne clavatae duas lineas latae, subcaesiae demum subbrunneae.

603. CAREX *pallescens:* spicis subcylindricis pedunculatis nutantibus subdistantibus, bracteis dimidiatis foliaceis, capsulis ellipticis teretibus obtusis.
C. pallescens *Linn. svec. n.* 852. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 291. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1050.
Hab. in pratis praecipue nemorosis ubique frequenter.

Gramen totum laete vel pallide virens, molle atque flexile, saepe pedale et ultra. Culmus valde laxus. Bracteae foliaceae fere semper undulatae. Spicae initio aliquantum flave nitent ob squamas hujus coloris, sed demum laete virent capsulis suis obtusis.

604. CAREX *limosa:* spicis oblongis longe pedunculatis

tis pendulis subdistantibus, bracteis dimidiatis subsetaceis, capsulis squamas aequantibus ovatis obtusiusculis planiusculis, foliis angustissimis.

C. limosa *Linn. svec. n.* 850. *spec. pl. ed. Willden.* 4 *p.* 293. *n.* 178. *α. Flor. Dan. t.* 646.

Hab. in locis fluctuantibus aquosis paludis Vitulfsbergensis copiosissime et in paludibus trans Jumkil frequentissime.

Gramen apud nos angustissimum, foliis semilineam tantum latis brevibus inconspicuis subglaucescentibus. Culmus circiter pedalis, erectiusculus. Spicae eximie in pedunculis capillaribus pendent; squamis rufis capsulas glaucescentes tegentibus.

605. CAREX *Psevdo-cyperus*: spicis cylindricis pedunculatis pendulis approximatis, bracteis dimidiatis foliaceis, squamis setaceis, capsulis oblongis triquetris acuminato-rostratis reflexis bicuspidatis.

C. Psevdocyperus *Linn. svec. n.* 854. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 295. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1117.

Hab. in fossis ex. gr. inter Jälla et Vaxala saepius copiose.

Ex maximis nostrarum praecipue foliis quatuor lineas latis et bis pedem longis laete viridibus, fere ut in Cyperis australioribus, unde nomen. Culmus foliis brevior. Spicae totae semper virescunt, demum capsulis suis reflexis nervosis nitidis valde insignes.

606. CAREX *ampullacea*: spicis cylindricis pedunculatis flaccidis distantibus; masculis pluribus, bracteis dimidiatis foliaceis, capsulis subglobosis rostratis inflatis divergentibus, culmo obtusangulo, foliis angustis involutis.

C. ampullacea *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 308. *Schkuhr car. n.* 104. *tab. Tt. fig.* 107.

C. vesicaria *β* (sylvatica) *Linn. svec. n.* 856. *β. Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 28.

Hab. in paludibus sylvaticis frequentissime.

Sequenti utique valde affinis, sed tota multo angustior, magis virens. Folia saepe subfiliformia praeci-

pue superiora et in adultiore planta. Culmus ut plurimum bipedalis, laxus. Spicae digito minimo angustiores; squamis subbrunneis, capsulis dilute virentibus nitidis.

607. CAREX *vesicaria*: spicis subcylindricis pedunculatis nutantibus distantibus; masculis pluribus, bracteis dimidiatis foliaceis, squamis capsula multo brevioribus, capsulis ovatis inflatis acuminatis rostratis bicuspidatis patentibus, culmo acutangulo, foliis planis.

C. vesicaria *Linn. svec. n.* 856. *α. spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 307. *Sv. Bot. t.* 216. *Flor. Dan. t.* 647.

C. vesicaria flavescens *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 28.

Hab. in pratis paludosis magis campestribus frequenter.

Ex majoribus nostrarum caricum saepe tripedalis. Folia ultra duas lineas lata. Spicae praecipue maturescente fructu valde flavescunt, digito minimo crassiores.

608. CAREX *riparia*: spicis cylindricis pedunculatis remotis; masculis pluribus, bracteis dimidiatis longe foliaceis, squamis acuminato-cuspidatis capsula longioribus, capsulis ovatis subinflatis: rostello bifurcato, foliis latis.

C. riparia *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 306. *Schkuhr car. n.* 102. *tab. Qq. fig.* 105. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1218.

C. acuta *α.* rufa *Linn. svec. n.* 857. *Ehrhart. ups.*

Hab. in aqua fluviorum rarius, vixque nisi ad Lingonbacka inventa.

Facile maxima et maxime foliosa nostrarum; foliis semiunciam latis et saepe tres pedes longis eximie reticulatis. Culmus quoque sesquilineam latus foliis parum longior. Spicae dum immaturae exsiccantur nigrescunt, maturae autem flave virent, crassitie fere digiti medii.

609. CAREX *acuta*: spicis pedunculatis cylindricis flaccidis remotis; masculis pluribus, stigmatibus duobus,

bracteis foliaceis, capsulis tumidulis ovalibus obtusis, culmo acutangulo serrulato, foliis flaccidis.

C. acuta *Linn. svec. n.* 857. *β. spec. pl. ed. Willden.* 4. *p* 304. *Sv. Bot. t.* 408. *Ehrh. beitr.* 2. *p.* 45. *n.* 12. stam. duo.

Hab. in aqua fluviorum et paludum profundiorum vulgatissime.

Gramen totum caeruleo-viride (quare nostratibus Blâ-starr dicitur), satis gracile sed saepe tres pedes altum eximie foliosum: folia circiter duas lineas lata, valde acuta et scindentia. Spicae vix penna anserina crassiores evadunt; sqamis ex caeruleo nigricantibus; capsulis caeruleo-virescentibus. Stamina saepius duo.

610. CAREX *caespitosa:* spicis subsessilibus ovalibus approximatis; mascula oblonga, stigmatibus duobus, bracteis setaceo-foliolatis, squamis albo-marginatis, capsulis ovalibus utrinque convexis obtusis, culmo acutangulo flaccido, foliis angustis.

C. caespitosa *Linn. svec. n.* 855. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 287. *Sv. Bot. t.* 222. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1281.

Hab in locis humidis caespitosis pratorum et paludum frequenter.

Gramen fere ejusdem coloris et indolis ac praecedentis, sed multo minus et angustius. Praecox quoque est mense frondescentiae prata nigris suis spicis tristiora reddens. Folia vix sesquilineam lata extrorsum decumbentia. Spicae dense imbricatae paullo ultra semiunciam longae.

611. CAREX *stricta:* spicis subsessilibus cylindraceis subapproximatis; mascula elongata, stigmatibus duobus, bracteis foliaceis, capsulis imbricatis utrinque planiusculis acutiusculis, culmo acutangulo foliisque strictis.

C. stricta *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 287. *Schkuhr car. p.* 60. *t. V. fig.* 73.

Hab. ad ripas lacuum majorum passim.

Gramen praecedentium colore sed vix ulla parte scindens. Proxime praecedenti utique maxime affine, sed diversum latitudine et stricta statura omnium par-

tium. Vaginarum latus interius tenuissimum facile in fibrillas disrumpens, et folia ipsa canaliculata subconvoluta marginibus saltem inferne membranaceis. Culmus valde acutangulus quamquam vix scindens; lateribus lineam latis. Spicae valde imbricatae capsulis saepe satis regulariter octofariis.

4 ORD. TETRANDRIA

URTICA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1422. Jussieu. gen. p. 442. Gaertn. fruct. 2. p. 183 t. 119.

Amenta androgyna vel sexu distincta. Flores apetali. Masculus Calyx tetraphyllus aequalis longitudine staminum; nectario urceolato integerrimo loco germinis. Femineus Calyx tetraphyllus, sed foliola duo opposita reliquis multoties majora amplectentia Semen compressum, margine insertum, nitidum, nudum. — *Herbae stimulis urentes.*
Ord nat. 46. *Scabridae.*

612. URTICA *urens*: foliis oppositis ovalibus subquinquenervibus profunde serratis, amentis geminatis petiolo brevioribus, calyce fructifero pungente.
U. urens *Linn. svec. n.* 862. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 352. *Sv. Bot. t.* 206. *Flor. Dan. t.* 739.
Hab. in cultis inter olera ubique frequenter.

Radix annua, Herba laete virens, altitudine pedalis, per maximam partem aestatis florens, undique stimulis insignibus obsita, ceteroquin glaberrima, tenera, succosa. Petioli tam longi ac Folia profunde arguteque serrata. Amenta brevia, flosculis majusculis: quorum pauci masculi. Calyx femineus in dorso utriusque valvulae semper stimulum insignem gerens.

613. URTICA *dioica:* foliis oppositis cordatis quinquenervibus obtuse serratis, amentis conglomeratis ramosis petiolo longioribus, calyce fructifero laevi.
U. dioica *Linn. svec. n.* 863. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 352. *Sv. Bot. t.* 68. *Flor. Dan. t.* 746.

Hab. in hortis, ruderatis alibique juxta saepes locisque intactis vulgatissime.

Radix perennis, repens. Herba obscura, altitudine ripedalis, stimulis minus conspicuis obsita, sed de cetero per caulem petiolosque pubescens et aliquantum anescens. Flores media aestate optime explicantur, minores quam in specie praecedente, calycibus laevibus. Fasculi flores plerumque in diversa planta minutissimi.

ALNUS.

Linn. gen. ed. 2. n. 855. Gaertn. fruct. 2. p. 54. t. 90.

Amenta sexu distincta in eodem ramulo nuda. Amentum masculum imbricatum: squamae singulae peltatae, squamulis ternis majoribus et ternis minoribus conflatae, triflorae: corollulis quadripartitis regularibus tetrandris. — Amentum femineum strobilaceum imbricatum: squamis persistentibus e basi angusta dilatatis in limbum quadrilobum; lobo quinto infimo stigmatizante. Flosculi sub singula squama bini; utroque stylos binos exserente, semine nucleum geminum continente. — *Arbores pedunculis amentorum ramosis sub hieme exsertis.*

Ord. nat. 47 Amentaceae ut sesquentium quoque trium generum.

4. ALNUS *glutinosa:* foliis subrotundo-cuneatis retusis repandis glutinosis: axillis venarum subtus barbatis.

A. glutinosa *Linn. spec. pl. ed. Willden. 4. p. 334. n. 1. α. Sv. Bot. t. 128.*

Betula Alnus α. glutinosa *Linn. spec. n. 861.*

Hab. ad aquas in regionibus magis sylvaticis occultis frequenter.

Arbor mediocris magnitudinis, ramis flexis torulosis. Amenta utriusque sexus in eodem apice ramuli praecedentis anni: mascula subterna terminalia, femea lateralia etiam subterna; omnia sub hieme nu-, primo vere ante omnem frondescentiam florentia. Amentorum masculorum squamae eo differunt ab omni-

bus insequentibus generibus, quod omnino peltatae squamulis pluribus conflatae sunt et stamina aliis squamulis corollulas constituentibus separata gerunt, adeo ut triflorae evadant. Folia e squamis gemmae provenientia conduplicata sunt. Amenta feminea non plane maturescunt ante hyemem: itaque omni modo strobilacea persistentia.

ORD. POLYANDRIA

BETULA

Linn. gen. ed. 2. n. 856. Gaertn. fruct. 2. p. 53. t. 90.

Amenta sexu distincta e diversis gemmis, utraque cylindrica. Amentum masculum imbricatum: squamae uniflorae intra se foventes squamulas binas accessorias et dein ternas corollinas staminibus circiter duodecim. Amentum femineum imbricatum squamis sursum dilatatis trilobis, trifloris, deciduis: seminibus alatis. — *Arbores amentis femineis sub hyeme inclusis solitariis.*

615. BETULA *alba:* foliis deltoideis acutis duplicato-serratis glabris, lobis squamarum seminalium lateralibus rotundatis, petiolis glabris pedunculo longioribus.

B. alba *Linn. suec. n.* 859. *α — ε spec. pl. ed. Willden. 4. p.* 462. *n.* 1. *α. β. Sw. Bot. t.* 80. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1467.

β. foliis magis subcordatis, ramulis pubescentibus.

Hab. in solo rupestri lapidosoque prope aquas majores frequentissime.

Arbor primum gracilis cortice niveo trunci valde insignis. Amenta mascula hyeme nuda persistunt et dein ad frondescentiam primam pollinem spargunt; feminea vero e gemmis erumpunt foliis duobus vel tribus fulcrata, solitaria, seminunciam longa, gracilia, virentia. Folia e gemmis glutinosis exeunt subimbricata et plicatula. Semina maturescunt autumnum versus et tunc cum squamis amenti cadunt.

QUERCUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1447. Jussieu gen. p. 450. Gaertn. fruct. 1. p. 182. t. 37.

Amenta sexu distincta, utraque filiformia: flosculis dissitis. Masculi Calyces divisi in tot lacinias quot stamina. Feminei Calyces cupuliformes obsiti squamis imbricatis minutis, quarum supremae coalescentes in marginem sexfidum cum stylo trilobo in nucis apice demum positum; nux unilocularis monosperma. — *Arbores amentis omnibus hyeme inclusis, foliis duris subpersistentibus.*

516. QUERCUS *Robur*: foliis annuis oblongis superne latioribus subsessilibus sinuatis: sinubus acutioribus; lobis obtusis, fructibus oblongis pedunculatis.
Qu. Robur *Linn. svec. n.* 870. *spec. pl. ed.* 2 *p.* 1414. *Sv. Bot. t.* 73. *Flor. Dan. 7. t.* 1180. *Woodville med. bot. t.* 126.
β. sessiliflora *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 28. *Linn. mant. p.* 496.
Hab. solo rupestri non procul ab aquis majoribus, ubi passim lucos nostros amoenissimos constituit uti Norbylund, Nontunalund, Törnbylund, peninsulam Vitulfsbergensem, Liljeconvaljsholm, nemora Vårdsätrensia, Godtsundensia etc.

Arbor maxima, longaeva; ramis torulosis. Folia exeunt serius quam in ceteris plerisque Amentaceis; eaque complicata. Amenta paullo serius foliis prodeunt: mascula e gemmis propriis inferioribus sine omni folio vel etiam ex axillis infimis ramulorum annotinorum, inferne rariflora; calycinis laciniis angustis ciliatis bracteolas staminum singulorum referentibus. Amenta feminea ex apicibus ramulorum annotinorum etiam filiformia unam alteramve unciam longa, superne plerumque triflora: floris squamulis introrsum sensim minoribus cupulam circa germen denique constituentibus: stigma inaequaliter lobatum. Folia initio stipata stipulis petiolo longioribus exaridis.

CORYLUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1450. Jussieu gen. p. 450. Gaertn. fruct. 2. p. 52. t. 89.

Mascula amenta cylindrica, imbricata; squamis calycinis hirsutis unifloris includentibus squamulas corollinas binas staminaque circiter octo. Feminei flores in diversa gemma aggregati: squamae undulatae biflorae; flos uterque stylos binos exserens, demum fructificans intra conceptaculum vel calycem fructus bilabiatum lacerum: nuce uniloculari, compressiuscula, subbivalvi, monosperma. — *Arbuscula amentis tantum masculis hyeme exsertis.*

617. CORYLUS *Avellana:* stipulis oblongis obtusis; calycibus fructus campanulatis apice patulis, foliis cordatis acuminatis.

C. Avellana *Linn. svec. n.* 873. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 470 *n.* 1. *α. Sv. Bot. t.* 139. *Flor. Dan.* 9. *t.* 1468.

Hab. in iisdem fere locis cum praecedente, latius et frequentius tamen disseminata.

Arbuscula, ramulis hirtellis. Amenta mascula in racemis brevissimis per totam hyemem exserta, primo vere ante germinationem pollen spargentia supra stigmata florum femineorum e diversis gemmis fasciculi rubri instar prominentia. Folia e gemmis egredientia tam conduplicata quam plicatula, stipulis binis tunc subrotundis fulcrata, denique duplicato-serrata; ramulis petiolisque pubescentia glanduloso-rubicunda obtectis. Globulus femineus demum e gemma prodiens tribus quatuorve foliis stipatus obtectusque; squamis stylo vix longioribus, dense colligentibus germina, quorum lateralia plerumque sterilescunt, ita ut tantum quatuor circiter adolescant in nucem calyce suo circumdatam.

MYRIOPHYLLUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1440. Jussieu gen. p. 23. Gaertn. fruct. 1. p. 331. t. 68.

Flores inconspicui sexu distincti in diversis verticillis

Masculus Calyx tetraphyllus; Corolla tetrapetala; Stamina octo. Femineus Calyx et Corolla ut in mare sed obsoletiores; Pistilla quatuor sine stylis; Semina quatuor, nucularia, supera. — *Herbae aquaticae foliis verticillatis ramosis, sed inermibus.*
Ord. nat. 14. *Inundatae.*

618. MYRIOPHYLLUM *spicatum:* floribus masculis verticillato-spicatis ebracteatis, foliis omnibus pectinato-capillaceis.
M. spicatum *Linn. svec. n.* 867. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 406. *Flor. Dan. t.* 681.
Hab. in lacubus et fluviis sylvaticis quietis passim copiose, praecipue ad Jumkil.
Radix perennis. Herba tota sub aqua fluitans, plus minusve rubens. Caules filiformes. Folia quaterna in capillos omnino divisa. Flores sub foenisecio emergunt; feminei stigmatibus suis rubris insignes.

619. MYRIOPHYLLUM *verticillatum:* floribus omnibus axillaribus; bracteis foliaceis pectinato-pinnatifidis.
M. verticillatum *Linn. svec. n.* 868. *mant. p.* 495. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 407. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1046.
Hab. in stagnis minoribus graminosis magis campestribus rarius, ut in prato Kungsängen et ad laterinam Vårdsätrensem.
Radix perennis. Herba laetius viridis, crassior, supra aquam attollens apices floriferos erectos. Flores inferiores in axillis foliorum feminei, intermedii hermaphroditi, supremi masculi bracteis aequantibus fulcrati.

CERATOPHYLLUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1439. *Jussieu gen. p.* 23. *Gaertn. fruct. 1. p.* 212. *t.* 44.

Flores sexu distincti solitarii. Masculus Calyx multipartitus staminibus duplo pluribus: antheris tricuspidatis. Femineus Calyx hexaphyllus; pistillo u-

nico; stylo filiformi, Nucula monosperma. — *Herbae aquaticae, foliis verticillatis ramosis dentato-spinulosis.*

620. CERATOPHYLLUM *demersum:* foliis trichotomis, fructibus trispinosis. *Linn. svec. n.* 866. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 405. *Loesel pruss. t.* 12. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 28.

Hab. in fluvio Upsaliensi inferiori, sed fructifica non repertum.

Radix perennis. Herba tota aqua immersa obscura rarissime florens.

SAGITTARIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1441. *Jussieu gen. p.* 52. *Gaertn. fruct.* 2. *p.* 21. *t.* 84.

Flores sexu distincti in diversis verticillis, utrorumque Calyx triphyllus, persistens; petala tria, calyce triplo majora, decidua. Receptaculum globosum, punctatum. Pistilla numerosissima, radiatim disposita, margine exteriore gibbosiora, stylo stigmateque brevibus excurvis. Semina utricularia compressa, margine interiore exterioreque alato: — *Herbae aquaticae Alismae proxime affines.*

621. SAGITTARIA *sagittifolia:* foliis lanceolatis acuminatis sagittatis: lobis lanceolatis rectis, scapo simplici.

S. sagittifolia *Linn. svec. n.* 869. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 408. *Sv. Bot. t.* 164. *Flor. Dan. t.* 172.

Hab. in aqua ad ripas fluviorum frequentissime.

Radix perennis, autumno tubera emittens. Folia omnia radicalia; extima saepe indivisa lanceolata; interiora sagittata: sagittis longitudine folii reliqui. Scapus angulatus, ut tota herba valde spongiosus; verticilli triflori bractea tripartita suffulti: inferiores plerumque feminei paullo praecociores pedunculati; superiores masculi seriores magis sessiles et approximati. Flores plerumque explicantur post solstitium; petalis albis, ad basin cum fundo calycis et genitalibus atropurpureis. Pistilla ad

sin vix rudimentis filamentorum stipata. Staminum amenta brevia, polline flavo.

6. ORD. MONADELPHIA

PINUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1456. Jussieu gen. p. 454. Abies *Ib. & Gaertn. fruct. 2. p. 59. t. 91.*

oni sexu distincti in diversis ramulis: masculi antheris numerosis bilocularibus squamulam sursum erigentibus; femmei imbricati: squamis fructificantibus vel apiculatis et post foecundationem connatis (in Pino sylv.) vel planis et liberis (in Abiete), supra basin gerentibus Semina bina demum sese solventia margine membranaceo alata. — *Arbores Coniferae acifoliaeque, foliis eorumve vaginulis sparsis.*

2. PINUS *sylvestris:* foliis geminis rigidis fructum aequantibus, strobilis oblongatis pedicellatis recurvatis: squamarum mucrone centrali subdeflexo.

P. sylvestris *Linn. svec. n.* 874. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 494. *n.* 1. *α. Sv. Bot. t.* 91. *Woodwill. med. bot. t.* 207.

Hab. solo glareoso, lapidoso et saxoso elevato et steriliore, ubi sylvas nostras plerasque constituit.

Arbor inter nostrates maxime procera; ramis demum rtuosis. Floret post explicationem turionum annotiorum sub florescentia Pomonae conulis masculis parm inferiorem eorum tegentibus numerosis, squama ntum uti vaginulae foliorum fulcratis. Conuli femii demum in apice turionum prodeunt, sub florescen- erecti vix semine Cannabis majores; squamis braeantibus tunc longitudine fere fructificantium, rotuntis obtusissimisque; squamis fructificantibus exserenous apicem rubrum e lateribus compressum. Postea ndudum ante solstitium recurvantur conuli et squae fructificantes tam contiguae fiunt ut squamae inrjacentes bracteantes non ulterius appareant; attamen nnes etiamnum liberae sunt. Increscentes deinde cosquamas suas omnino conglutinant et magnitudinem

nucis minoris attingunt versus autumnum. Altero anno ulterius increscunt in magnitudinem ovi minoris, quo facto squamae tertio vere dehiscunt et semina plerumque supra nivem spargunt. Connectione et apice stigmatizante aliquantum ad galbulas Cupressi accedunt.

623. PINUS *Abies:* foliis solitariis subtetragonis acutiusculis laevibus, strobilis demum pendulis subcylindricis; squamis fructificantibus primum recurvis demum explanatis erosisque.

P Abies *Linn. suec. n.* 875. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 506. *Sv. Bot. t.* 217. *Flor. Dan. t.* 19[illegible] *Woodwill. med bot. t.* 208.

Abies excelsa *Decand. fl. franc. n.* 2062.

Hab. in terra humidiore et magis argillacea copiose, sylvas efficiens.

Arbor procera; ramis demum laxis dependentibus foliisque inordinatis. Flores omnes e propriis gemmis singuli, ante foliationem initio mensis frondescentiae erumpentes, colore purpureo elegantes. Coni: Flores masculi ex involucro subhexaphyllo, squamis gemmae interioribus constituto, demum pedice lati (columnam genitalium florum Columniferarum non male referentes), supra obsiti antheris deorsim dehiscentibus bilocularibus, superne terminatis squama sursum vergente purpurea. Coni feminei florentes plerumque terminales erecti: squamis fructificantibus tunc versus basin recurvatis, stigmatizantibus apice subtruncatis erosisque, supra basin initio seminum binatorum adnatorum insignitis, infra basin stipatis squamis bracteantibus multoties minoribus. Post florescentiam mox deflectuntur coni simulque squamae fructificantes rectae fiunt et deorsum tendunt semperque inter se liberae permanent. Demum coni intra annum maturescunt.

7. ORD. SYNGENESIA

BRYONIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1480. *Jussieu gen. p.* 433. *Gaertn. fruct. 2. p.* 46. *t.* 88.

Flores sexu distincti. Utriusque sexus calyx campanula-

tus, quinquedentatus, Corollaque campanulata, quinquepartita. Filamenta tria, sed antherae quinque quarum duae in singulo filamento. Stylus trifidus. Bacca infera: seminibus vix senis. — *Herba volubilis cirrhisque scandens, foliis lobatis.*
Ord. nat. 39. *Cucurbitaceae.*

124. BRYONIA *alba:* foliis cordatis quinquelobis dentatis calloso-punctatis scabris, floribus racemosis.
B. alba *Linn. svec. n.* 876. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 621. *herbat. upsal. in am. ac.* 3. *p.* 444. *Sv. Bot. t.* 105. *Flor. Dan. t.* 815.
Hab. ad saepes urbis rarius.
Radix perennis magna. Herba valde longa cirrhis oppositifoliis. Flores lutescentes diu aestate seriore obvii. Baccae demum nigrescunt.

CLASSIS XXII.

DIOECIA

CONSPECTUS.

Analogia maxima cum classe praecedente conspicitur eo quod genera eorundem ordinum naturalium continet haec Classis. Genera, quae huc veniunt, plerumque fructum magis compositum vel capsularem vel baccatum habent, saltem in ordinibus naturalibus primariis jam recensendis.

AMENTACEAE *in hac classe offerunt genera insignia* Salicis *et* Populi *utraque capsulifera, quibus quodammodo accedit* Myrica *semine fere drupaceo.*

CONIFERARUM *genus* Juniperus *quoque differt a praecedentis classis genere ejusdem ordinis fructu baccato trispermo.*

SCABRIDARUM *genus* Humulus *etiam fructum multo magis compositum habet quam ejusdem ordinis naturalis genus Urtica in Classe praecedente.*

EMPETRUM *hic omnibus affinibus caret.*

HYDROCHARIDES *hic duo genera primaria habent scilicet* Hydrocharis *et* Stratiotes, *quibus nullum meliorem locum in systemate Sexuali adsignare possumus.*

In enumerandis hujus classis generibus affinia juxta se invicem ponere non potuimus, quia numerus staminum hic magis diversus in proxime affinibus quam in praecedente classe.

Ceterum plantae sequentes dioicae vel subdioicae in aliis classibus reperiuntur: Carex dioica, Urtica dioica, Rhamnus catharticus, Ribes alpinum, Rumex Acetosa *et* Acetosella, Lychnis dioica, Gnaphalium dioicum, Rubus Chamaemorus.

ORD. DIANDRIA

SALIX

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1493. Jussieu gen. p. 448. Gaertn. fruct. 2. p. 55. t. 90.

Amenta sexu distincta in diversis stirpibus, subcylindrica, imbricata: squamis rachidi adnatis lanceolatis, simplicibus, planis intus Nectario parvo unilaterali praeditis, semper unifloris genitaliaque extra se exserentibus. Stamina erecta longa, plerumque duo, interdum usque ad quinque. Germen solitarium. Stylus nullus. Stigmata duo. Capsula bivalvis unilocularis: seminibus numerosis, erectis, papposis. — *Arbores aut plerumque frutices, foliis angustis sublanceolatis.*

625. SALIX *pentandra:* germinibus sessilibus glaberrimis, amento foliis stipato pentandro, foliis oblongis glanduloso-serratis glaberrimis.

S. pentandra *Linn. svec. n.* 879. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 658. *Sv. Bot. t.* 325. *Flor. Dan.* 6. *t.* 945.

β. hermaphroditica: morbosa, monstrosa.

S. hermaphroditica *Linn. svec. n.* 878.

Hab. in pascuis paludosis sylvaticis frequenter.

Arbuscula apud nos plerumque sesquiorgyalis gracilis. Amenta prodeunt cum foliis mense frondescente

iae, ideoque etiam folia saltem tria ceteris non minora n suo pedunculo habent. Squamae amentorum hirsuae demum decidunt. Folia utrinque laete viridia et nientia; serraturis non parum glutinosis et chartae adhaeentibus.

626. SALIX *fragilis*: germinibus sessilibus glaberrimis, amento pubescente squamisque pistilla subaequantibus, foliis lanceolatis acuminatis serratis subtus glaucescentibus.

S. fragilis *Linn. svec. n.* 883. *spec. pl. ed. Willden.* 4 *p.* 669. *Sv. Bot. t.* 373. *Woodwill. med. bot. t.* 198.

Hab. ad ripas fluviorum passim.

Arbor ramis fragilibus. Amenta mascula exseruntur paullo ante frondescentiam et foliola nonnulla ceteris duplo minora in pedunculo suo brevi gerunt. Feminae apud nos non visae. Folia initio subtus praecipue ad costam mediam sericeo-nitentia.

627. SALIX *phylicifolia*: germinibus pedicellatis glabris subulatis; stigmate pedicellato, foliis oblongis undulato-serratis glabris, subtus demum glaucescentibus.

S. phylicifolia *Linn. svec. n.* 880. *α. spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 659. *Flor. Dan.* 6. t. 1053.

Hab. in pascuis paludosis sylvarum majorum passim ex. gr. trans Vitulfsberg copiose, pone Norbylund.

Frutex vel arbuscula ramis torulosis fuscescentibus. Amenta egrediuntur fine mensis germinationis subsessilia stipata tantum bractea una alterave foliis multiplo minore. Folia initio utrinque virentia, rugosa, plerumque stipulata.

628. SALIX *capraea*: germinibus pedicellatis villosis ventricosis; stigmate subsessili, foliis oblongis undulato-serratis subtus tomentosis rugosis.

S. capraea *Linn. svec. n.* 900. *spec. p' ed. Willden.* 4. *p.* 703. *Sv. Bot. t.* 98.

Hab. in pratis et sylvis siccioribus ubique.

Arbor magna ramulis cinerascentibus crassiusculis.

Amenta maxime praecocia initio mensis germinationis provenientia, crassiora quam in ceteris, omnino sessilia squamis tantum inconspicuis fulcrata; mascula aureonitentia. Folia etiam majora quam in ceteris saepe duos pollices lata.

629. SALIX *cinerea*: germinibus pedicellatis tomentosis ventricosis; stigmate sessili, foliis oblongo-lanceolatis acuminatis undulato-dentatis subtus tomentosis rugosis.
S. cinerea *Linn. svec. n.* 902.
S. acuminata *Hoffm. sal.* 1. *p.* 39. *t.* 6. *et t.* 22. *f.* 2. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 704.
Hab. in pratis et pascuis humidis praecipue sylvaticis nimium frequenter.

Frutex magnus valde prolixus et divergens totus cinereus. Amenta mense germinationis pullulant multo minora quam in praecedente, etiam sessilia et foliis omnibus orbata. Folia magnitudine et figura inter praecedentem et sequentem quasi media ut totus frutex.

630. SALIX *aurita*: germinibus pedicellatis sericeis; stigmate sessili subcapitato, foliis obovatis apice recurvatis repandis rugosis cinereo-tomentosis.
S. aurita *Linn. svec. n.* 891. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 700. *Hoffm. sal.* 1. *p.* *t.* 5. *f.* 3. *et t.* 22 *f.* 1. *Ehrh. beitr.* 3. *p.* 115.
Hab. in paludosis sylvarum frigidiorum ex. gr. trans Vitulfsberg, in palude Norbyensi, Jumkilensi etc.

Frutex gracilis ramis fuscescentibus. Amenta mense germinationis exeuntia sessilia squamis tantum cinereis stipata, saepius semiuncia non longiora. Folia quoque duplo minora quam in praecedente uncia vix longiora, eximie stipulata et insuper ipsa ad basin ramulorum minuta satis auriculaeformia.

631. SALIX *livida*: germinibus pedicellatis sericeis; stigmate sessili bilobo, foliis oblongis subintegerrimis glabris laevibus subtus lividis.
S. livida *Wahlenb. lapp. n.* 488. *t.* 16. *f.* 6.
S. arbuscula γ *Linn. svec. n.* 886.
S. lapponum *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 28.

Hab. in pascuis uliginosis apricis trans Vitulfsberg copiose.

Frutex gracilior ramis fuscescentibus. Amenta mense germinationis prodeuntia laxiora quam in praecedentibus proximis, foliis duplo saltem longiora, foliis nonnullis minoribus stipata. Folia duplo minora quam in praecedente et toto habitu ad sequentem non parum accedentia.

532. SALIX *fusca*: germinibus pedicellatis glabrescentibus; stigmate stipitato fisso, foliis lanceolato-ellipticis subintegerrimis laevibus subtus subsericeis.
S. fusca *Linn. svec. n.* 897. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 694.
S depressa *Hoffm. sal* 1. *p.* 63. *t.* 15, 16.
β. *repens*: ramis depressis subrepentibus, germinibus villosiusculis.
S. repens *Linn. svec. n.* 896. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 28.
S. incubacea *Linn. svec. n.* 895. *Ehrh. l. c.*
Hab. in pascuis omnibus uliginosis sylvestribus vulgatisssime.

Frutex magnitudine valde varians, plus minusve fuscescens Forma major saepe tripedalis altitudinis erecta omnibus partibus glabrescit, foliis longitudine ungvis majoris, colore subtus glaucescente, exsiccatione incauta fuscescentibus. Forma autem minima pilis sericeis undique nitet, foliis nonnullas tantum lineas longis.

ORD. TRIANDRIA

EMPETRUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1496. Jussieu gen. p. 181. Gaertn. fruct. 2. p. 107. t. 106.

Flores sexu distincti solitarii in diversis stirpibus. Utriusque Calyx extus squamulis nonnullis calyculatus, triphyllus, erectus, persistens; Corollaque tripetala reflexa marcescens. Stamina tria petalis alternantia, filamentis longis capillaribus; antheris brevibus internis, ab apice dehiscentibus. Germen globosum rudi-

mentis filamentorum trium stipatum. Stigma subsessile orbiculatum, novemplicatum radiatumque. Bacca supera orbiculata depressaque: seminibus novem in orbem dispositis osseis. — *Fruticulus foliis alternis minutis, Ord. nat. Bicornium, fructibus fere Arbuto sed floribus Ledo affinior.*

633. EMPETRUM *nigrum:* procumbens glabrum, foliis margine revolutis tubulosisque teretiusculis.
E. nigrum *Linn. svec. n.* 904. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 713. *Sv. Bot. t.* 259. *Flor. Dan.* 6. *t.* 975.
Hab. in collibus saxosis sterilissimis aquam tamen inter juga retinentibus frequenter.

Fruticulus ramis filiformibus rubicundis. Folia sempervirentia, situ utplurimum alterna, sed interdum in ramulis magis erectis femineis manifeste verticillata sena, teretiuscula ob margines ita revolutos ut cilia eorum connectantur, quo tubulus fit superstite tantum linea alba ad paginam inferioren connectionem indicante. Flores primo vere mense germinationis erumpentes inter folia superiora subverticillati, sessiles; petalis purpurascentibus; genitalibus atropurpureis. Stigma omnino unicum, peltatum, sed ita plicatum radiatumque, ut praecipue post exsiccationem novem adesse videantur. Baccae aterrimae succosae.

ORD. PENTANDRIA

HUMULUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1523. *Jussieu gen. p.* 443.
Lupulus *Gaertn. fruct. 1. p.* 358. *t.* 75.

Mascula amenta paniculata ramosa in diversa stirpe; Calyce quinquepartito; antheris superne dehiscentibus. — Femineus Strobilus ovatus (basi involucro quadrifido fulcratus), imbricatus: Squamis quadrifariis bifloris: singulis flosculis involutis conceptaculo unifolio ligulato demum excrescente et strobilum efficiente. Styli duo. Semen unicum, lenticulare. — *Herba lignosa, scandens, aspera; foliis oppositis. Ord. nat.* 46. *Scabridae.*

634. HUMULUS *Lupulus*: *Linn. svec. n.* 908. *spec. pl. ed. Willden* 4. *p.* 769. *Sv. Bot. t.* 532. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1239.

Hab. in insulis lacus Mäleri valde lapidosis ex gr. in Fläskjan infra Krusenberg et in Skarholmen extra Vårdsätra copiose.

Radix perennis repens. Caulis crassitie circiter pennae anserinae, volubilis inque alias plantas ad plures orgyas adscendens, asper ut tota reliqua planta. Folia palmata; lobis quinque oblongatis; sinubus dilatatis. Racemi masculi oppositi, valde compositi, saepe etiam volubiles; floribus totis virescentibus, sub foenisecio pollen pluentibus e rimis binis prope apicem antherarum, quarum commissura externa punctis resinosis adspersa est.

ORD. OCTANDRIA

MYRICA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1510. *Jussieu. gen. p.* 449. *Gaertn. fruct. 1. p.* 190. *t.* 39.

Amenta sexu distincta in diversis stirpibus, ovata, imbricata; squamis unifloris, concavis. Antherae sessiles congregatae submonadelphae, numero circiter octo. Germinis styli duo squama longiores. Drupa parva unilocularis, extus punctata. — *Fruticulus ob puncta resinosa odoratus, a ceteris nostris Amentaceis aliquantum recedens.*

635. MYRICA *Gale:* foliis lanceolato-cuneiformibus subserratis, caule fruticuloso, drupa tricipiti.

M. Gale *Linn. svec. n.* 907. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 745. *Sv. Bot. t.* 76. *Flor. Dan. t.* 327.

Hab. in paludibus caespitosis sylvarum tantum maximarum, ut in Nosten pone Håga parcius, in paludibus trans Jumkil copiosissime.

Fruticulus valde ramosus, sub florescentia totus rufescens. Amenta initio veris ante omnem foliationem florentia, ipsas gemmas supremas 4-6 ramulorum tota constituentia, sine omnibus foliolis vel modo squa-

mis alienis gemmaceis: squamis propriis totis scariosis, coloratis, rubicundis, simpliciter concavis, acutis, integerrimis imbricatis. Amenta masculina majora semiunciam vix longa, erecta; squamis demum divaricatis ostendentibus stamina in axilla sessilia, congregata et submonadelpha adeoque difficilius numeranda, sed antheris circiter octo constituta. Amenta feminea sub florescentia multoties minora et inconspicua, demum maturescentia forma strobilorum magnitudine pisi: drupis viridibus quodammodo triçornibus, praecipue in sinu utroque puncta resinosa majora foventibus, odore gravi aromatico ut totus fruticulus. Folia circiter sesquiunciam longa, subsessilia.

POPULUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1531. Jussieu. gen. p. 448. Gaertn. fruct. 2. p. 56. t. 90.

Amenta sexu distincta in diversis stirpibus, cylindrica: squamis pedicello flosculorum adnatis superne scariosis fimbriatisque; Nectario monophyllo urceolato margine obliquo demumque fisso, in centro genitalia gerente. — Stamina brevissima. — Germen basi cinctum nectario persistente sed cito orbatum squama decidente, terminatum Stigmatibus duobus partitis. Capsula unilocularis bivalvis: valvulis rectis intus gerentibus Semina inversa papposa. — *Arbores foliis subrotundis, primum e gemma prodeuntibus convolutis.*

636. POPULUS *tremula:* foliis orbiculatis dentatis utrinque glabris; petiolis superne compressis.
P. tremula *Linn. svec. n.* 909. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 803. *Sv. Bot. t.* 103.
Hab. sylvis umbrosis frequenter.

Arbor procera; gemmis primo vere viscosis. Florent medio mensis germinationis Amentis utriusque sexus longitudine insignibus pendulis omnino sessilibus et nudis. Folia paullo serius quam proxime affinium arborum prodeunt, primum rubentia. Citius quam ulla ar-

ia semina perficit jamdudum sub florescentia pomoiae avolantia.

ORD. ENNEANDRIA

HYDROCHARIS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1535. Jussieu gen. p. 76.

Mascula Spatha triflora, bipartita: Calyx tripartitus: Corolla tripetala magna: Stamina novem in tres ordines disposita, germen abortivum? tegentia -- Feminei Flores in diversa stirpe solitarii nudi (sine spatha nisi squamae radicales sed) calyce et corolla ut in mare praediti. Germen inferum. Styli sex, bifidi. Capsula coriacea, subrotunda, sexlocularis, polysperma. -- *Herbae foliis natantibus in aqua suspensae.* -- *Ord. nat.* 8. *Tripetaloideae sectio Hydrocharides.*

537. HYDROCHARIS *Morsus ranae. Linn. svec. n.* 914. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 812. *n.* 1. *α. Flor. Dan. t.* 878.

Hab. in aquis maxime quietis sed profundis et frigidis passim copiose ex. gr. ad Ultuna pluribus locis, ad Flötsund in profunda fovea, ad laterinam Vårdsätrensem, in amne ad Västerby Läbyensium, ut etiam in ipsa urbe ad Kungsängstullen, et ad Jumkil.

Radix perennis, in aqua fluitans adeo ut radiculae iliformes fundum petant et si longe nimium non absit dfigantur. Petioli longi etiam filiformes. Folia reniforia paullo plus quam pollicem lata, semper natantia et erbam suspendentia. Flores raro apud nos prodeunt ub foenisecio, nivei, foliis parum minores.

ORD. DODECANDRIA

STRATIOTES

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1541. Jussieu gen. p. 76. Gaertn. fruct. 1. p. 48. t. 14.

Mascula Spatha tri-quinqueflora, diphylla: foliolis na-

vicularibus, carinatis occultantibus Spathas propriae singulorum florum monophyllas. Calyx tripartitus deciduus. Petala tria obcordata. Nectaria viginti staminibus simillima. Stamina duodecim filiformia) -- Feminea Spatha uniflora alias masculae subsimilis ut etiam Calyx, Corolla et Nectaria. Germen infra florem remotum, primo compressum. Styli sex bipartiti. Bacca hexagona, sexlocularis: seminibus plurimis, parietalibus. -- *Herba aquatica, foliis serrato-aculeatis, praecedenti affinis.*

638. STRATIOTES *aloides*: foliis ensiformibus carinatis ciliato-aculeatis. *Linn. svec. n.* 479. *spec. pl. ed. Willden.* 4. *p.* 820. *Ehrh. beitr.* 2. *p.* 171. *Flor. Dan. t.* 337. figg. dextr.

Hab. in aquis quietis non raro ut in fluvio Upsaliensi infra Sandvik, in fluvio ad Håga, in Ekebysjö etc. plerumque submersa et sterilis; sed in optime occultatis foveis profundis folia supra aquam erigit et floret rarius ex. gr. trans Flötsund in Maligrop.

Herba sub aqua perennat; radix nulla alia quam fili fundum petentia et oblique se adfigentia ita, ut planta nihilominus sub florescentia surgere dein submergi possit. Caudex brevissimus, stolonibus horizontalibus se multiplicans. Folia in orbem patentia, ensiformia, crassiuscula, fragilia, sub florescentia apices supra aquam erigentia et totam plantam attollentia. Scapi inter folia interiora plures, compressi, passimque margine spinulosi, foliis breviores. Spatha diphylla apud nos florem tantum unicum femineum includens; foliolo breviore basin calycis attingente. Germen vel rudimentum fructus in fundo spathae sessile, supra se in collo fere unciali florem gerens post solstitium apertum. Calyx omnino triphyllus, nitidus albescens: apicibus tantum virentibus. Petala tria spatio a se invicem inserta, calyce duplo longiora obovata, obtusa, tota nivea. Nectaria staminiformia, numero plerumque viginti et quatuor, basi pellucida (filamenta), de cetero lutescentia subulata antheris analoga, sed certe non dehiscentia, pistillis calyceque duplo fere breviora. Styli sex tam

rofunde divisi ut fere duplices sint, toti attenuati albi; tigmatibus non discernendis.

ORD. MONADELPHIA

JUNIPERUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1552. Jussieu gen. p. 453. Gaertn. fruct. 2. p. 62. t. 91.

Masculi coni ovati; stamina ternatim verticillata, deorsum dehiscentia loculamentis 3-5, superne squamam gerentia. — Feminei coni minimi: squamis plerisque ternatim verticillatis sterilibus, tribus supremis tantum fertilibus stigmata globosa inter se foventibus demumque adolescentibus et coalescentibus in Baccam trispermam. — *Frutex acifolius ex Coniferarum ordine, amentis axillaribus.*

39. JUNIPERUS *communis:* foliis ternis patentibus mucronatis bacca longioribus.

J. communis *Linn. svec. n.* 915. *spec.pl. ed. Willd.* 4. *p.* 853. *Sv. Bot. t.* 289. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1119.

Hab. in omni fere terra firmiore sterili vulgatissime. Frutex plerumque humilis et divergens, raro in arusculam excrescens. Folia magis pungentia quam caeterarum Coniferarum patriae. Conuli plerique ex axillis foliorum praeteriti anni et nonnisi pauci in basi ramorum annotinorum pollen copiosum dejiciunt mense florescentiae. Baccae primo anno seminibus Brassicae non majores permanent, secunda aestate in justam magnitudinem increscunt etiam tunc virentes, tertia aestate maturitatem coloremque caeruleo-nigricantem induunt.

CLASSIS XXIII

POLYGAMIA

CONSPECTUS.

Postquam Heleum *ad Triandriam retulimus, tria Flora Ups.* 22.

tantum apud nos in hac classe restant genera sibi invicem non affinia. Horum unum herbaceum ad ordinem Monoeciam pertinent, duo arborea ad Dioeciam.

1. ORD. MONOECIA

ATRIPLEX

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1577. Jussieu gen. p. 95. Gaertn. fruct. 1. p. 361. t. 75.

Flores hermaphroditi: Calyx quinquepartitus superne scariosus minutus: staminibus quinque: pistillo saltem in nostra specie fere semper obsoleto. — **Flores feminei** plerumque infra masculos in iisdem ramulis: Calyx compressus bipartitus, post florescentiam grandescens Semenque includens planum altero margine adfixum altero styliferum idque omnino tegens lateribus suis conniventibus demumque cum eo decidens. — *Herbae molles foliis ramisque inferioribus semper oppositis.*
Ord. nat. 30. *Holoraceae juxta Chenopodium.*

640. ATRIPLEX *patula*: caule ramisque divaricatis, foliis lanceolatis integerrimis; infimis subhastatis, calycibus seminum herbaceis laeviusculis rhombeo-angulatis.
A. patula *Linn. svec. n.* 922. (partim) *herbat. upsal. in amoen. ac.* 3. *p.* 433.
A. angustifolia *Smith brit.* 3. *p.* 1092. *Engl. Bot.* 25. *t.* 1774. *Willden. spec. pl.* 4. *p.* 965.
Hab. in cultis omnibus frequentissime.

Radix annua. Caulis pedalis longitudinis et ultra, teres, sed ad exitum ramorum inferiorum quinque circiter oppositorum non parum compressus. Rami oppositi inferiores maxime patuli (unde nomen convenientissimum), foliis subhastatis et dentatis fulcrati; ceteri folia plerumque integerrima et sublinearia. Flores sic dicti hermaphroditi, qui tamen vix nisi masculi sunt, primum prodeunt sub messe cerealium, saepe quadrifidi, valde inconspicui; antheris flavescentibus. Caly-

ces seminales sordide virides, magnitudine valde inaequales, vix ultra duas lineas unquam lati.

2 ORD. DIOECIA

ACER

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1590. Jussieu gen. p. 278. Gaertn. fruct. 2. p. 166. t. 116.

Flores triplicis generis plerumque in diversis arboribus, rarius in ejusdem arboris ramis diversis vel in eadem cyma positi; omnium Calyx quinquepartitus basi callum nectarinum gerens; Petala quinque extrorsum latiora patentia; stamina octo; stigmata duo; — sed 1) Masculorum stamina longitudine demum petalorum, pistillum autem obsoletum e callo nectarino non emergens; — 2) Hermaphroditorum (potius Neutrorum) stamina petalis triplo breviora antheris vix dehiscentibus, stylus longitudine staminum, stigmata viridia, germen e nectario emersum sed plerumque abortiens; — 3) Femineorum antherae subsessiles non dehiscentes, stylus staminibus longior, stigmata colorata, germen fertile adolescens in Capsulas duas divaricatas, latere superiore alatas monospermas. — *Arbor foliis oppositis Ord. nat. 35. Trihilatarum proxime affinis.*

641. ACER *platanoides:* foliis quinquelobis utrinque glabris; lobis dentibusque acuminatis, cymis erectis fastigiatis glaberrimis.

A. plantanoides *Linn. suec. n. 924. spec. pl. ed. Willden. 4. p. 986. n. 8. α. Sv. Bot. t. 86.*

Hab in lucis fertilioribus passim.

Arbor tota nitida laete virens; gemmis lutescentibus. Gemmae floriferae paullo ante frondescentiam emittunt cymas florum, quae primum sexu differunt in diversis arboribus, dein vero cymae masculae flores nonnullos hermaphroditos vel femineos evolvunt, et cymae femineae flores masculos paucos etiam proferunt; floribus omnibus lutescentibus colore fere foliorum erumpen-

tium. Folia primum multiplicata e gemmis egrediuntur.

FRAXINUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1597. Jussieu gen. p. 118. Gaertn. fruct. 1. p. 222. t. 49.

Flores duplicis generis in diversis arboribus, omnes in nostra specie nudi (sine calyce et corolla): — 1) Masculi magis conglomerati, in pedicellis inferioribus plerisque antheras duas sessiles gerentes, in supremo intermediove autem inter antheras pistillum sterilescens ostendentes; — 2) Hermaphroditi vel potius feminei in pedunculis magis elongatis subpaniculatis: Stamina duo (unum ad singulum latus planum germinis) subpedicellata, vix unquam nisi in supremo apice paniculae dehiscentia; Germen ovatum compressum elongatum in stylum cylindricum apice bifidum, adolescens in capsulam compressam, superne foliaceam, bilocularem sed plerumque monospermam, non dehiscentem. — Arbores *foliis oppositis pinnatis.* — *Ord. nat.* 17. *Sepiariae.*

642. FRAXINUS *excelsior:* foliis pinnatis: foliolis lanceolatis acuminatis serratis subsessilibus glabris.

F. excelsior *Linn. svec. n.* 926. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 1099. *n.* 2. *α. Sv. Bot. t.* 175. femin. *Flor. Dan.* 6. *t.* 969. femina.

Hab. in nemoribus subhumidis occultis passim.

Arbor procera gemmis suis magnis atris oppositis facillime dignoscenda. Floret antheris etiam atris pollen flavescens spargentibus, idque e gemmis lateralibus propriis longe ante frondescentiam suam, adeo ut masculi glomeruli breves jamdudum deciderint cum gemmae foliiferae aperiuntur. Folia e gemmis egrediuntur foliolis conduplicatis, ceteroquin planis.

CLASSIS XXIV.

CRYPTOGAMIA

CONSPECTUS.

Secundum ideam originalem conditoris constitueretur

plantis, quae nullam evidentem foecundationem offerunt, sed clandestine florent. Quomodocunque sit, nullum apud eas observamus proprie sic dictum florem utriusque sexus genitalibus indubitatis praeditum, sed primo nobis in conspectum venit fructus plus minusve evolutus. Itaque in hac classe nullam habemus methodum anthologicam, verum omnis dispositio systematica nititur fructu. Omnis simul evanescit methodus sic dicta artificialis in praecedentibus classibus adhibita et sola methodus naturalis restat, qua formam omnino alienam a praecedentibus accipit haec Classis. Ejus plantae, in methodo naturali secundum indolem seminis Acotyledoneae dictae, omnino dispescuntur per ordines et subdivisiones naturales diversitate fructus definitas. Quum autem hujusmodi ordines, etiamsi valde multiplicentur, vix unquam inveniantur stabilitis characteribus tum inclusive tum exclusive valentibus figendi, et de cetero eorum affinitas tam multiplicata sit, ut in seriem continuam eorum genera redigi nequeant; ordines paucos Linnaeanos tantum assumsimus et in his modo à Linnaeo in ordinibus naturalibus usitato primum genera enumeramus, quae ordinis characterem optime habent, postea genera magis vaga ad hunc vel illum ordinem transitum quasi constituentia. Habemus tunc quatuor tantum ordines notissimos ita fere generatim definiendos:

1. Ordo. FILICES *capsulis membranaceis nullo stylo terminatis plerumque sessilibus varie dehiscentibus vel rumpentibus.*
2. Ordo. MUSCI *capsulis membranaceis stylo terminatis definite dehiscentibus plerumque pedicellatis.*
3. Ordo. ALGAE *fructu subcoriaceo in expansione plus minusve coriacea.*
4. Ordo. FUNGI *fructu plus minusve carnoso in stipite subsimili.*

Jam convenit ordinem unumquemque primum generatim dispescere et dein speciatim tractare.

1. ORD. FILICES

Conspectus

Apud nos longe pauperimus est omnium ordinum Cryptogamiae ideoque facilius dispescitur quam ceteri. Quatuor constitui possunt subdivisiones:

1. FILICES DORSIFERAE *vel strictissime dictae Filices fructum in dorso vel deorsum versa pagina frondis aut folii optime efformati gerunt, ita ut capsulae puncto non majores annulo vel gyro elastico circumdatae ceterum tenuissimae collectae sint in puncta rotunda* (Polypodium), *in lineas* (Asplenium *et* Pteris). *Omnes hae ut etiam pleraeque sequentes habent radicem perennem plus minus horizontalem, frondes frigoris impatientissimas vix ante mensem florescentiae sese spiraliter evolventes et ad autumnum plerumque mense augusti seminula fundentes.*

2. FILICES SPICATAE, *quae, praeter frondem vel folium praecedentium subsimile, gerunt spicam, in qua capsulae bivalves crassiores sine annulo innotae sunt. Tales sunt* Botrychium *et* Ophioglossum.

3. FILICOIDEAE MUSCOSAE *seu Tetradidymae dictae ob semina in tetraëdron connata intra capsulam saepe tetracoccam, quae in axillis foliorum vel bractearum spicae sedet. Ipsa planta foliatione sua Muscis longe similior quam Filicibus strictius sic dictis. Huc pertinet* Lycopodium.

4. FILICOIDEAE VERTICILLATAE *seu anomalae foliis omnibus veris destitutae et ramis solis verticillatis teretiusculis constitutae, fructificatione subspirali. Harum unum genus nempe* Equisetum *proxime praecedentibus accedit capsula bivalvi, alterum vero* Chara *capsula vera spirali ab omnibus praecedentibus quam longissime recedit et ad Algas aquaticas se fere adpropinquat.*

POLYPODIUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1632. Polypodium et Aspidium *Swartz*

Capsulae aggregatae in puncta subrotunda superficialia — vel orbata involucro (*in Polypodio Sw.*) n. 643 - 645 vel praedita involucro (*in Aspidio Sw.*) eoque vel in modum fimbriarum capsulas cingente n. 647. vel lineolae laterali adfixo n. 648, 649. vel subpeltato n. 650 - 652. — *Filices majores quarum ultimae congregatae radice maxima.*

643. POLYPODIUM *vulgare:* fronde pinnatifida; laciniis linearibus obtusis subserratis.
P. vulgare *Linn. svec. n.* 944. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 172. *n.* 71. *α. γ. Sv. Bot. t.* 37. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1060.
Hab. in rimis et praeruptis saxorum sylvaticorum ubique.

Radix teres, crassitie pennae anserinae, flava. Frons quasi e gemma palearum radicis egrediens, ipsa nuda et laevis. Puncta fructificationis majuscula elegantia primum lutea demum fulva; sed minora evadunt in frondibus maxime dilatatis magisque serratis. Ultra hyemem persistunt frondes virides, quod vix in ullo sequentium observatur.

644. POLYPODIUM *Phegopteris*: frondibus subbipinnatis subtus hirtis, pinnis infimis deflexis, pinnulis baseos rachi adnatis rhombeis.
P. Phegopteris *Linn. svec. n.* 945. *spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 199. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1241.
Hab. in cryptis et locis occultioribus passim ex. gr. in sylva Hesselbyensi.

Radix demum repens subfiliformis nigrescens. Stipites flaccidi. Frons obscurius viridis; pinnis infimis a rachi solutis ideoque etiam deflexis, ceteris rachi adnatis patentibus. Puncta fructificationis albicantia minuta submarginalia.

645. POLYPODIUM *Dryopteris*: fronde ternata, foliolis bipinnatis patulis; laciniis obtusis subcrenatis, radice filiformi.

P. Dryopteris *Linn. svec. n.* 949. *spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 209. *Engl. Bot.* 9. t. 616.

Hab. in omnibus sylvis muscosis sterilibus frequenter.

Radix adultior omnino filiformis nigerrima, sed ramuli ejus juniores turgent paleis creberrimis albescentibus. Stipites quoque paleis raris inferne praediti. Frons sicut tota stirps pro longitudine sua tenerior quam ulla alia generis. Puncta fructificationis submarginalia, quare margines etiam aliquantum reflectuntur.

646. POLYPODIUM *Thelypteris*: fronde pinnata: pinnis pinnatifidis integerrimis; fructiferis margine revolutis punctis confluentibus.

P. Thelypteris *Linn. mant. p.* 505. *Flor. Dan. t.* 760.

Acrostichum Thelypteris *Linn. svec. n.* 939.

Aspidium Thelypteris *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 249.

Hab. in sylvis paludosis caespitosis passim ex. gr. versus Norby et trans Vitulfsberg.

Radix teres et ramosa, crassitie pennae columbinae, nudiuscula, nigra. Frondes steriles pinnulis explanatis; fructificantes vero margines revolvunt, ut multo angustiores et acutiores videantur. Fructificationes puncta quidem occupant prope margines revolutos, sed cito confluentia; capsulis mox nigrescentibus.

647. POLYPODIUM *ilvense*: fronde bipinnatifida: laciniis oblongis obtusis subcrenatis, involucris fimbriatis, stipite paleaceo.

P. ilvense *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 198.

Acrostichum ilvense *Linn. svec. n.* 938.

Woodsia ilvensis *Brown.*

Hab. in rimis saxorum etiam apricorum ubique.

Radix valde densa. Frondium pagina superior omnino glabra, sed inferior canescit ob paleas in venis et fimbrias circa fructificationes submarginales; capsulis eximie fusco-aeneis. Tota planta plerumque spithamalis tantum longitudinis.

648. POLYPODIUM *fragile*: fronde bipinnata, pinnis oppositis, pinnulis distantibus obovatis inciso-dentatis, involucris lateralibus.

P. fragile *Linn. svec. n.* 948. *Flor. Dan. t.* 401.
Aspidium fragile *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 280.
Cyathea fragilis *Smith. fl. brit. comp.* 1816. *p.* 158.
Hab. in cryptis et locis occultis humosis frequenter.
Radix condensata. Stirps tota omnium fragilissima elongata.

649. POLYPODIUM *Filix femina:* frondibus bipinnatis, pinnulis lanceolatis acutis dentatis, involucris lateralibus.
P. filix femina *Linn. svec. n.* 947.
Aspidium Filix femina *Willden. spec. pl.* 5. 276.
Hab. ad radices rupium ubique.
Stirps plerumque longitudine fere sequentis speciei, sed omnibus partibus tenerior. Radicis caudex centralis vix penna crassior cum stipitibus extus nigricans, intus minus lutescens. Stipites acute canaliculati. Involucra ad latus interius fructificationis posita, lanceolata recta (fere ut in sequenti genere), de cetero inconspicua hyalina. Fructificationes fuscescentes.

650. POLYPODIUM *Filix mas*: frondibus bipinnatis, pinnulis oblongis obtusis crenulatis, stipite paleaceo, involucris subpeltatis.
P. Filix mas *Linn. svec. n.* 946. *Gunner. norv. n.* 4. *t.* 1. *f.* 4. *Woodwill. med. bot. t.* 49.
Aspidium Filix mas *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 259. *Sv. Bot. t.* 51. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1346.
Hab. praesertim ad radices rupium majorum frequenter, ad omnes rupes sylvae Nosten copiose.
Radix quam in ceteris longe major, caudice centrali digitum minorem crasso, stipitum bases contiguae extus rufae intus sulphureae. Paleae radicis et stipitum quoque rufescentes. Frondes saepe plus quam bipedales in hoc genere maximae. Involucra pulchre orbicularia ultra dimidiam lineam lata, albescentia, demum lutescentia crassiuscula. Fructificationes prope costas collectae rufescentes.

651. POLYPODIUM *spinulosum:* frondibus bipinnatis ovatis, pinnulis oblongis acutiusculis mucronato-serratis, stipite paleaceo, involucris subpeltatis.

P. spinulosum *Retz. scand. n.* 1295. *Flor. Dan. t.* 707.

Aspidium spinulosum *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 262.

Hab. in sylvis humosis non raro.

Radix fere praecedentis, sed tenuior, stipitis paleae distinctiores, frondes in latitudinem magis extensae, puncta fructificationis duplo saltem minora; involucris hyalinis inconspicuis.

652. POLYPODIUM *cristatum:* fronde subbipinnata, pinnulis ovatis obtusis denticulatis, stipite paleaceo, (involucris subpeltatis?

P. cristatum *Linn. svec. ed.* 1. *n.* 848. *Afzelii Vet. Ac. Handl.* 1787. *p.* 248. *t.* 9.

Aspidium cristatum *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 252.

P. Callipteris *Ehrh. beitr.* 3. *p.* 69.

Hab. in sylvis majoribus sterilissimis subhumidis rarius ex. gr. ad paludem Vitulfsbergensem, ad Mathsmosse sylvae Nosten, et ad paludes trans Jumkil.

Radix et habitus fere praecedentis, sed pinnulae ad basin valde dilatatae apud nos semper steriles, quare etiam dubio non caret haec species.

ASPLENIUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1631.

Capsulae aggregatae in lineolas rectas per frondis superficiem sparsas involucris exterioribus introrsum sese solventibus tectas. -- *Filices minores.*

653. ASPLENIUM *septentrionale*: frondibus nudis subfiliformibus partitis laciniatisque.

A. septentrionale *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 307. *Sw. Bot. t.* 554. *f.* 1.

Acrostichum septentrionale *Linn. svec. n.* 957. *Flor. Dan. t.* 60. insufficiens.

Hab. in rimis rupium, petrarum et lapidum majorum apricis frequenter.

Radix ipsa tenuitate fere fili, sed dense caespitosa. Stipites inferne fusci; ceterum virides, trisulcati, demum divisi in lacinias non nisi apice latiores. Fructi-

cationis lineae longitudine ipsarum laciniarum, pa-
llelae sibi invicem et margini frondis.

54. ASPLENIUM *alternifolium:* frondibus pinnatis, pinnis alternis lanceolato-cuneatis apice dentatis; inferioribus bipartitis.
A. alternifolium *Wulfen. in Jacqu. misc. austr.* 2. *p.* 51. *t.* 5. *f.* 2.
A. germanicum *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 330. *Ehrh. beitr.* 7. *p.* 96.
A. Breynii *Swartz Sv. Bot. t.* 534. *f.* 2.
Hab. in rimis rupium summarum Godtsundensium raro.

Praecedenti affinius quam quis ex differentia et habi-
ı crederet. Stipitum color nigro-fuscus altius adscen-
it. Laciniae frondis in pinnas dilatantur ipsa fronde
ıultiplo latiores ultra lineam latas, inferiores breviter
edicellatas.

55. ASPLENIUM *Trichomanes:* frondibus pinnatis, pinnis suboppositis sessilibus ovatis obtusis crenatis, rachi demum discolore persistente.
A. Trichomanes *Linn. svec. n.* 942. *spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 331. *Sv. Bot. t.* 131. *Flor. Dan. t.* 119.
Hab. in rimis occultissimis rupium majorum passim copiose ex. gr. ad Godtsunda et totam sylvam Nosten, ad Norby, Vitulfsberg.

Radix valde caespitosa, nigro-fusca cum stipitibus
otis usque inter pinnas supremas fusco-nitentibus et
ıost casum pinnarum longe ultra annum persistentibus
unde nomen). Pinnae inferiores semper oppositae, sed
uperiores non item, subrhombeae, vix ultra duas li-
ıeas longae; lineis fructificantibus duplo brevioribus.

PTERIS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1626.

Capsulae collectae in lineam continuam marginalem tectam involucro e marginibus frondis orto introrsum dehiscente. — *Filix magna subternata.*

656. PTERIS *aquilina*: fronde supradecomposita, pinnulis lanceolatis acutiusculis: infimis pinnatifidis, superioribus minoribus.
P. aquilina *Linn. svec. n.* 940. *spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 402. *Sv. Bot. t.* 90.
Hab. in terra sylvatica vulgatissime.
Radix profunde repit digitum minorem crassa. Frons circiter tripedalis altitudinis, omnium nostrarum amplissima quippe pedalem latitudinem excedens, rigidiuscula, valde patens, frigoris impatiens.

BOTRYCHIUM

Swartz synosp. fil. p. 171. Osmunda *Linn. gen. ed. Schreb. n. 1612.*

Capsulae bivalves nudae rachi spicarum compositarum adnatae. — *Filix fronde composita.*

657. BOTRYCHIUM *Lunaria*: fronde solitaria pinnata, pinnis lunatis crenatis.
B. Lunaria *Willden. spec. pl.* 5. *p.* 61. *Sv. Bot. t.* 372. *f.* 1.
Osmunda Lunaria *Linn. svec n.* 934. *α.* *Flor. Dan. t.* 18. *f.* 1.
Hab. in collibus et campis arenosis apricis passim.
Radix fibrosa. Planta circiter spithamaea, laevis virens. Frons e medio stipite egrediens spicis brevior.

OPHIOGLOSSUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1621. Hedw. theor. t. 4. f. 5.

Capsulae bivalves inter se connatae in spicam simplicissimam. — *Filix fronde simplicissima.*

658. OPHIOGLOSSUM *vulgatum*: spica caulina, fronde ovato-oblonga obtusa dense reticulata.
O. vulgatum *Linn. svec. n.* 952. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 58. *Sv. Bot. t.* 378. *Flor. Dan. t.* 147.
Hab. in collibus et campis graminosis prope sylvas majores, uti ad Håga in tumulo Regis Björneri, ad Norby, Vitulfsberg, Brunby Börjensium.

Radix fibrosa profunda. Planta supra terram circiter spithamaea fronde ultra pollicem lata. Spica utrinque canaliculata; marginibus dehiscentibus.

LYCOPODIUM

Linn. gen. ed. 2. n. 1615. Wahlenb. nov. act. upsal. 8. p. 178. t. 6.

Capsulae in axillis foliorum superiorum vel squamarum spicae sessiles, bivalves pulvere seminali in tetraëdron connato scatentes, simulque in pluribus speciebus Capsulae aliae subquadrivalves semina majora in tetraëdron connexa includentes (vel ut in ultima specie nostra gemmae viviparae.) — *Vegetabilia surculis plerumque repentibus foliis minutis simplicissimis.*

159. LYCOPODIUM *complanatum:* ramis complanatis, foliis subquadrifariis: superficialibus obsoletioribus, spicis pedunculatis geminis.

L. complanatum *Linn. svec. n.* 958. *spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 19. *Sv. Bot. t.* 95. *Flor. Dan. t.* 78. macra.

Hab. in sylvis sterilibus passim ex. gr. versus Norby et Kungsparken.

Radix valde repens. Planta tota complanata, ramis paullo ultra lineam tantum latis. Spicarum pedunculi saepe digitalis longitudinis.

160. LYCOPODIUM *clavatum*: foliis sparsis enervibus filamentosis, spicis pedunculatis subgeminis *Linn. svec. n.* 952. *spec. pl. ed. Willd.* 5. p. 16. *Sv. Bot. t.* 59. *Flor. Dan. t.* 126.

Hab. in sylvis sterilibus subhumidis ubique.

Surculi longi ramique omnes repentes, apices tantum annotinos erigentes. Folia inferne patula, apicem versus sese aliquantum incurvantia, terminata pilo albido serrulato. Spicae semper pedunculo digitalis circiter longitudinis squamoso elevatae, plerumque geminae sed non raro etiam ternae et solitariae: squamis obsoletius octofariis pilo breviore terminatis.

161. LYCOPODIUM *annotinum:* foliis quinquefariis patulis subserratis, ramis annotino-articulatis; spi-

eis solitariis sessilibus terminalibus *Linn. svec. n.* 956 *spec. pl. ed. Willden.* 5. *p.* 23. *Flor. Dan. t.* 127.

Hab. in sylvis majoribus valde muscosis passim.

Surculi repentes foliosi; ramis erectis circiter spithamaeis, quam praecedentium multo crassioribus. Foli imberbia, laete viridia.

662. LYCOPODIUM *Selago*: foliis octofariis subim bricatis lanceolato-subulatis, caule dichotomo bi stigiato, capsulis axillaribus sparsis.

L. Selago *Linn. svec. n.* 955. *spec. pl. ed. Willde* 5. *p.* 49. *Sv. Bot. t.* 119. *Flor. Dan. t.* 104.

Hab. ad saxa sylvatica magis apriea passim ex. g versus Norby.

Surculi vigentes foliis suis tecti crassitudine fere digi ti minimi. Capsulae in sinu foliorum plurimorum ab sunt, sed supra folia capsulifera ut plurimum observan tur nonnulla folia intra involucrum pentaphyllum ge rentia gemmam etiam pentaphyllam, quae eodem tempor ae pulvis seminalis decidit.

EQUISETUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1614. Hedwig theor. t. 1. 2.

Spica subovata, composita squamis peltatis orbiculato polygonis. Capsulae 4-7 sub singulis squamis undiqu adfixae, introrsum longitudinaliter dehiscentes et em tentes Seminula numerosissima globulosa obvoluta spi raliter filis quatuor apice incrassatis siccitate sese expon rigentibus. — *Vegetabilia articulata: vaginis dentati ramis plus minus verticillatis.*

663. EQUISETUM *arvense*: caule fructificante nudo va ginis inaequaliter fissis praedito caduco; sterili ra moso: ramis simplicibus tetragonis.

E. arvense *Linn. svec. n.* 928. *spec. pl. ed. Willd* 5. *p.* 1. *Sv. Bot. t.* 474.

Hab. in arvis et pratis subhumidis vulgatissime.

Radix repens tuberculis pisiformibus praedita. Spi cae proveniunt primo vere vel initio mensis germination et dein mox cum scapo suo cadunt. Caules steril dein emittuntur.

54. EQUISETUM *sylvaticum:* caule fructificante ramosissimo, vaginis inaequaliter fissis, ramis compositis divaricatis spicam superantibus triquetris.
E. sylvaticum *Linn. svec. n.* 927. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 5. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1182.
Hab. in sylvis abietinis densis subhumidis frequenter.
Initio aestatis provenit duos circiter pedes altum, prio spicam producens eamque cum pedunculo suo breiter durantem, dein ramos saepe spithamam longos xplicans.

55. EQUISETUM *palustre:* caule demum sexangulo, vaginarum laciniis lanceolatis subhyalinis, ramis patentibus spica brevioribus quadrangulis.
E. palustre *Linn. svec. n.* 929. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 5. *Sv. Bot. t.* 402. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1183.
Hab. in caespitibus et marginibus paludum sylvaticarum majorum passim, in sylva Norbyensi frequenter.
Media aestate viget, satis fragilis. Caulis vigens anulos acutos non habet, sed, ob medullam fere centrum et septa exinde ad peripheriam radiatim egredienia, latera his interjecta demum intrahuntur et caulis atangulus tunc evadit. Spicae pedunculus persistit.

56. EQUISETUM *limosum:* caule sulcato, vaginis constrictis nigro-dentatis aphyllis spica angustioribus.
E. limosum *Linn. svec. n.* 931.
R. Heleocharis *Ehrh. beitr.* 2. *p.* 159.
Hab. in rivulis sylvaticis limosis frequenter.
Sequenti utique valde affine, attamen non parum ffert. Longe prius mense frondescentiae optime lendum, totum crassius, sed minus durum, colore lutiore, dentibus tantum vaginarum nigris in caule, sed morum viridibus. Spica etiam solummodo fuscescit, nnium nostrorum crassissima interdum semiunciam re lata.

57. EQUISETUM *fluviatile:* caule sulcato, vaginis constrictis nigro-marginatis: dentibus subulatis, ramis erectis spicam superantibus quinquangulis.

E. fluviatile *Linn. svec. n.* 930. *Flor. Dan.* 7. *t.* 1184
Hab in fluviis sylvaticis frequenter.

Maximum nostrorum saepe tres pedes altum ceteris magis serotinum ad foenisecium spicatum. Caulis crassitie pennae anserinae, intus cavus extus duriusculus non parum caerulescens; vaginae oris totis nigris una cum dentibus; ramorum dentibus etiam nigris. Spicae nigerrimae caule vix crassiores. — In provinciis septentrionalibus optimum occurrit, exteris auctoribus non satis notum.

668. EQUISETUM *hyemale*: caulibus sulcatis nudis scabris, vaginis basi nigrescentibus; dentibus deciduis, spicis sessilibus subinclusis.

E. hyemale *Linn. svec. n.* 931. *spec. pl. ed. Willd.* 5. *p.* 8. *Sv. Bot. t.* 330. *Flor Dan.* 8. *t.* 1409.

Hab. in terra sylvatica plerumque arenosa passim

Planta tota perennans per hyemem durans et in fine ejus fructificans, ceteris omni respectu durior. Vaginae primo inde a basi totae nigrae, dein vero superne albescunt et dentes dejiciunt.

CHARA

Linn. gen. ed. 6. n. 1203. Wallroth ann. bot. p. 157. t. 5.

Fructificatio duplex: 1) Globuli colorati sub axillis ramulorum positi et (saltim in speciebus majoribus marinis) compositi peltis circiter quatuor radiatim striatis includentibus fila etiam radiantia; 2) Nuculae in axillis ramulorum inclusae, vestitae indumento spirali quasi e filis spiraliter convolutis constituto; testa atra duriuscula; nucleo albissimo granulato — *Vegetabilia semper verticillata, sine vaginis articulationum, sub aqua degentia.*

669. CHARA *vulgaris*: caulibus vasculosis striatis fragilibus scabriusculis, ramis suboctonis apice nudis, bracteis fructu longioribus.

C. vulgaris *Linn. svec. n.* 1131. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 183. *Flor. Dan. t.* 150. *Hedw. theor. t.* 34. 35.

C. funicularis *Thuill. fl. paris.*

β. gracilior *Wallroth ann. t.* 1.
Hab. in stagnis turbidis campestribus frequenter; β in rivulis purioribus sylvaticis.
Caules in aqua pigriori saepe crassitie fili et contorati in modum funiculi (unde nomen Thuill.); in β item tenuitate setae. Globuli aurantiaci in utraque varietate reperiuntur post solstitium.

10. CHARA *flexilis*: caule fistuloso laevissimo diaphano flaccido, ramis subdichotomis, fructibus ebracteatis lateralibus.
Ch. flexilis *Linn. suec. n.* 1154. *spec. pl. ed. Willd.* 4. *p.* 187. *Vaill. paris t.* 3. *f.* 8. 9.
Hab. in aquis sylvaticis saepius paludosis passim.
Caulis tubulo tantum unico simplicissimo constat, in quo succus viridis includitur omnino ut in Confervis simplicissimis. Globuli aurantiaci minores quam in praecedenti.

2. ORD. MUSCI

CONSPECTUS.

In genere definiuntur, ut supra allatum est, capsula membranacea stylo terminata et fere semper etiam ab initio calyptra tecta, sed facilius cognoscuntur a sequenti ordine colore et substantia viridi herbacea fere ut plantarum perfectiorum. Dilabuntur autem in duas valde notabiles sectiones.

1. Sect. MUSCI *strictissime sic dicti*, vel MUSCI RONDOSI *ob folia distincta in caule plus minus imbricata ita nuncupati*, vel *etiam* MUSCI OPERCULATI *quippe capsula semper circumscissa et operculo occlusa. Intra hoc operculum margo capsulae sic dicta peristomio ornatus est, idque tam mirifice, ut nihil simile in ullis plantis aliis occurrat. Secundum hocce peristomium et situm formamque fructificationis sterilis subdividuntur sequenti modo.*

1. *Hypnoidei: peristomio duplici, capsula laterali, fructificatione sterili gemmiformi axillari in surculis plus minus pinnatim ramosis. Genera dem finguntur e figura peristomii interioris in* Hypn *multifidi, in* Leskea *aequaliter laciniati, in* Necker *multipartiti usque ad basin, in* Fontinali *indivisi reticulati.*

2. *Bryoidei: peristomio duplici, capsula terminali, fructificatione sterili vel disciformi vel plus minus capituliformi in caule brevi simpliciusculo aut in ramos parallelos diviso.*

a) *Fructificatio sterilis disciformis:* Mnium, Fe naria, Cinclidium, Meesia.

b) *Fructificatio sterilis plus minus capituliformis:* Bryum, Bartramia.

c) *Peristomio alterutro saepe incompleto:* Orthotr chum, Buxbaumia.

3. *Perist. simplici: ciliis spiralibus:* Tortula.

dentibus plus minusve bifidis vel ge minatis: Dicranum, Fissidens, Tr chostomum, Didymodon.

dentibus indivisis 16: Weissia, Grimmia, Pterogonium, Ec calypta.

8: Splachnum.

4: Tetraphis.

diaphragmate connexis: Po lytrichum.

4. *Perist. nullo, ora nuda:* Gymnostomum, Anictangium, Sphagnum.

adnata operculo: Phascum, Andrae.

2. Sect. MUSCI HEPATICI *sic dicti quia constituuntur vel fronde plus minus coriacea quasi hepatica vel foliis fere ejusdem substantiae plerumque distichis surculos planos efficientibus. Certius autem longe definiuntur a praecedentibus defectu operculi et dehiscentia capsulae fere semper longitudinali. Genera horum quatuor scil.* Jungermannia, Marchantia, Anthoceros et Ric

ia facile distingvuntur characteribus infra suo loco addendis.

HYPNUM

Linn. gen. pl. ed. Schreb. n. 1656. Hedw. fund. 2. p. 94.

Peristomium duplex: exterius dentibus sedecim latiusculis; interius membranaceum laciniatum: laciniis sedecim latiusculis cum interjectis capillaribus. Capsulae plerumque obliquae cernuae, laterales. Fructificatio sterilis gemmiformis axillaris. *Muscus ramosissimus: vel* 1) *ramis pinnatis constitutis sive* α) *foliis undique laxe imbricatis n.* 671-679. *sive* β) *foliis undique squarrosis recurvatisque n.* 680-682 *sive* γ) *foliis secundis recurvatisque n.* 683-689. *vel* 2) *ramis vagis iisque sive teretiusculis n.* 690-695. *sive explanatis n.* 696, 697.

671. HYPNUM *purum:* ramis subpinnatis teretibus obtusis, foliis undique imbricatis subrotundis apiculatis subenervibus.

H. purum *Linn. svec. n.* 1031. *Hedw. spec. musc. p.* 253. *t.* 66. *Flor. Dan. t.* 706. *f.* 2. *Hooker et Tayl. musc. brit. p.* 98. *t.* 24. *Dillen. musc. t.* 40. *f.* 45.

Hab. in sylvis densioribus siccioribus passim.

Eximie nitet viretque ramis suis sursum magis incrassatis quam in ullo alio.

672. HYPNUM *parietinum:* ramis pinnatis attenuatis, foliis laxe imbricatis ovatis apiculatis enervibus, capsulis oblongis, operculo conico.

H. parietinum *Linn. svec. n.* 1020.

H. Schreberi *Smith. brit.* 3. *p.* 1315. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 96. *t.* 24. *Dillen. musc. t.* 40. *f.* 47.

H. muticum *Swartz musc. svec. p.* 60.

Hab. in sylvis sterilibus vulgatissime.

Angustius est simulque magis flavet praecipue ad insertionem foliorum.

673. HYPNUM *proliferum:* geniculato-proliferum tri-

pinnatum, foliis subpatulis cordatis acuminatis subbinervibus plicatisque, setis aggregatis.

H. proliferum *Linn. svec. n.* 1018. *mant. p.* 507.

H. splendens *Hedw. spec. musc. t.* 67. *f.* 7-9 *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 105. *t.* 25. *Dillen. musc. t.* 35. *f.* 13.

H. parietinum *Swartz musc. svec. p.* 53.

Hab. in sylvis umbrosis vulgatissime.

Valde compositum latumque quasi prolifice crescens; ramulis tenuibus nitentibus.

674. HYPNUM *delicatulum:* geniculato-proliferum bipinnatum, foliis laxis cordato-acuminatis uninervibus dorso scabriusculis.

H. delicatulum *Linn. svec. n.* 1019. *Ehrh. decad. n.* 501.

H. tamariscinum *Hedw. spec. musc. p.* 261. *t* 67.

H. proliferum *Swartz musc. svec. p.* 53. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 103. *t.* 25. *Dillen. musc. t.* 35. *f.* 14.

Hab. in terra magis aprica passim.

Tenuius et mollius quam cetera, omni nitore expers. Cito quoque decoloratur et plus minus rufescit. Apud nos nunquam fructificat. australior muscus.

675. HYPNUM *abietinum:* surculis adscendentibus pinnatis, ramis attenuatis, foliis laxis ovatis acutis uninervibus dorso scabriusculis margine reflexis serrulatis.

H. abietinum *Linn. svec. n.* 1023. *Hedw. stirp. cr. 4. t.* 32. *Dillen. musc. t.* 35. *f.* 17.

Hab. in terra sylvatica ubique.

Muscus totus obscurius coloratus, sine omni nitore; ramis crebris tenuibus. Vix apud nos fructificat.

676. HYPNUM *cuspidatum:* surculis pinnatis, foliis ovalibus obtusiusculis enervibus superne convolutis ramosque acuminatos efficientibus; inferioribus patulis.

H. cuspidatum *Linn. svec. n.* 1035. *Hooker et*

Taylor musc. brit. p. 107. *t.* 26. *Dillen. musc. t.* 39. *f.* 34.

Hab. in paludibus aquosis apricis passim.

Musci apices straminei sunt; folia autem inferiora eximie fuscescunt.

677. HYPNUM *cordifolium:* surculis sparsim pinnatis, foliis laxis cordato-oblongis obtusis concavis uninervibus.

H. cordifolium *Hedw. stirp. cr.* 4. *t.* 37. *Hooker et Tayl. musc. brit. p* 107.

Hab. in aquis uliginosis passim.

Muscus totus pallidius viret, valde elongatus et gracilis, sed foliis majoribus quam proximi. Praecedenti utique valde affinis.

678. HYPNUM *nitens:* surculis erectiusculis pinnatis, foliis erectiusculis oblongo-attenuatis cuspidatis trinervibus striatisque subintegerrimis.

H. nitens *Schreb. spic. lips. p.* 92. *Swartz musc. svec. p.* 62. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 100. *t.* 25. *Dillen. musc. t.* 39. *f.* 37.

Hab. in paludibus caespitosis ex. gr. in Vitulfsbergensi copiose.

Muscus totus flavido-nitens, foliis satis longis quasi strigosus.

679. HYPNUM *piliferum:* surculis subpinnatis, ramis attenuatis, foliis piliferis ovatis subimbricatis serratis subuninervibus, operculis rostratis.

H. piliferum *Schreb. lips. p.* 91. *Hedwig stirp. cr.* 4. *t.* 14. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 105. *t.* 25.

Hab. in locis graminosis argillosis praecipue hortorum passim.

Habitu fere H. parietini, sed foliis summis piliferis H. velutino affinius.

680. HYPNUM *triquetrum:* surculis suberectis subpinnatis, foliis divergentibus cordatis acuminatis serratis basi binervibus, capsulis globoso-ovalibus.

H. triquetrum *Linn. svec. n.* 1016. *Hooker et*

Taylor musc. brit. p. 108 *t.* 26. *Dillen. musc. t.* 38. *f.* 28.

Hab. in sylvis siccioribus frequenter.

Multo latius quam cetera omnia, foliis saepe sesquilineam longis. Saturatius quoque viret, caulibus ipsis nigricantibus.

681. HYPNUM *squarrosum*: surculis erectiusculis sparsim pinnatis, foliis ovato-acuminatis recurvis subenervibus serratis.

H. squarrosum *Linn. suec. n.* 1027. *Flor. Dan. t.* 535. *f.* 1. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 106. *t.* 26. *Dillen musc. t.* 39. *f.* 38.

Hab. in graminosis sterilibus passim

Duplo tenuius quam praecedens, pallidius virens.

682. HYPNUM *stellatum*: surculis sparsim pinnatis, foliis ovatis attenuatis divaricatis, enervibus integerrimis.

H. stellatum *Schreb. lips. p.* 92. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 108. *t.* 26. *Dillen. musc. t.* 39. *f.* 35. — H. Halleri *Ehrh. ups. in beitr.* 5. *p.* 35.

Hab. in paludibus caespitosis passim.

Apices musci e flavo virent, surculi vero fuscescunt, ut in aliis Hypnis palustribus.

683. HYPNUM *cupressiforme*: surculis decumbentibus pinnatis depressisque, foliis basi ovatis imbricatis subenervibus: acuminibus secundis uncinatisque, capsulis cylindraceis.

H. cupressiforme *Linn. suec. n.* 1024. *Hedwig stirp. cr.* 4. *t.* 23. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 115. *t.* 27. *Dillen. musc. t.* 37. *f.* 25.

β. compressum; surculis gracilibus, foliis magis falcatis.

H. compressum *Linn. mant. p.* 310. *Dillen musc. t.* 36. *f.* 22.

Hab. in sylvis siccioribus praecipue ad lapides frequenter.

Surculi superne quasi explanati videntur, foliis distiche patentibus sed apicibus omnibus subtus flexis.

684. HYPNUM *scorpioides*: surculis prostratis sparsim pinnatis apice incrassatis incurvisque, foliis subsecundis ovatis convexis enervibus obtusiusculis.
H. scorpioides *Linn. svec. n.* 1026. *Schwaegrich. suppl. p.* 293. *t.* 95. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 112. *t.* 27.
Hab. in paludibus maximis ad Vitulfsberg et Jumkil.
Multo crassius est proximis et fere totus fuscus foliis imbricatis obtusiusculis tectus; apices tantum ex flavo irent et foliis secundis magis acuminatis instruuntur.

685. HYPNUM *uncinatum*: surculis prostratis subpinnatis, foliis lanceolato-subulatis secundo-recurvis uninervibus striatis apice serratis, operculo acuto.
H. uncinatum *Hedw. stirp. cr.* 4. *t.* 5. *Swartz musc. svec. p.* 56. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 111. *t.* 26.
Hab in sylvis humidis passim.
Muscus fere totus virens tenuis sequenti proxime affinis.

686. HYPNUM *aduncum*: surculis erectiusculis sparsim pinnatis, foliis oblongo-attenuatis secundo-recurvis uninervibus striatis integerrimis.
H. aduncum *Linn. svec. n.* 1025. *Hedwig stirp. cr.* 4. *t.* 24. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 111. *t.* 26. *Dillen. musc. t.* 37. *f.* 26.
β. *revolvens*: foliis maxime recurvatis sine striis. *Swartz musc. svec. p.* 58. *t.* 7.
Hab. in sylvis humidis ubique; β in paludibus.
Caulis ipse strictior, foliis eo magis circinatim recurvatis.

687. HYPNUM *molluscum*: surculis decumbentibus implicato-pinnatis, foliis ovatis elongato-acuminatis secundo-recurvis serrulatis subenervibus laevibusque.
H. molluscum *Hedwig. stirp. cr.* 4. *t.* 22. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 114. *t.* 27. *Dillen. musc. t.* 36. *f.* 20.
Hab. in sylvis umbrosis siccioribus passim.

Muscus eximie mollis implicatus; ramis creberrimis pennas digito minimo angustiores quodammodo constituentibus.

688. HYPNUM *crista castrensis*: surculis adscendentibus confertim pectinatis, foliis ovato-lanceolatis attenuatis secundo-recurvis subenervibus striatis serrulatis.

H. crista castrensis *Linn. svec. n.* 1022. *Hedw. spec. musc. t.* 76. *f.* 1-4. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 114. *t.* 27.

Hab. in sylvis umbrosissimis passim.

Muscus insignis latitudine pollicis regulariter pectinatus planusque.

689. HYPNUM *fluitans*: surculis laxis vage pinnatis, foliis lanceolato-subulatis secundis nervoque excurrente setaceo.

H. fluitans *Linn. svec. n.* 1054. *Hedw. stirp. cr.* 4. *t* 36. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 98. *t.* 24. *Dillen. musc. t.* 38. *f.* 33.

Hab. in aquis sylvaticis passim.

Longius est ceteris saepe pedale et ultra; foliis etiam longioribus.

690. HYPNUM *trifarium*: surculis vage ramosis elongatis, foliis trifariam imbricatis ovatis obtusis uninervibus concavis.

H. trifarium *Web. et Mohr it. svec. p.* 177. *t.* 2. *f.* 2.

H. stramineum *β. Schwaegr. suppl.* 2. *p.* 212. *t.* 89. *f.* 1-9.

Hab. in palude profundissima Vitulfshergensi satis copiose.

Surculi pedales et ultra, filo crassiores superne laete virides; ramis brevibus. Folia oblique vel tortuose trifaria, eximie concava.

691. HYPNUM *stramineum*: surculis vage ramosis filiformibus, foliis subimbricatis oblongis obtusiusculis subuninervibus.

H. stramineum *Dicks. crypt.* 1. *t.* 1. *f.* 9. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 97. *t.* 24.

Hab. in paludibus profundioribus ex. gr. Vitulfsbergensi frequenter.

Surculi vix plusquam spithamaei, angustia fili, coloris straminei.

592. HYPNUM *myosuroides*: ramis fasciculatis curvatis cylindricis, foliis ovato-oblongis acutis imbricatis breviter uninervibus, capsulis erectis ovatis.

H. myosuroides *Hedw. stirp. cr.* 4. *t.* 8. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 53. *Dillen. musc. t.* 41. *f.* 50.

H. curvatum *Swartz musc. svec. p.* 64. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 102. *t.* 25.

Hab. infra rupes umbrosas praecipue in montibus Godtsundensibus.

Muscus nitidus, habitu Leskeae ob capsulas suas erectas.

693. HYPNUM *serpens*: surculis repentibus capillaceis; ramis adscendentibus simpliciusculis, foliis oblongis attenuatis patentibus subenervibus, capsulis incurvis.

H. serpens *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 53. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 94. *t.* 24. *Hedw. stirp. cr.* 4. *t.* 18. *Dillen. musc. t.* 42. *f.* 64.

Hab. ad arborum radices et in lignis passim.

Tenuissimum hujus generis, sed late serpens, eximie virens.

694. HYPNUM *velutinum*: surculis repentibus; ramis brevibus simplicibus, foliis ovali-attenuatis cuspidatis subpatentibus subuninervibus.

H. velutinum *Linn. svec. n.* 1037. *Hedw. stirp. cr.* 4. *t.* 27. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 105. *t.* 26. *Dillen. musc. t.* 42. *f.* 61.

Hab. in sylvis praecipue ad ligna putrida frequenter.

Muscus dense repens quasi tegmen velutinum constituit, ob apices multos cuspidatos non parum albicans.

695. HYPNUM *moniliforme*: surculis setaceis vagis, foliis rotundato-ovatis obtusis concavis imbricatis enervibus, (capsulis erectiusculis).

H moniliforme *Wahlenb. lappon. n.* 674. *t.* 24. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 96. *t.* 24.

H. julaceum *Schwaegr. suppl.* 2. *p.* 16. *t.* 89.
Hab. in terra uliginosa decliva ad paludem Norbyensem et trans Håga.

Surculi steriles tantum apud nos inveniuntur, primum glauco-virides dein albescentes fragiles fere ut in Bryo argenteo.

696. HYPNUM *riparium:* surculis ramisque repentibus foliis bifarie divergentibus ovato-lanceolatis acuminatis uninervibus.
H. riparium *Linn. svec. n.* 1033. *Hedwig. stirp. cr.* 4. *t.* 3. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 92. *t.* 24.
Hab. ad aquas campestres in palis etc. frequenter.

Surculi serpunt ad aliquot unciarum longitudinem, colore sordido.

697. HYPNUM *denticulatum:* surculis subfasciculatis simpliciusculis planis, foliis oblongis acuminatis distichis enervibus, capsulis subcernuis.
H. denticulatum *Linn. svec. n.* 1014. *Hedwig. stirp. cr.* 4. *t.* 31. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 92. *t.* 24. *Dillen. musc. t.* 34. *f.* 6.
Hab. in sylvarum locis occultis ad rupes et arborum radices passim.

Surculi plerumque vix unciam longi, patentes, nitidi insigniter virentes.

LESKEA

Hedw. fund. 2. *p.* 93. *t.* 10. *f.* 62. 63. 65.

Peristomium duplex: exterius dentibus sedecim acutis; interius membranaceum divisum in laciniias aequales circiter sedecim distantes (sine interjectis capillaribus). Capsula recta, aequalis (saltem in nostris speciebus), situ lateralis. Fructificatio sterilis gemmiformis axillaris.

698. LESKEA *complanata:* surculis complanatis pinnatis procumbentibus; ramis attenuatis, foliis oblongis apiculatis enervibus.
L. complanata *Hedw. spec. musc. p.* 251.

Hypnum complanatum *Linn. svec. n.* 1015. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 91. *t.* 24. *Dillen. musc. t.* 34. *f.* 7.

Hab. sub rupibus locis occultissimis saepe irrigatis rarius, vix nisi in montibus Godtsundensibus lecta.

Surculi toti in planum redacti, ramis praecipue inferioribus extenuatis in apicem capillarem.

699. LESKEA *trichomanoides:* surculis complanatis pinnatis adscendentibus, foliis obliquis subellipticis obtusis crenulatis subuninervibus.

L. trichomanoides *Hedwig spec. musc. p.* 231.

Hypnum trichomanoides *Schreb. lips.* 88. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 91. *t.* 24. *Dillen. musc. t.* 34 *f.* 8.

Hypnum complanatum β obtusum *Ehrh. ups. l. c.*

Hab. locis occultis subhumidis ad rupes montium sylvaticorum passim praecipue ad Godtsunda.

Surculi quasi bullati seu supra convexi; ramis sibi aequalibus curvatis.

700. LESKEA *polyantha:* surculis repentibus; ramis aggregatis erectis, foliis enervibus acuminatis.

L. polyantha *Hedwig stirp. cr.* 4. t. 2.

Hypnum polyanthos *Schreb. lips. p.* 97. *Dillen. musc t.* 42. *f.* 62.

Hab. in truncis arborum frondosarum vulgatissime.

Muscus satis mollis, sine nitore. Copiose fructifloat, unde nomen.

701. LESKEA *sericea:* surculis repentibus; ramis adscendentibus arcuatis, foliis lanceolatis attenuatis concavis trinervibus, setis asperulis.

L. sericea *Hedwig stirp. cr.* 4. *t.* 17.

Hypnum sericeum *Linn. svec. n.* 1036. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 100. *t.* 25. *Dillen. musc. t.* 42. *f.* 59.

Hab. in rupibus siccioribus passim.

Praecedente major et rigidior, eximie nitens, parcius fructificans.

702. LESKEA *dendroides:* surculis erectis, ramis ag-

gregatis terminalibus, foliis ovalibus concavis uninervibus, peristomii laciniis pertusis.
L dendroides *Hedvig spec. musc. p.* 228
Hypnum dendroides *Linn. svec. n.* 1028. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 101. *t.* 25. *Dillen. musc. t.* 40. *f.* 48.
Climacium dendroides *Schwaegr. suppl.* 2. *p.* 141. *t.* 1.
Hab. in sylvis udis sterilibus vulgatissime.
Muscus singularis forma fere arbusculae, obscure viridis, rarissime fructificans.

NECKERA

Hedw. fund. 2. *p.* 93. *t.* 8. *f.* 47-49. Anomodon *Hooker et Taylor p.* 79. *t.* 3.

Peristomium duplex: exterius dentibus sedecim acutis; interius ciliis totidem distinctis alternis. Capsula recta, aequalis, situ lateralis. Fructificatio sterilis gemmiformis axillaris.

703. NECKERA *viticulosa:* repens; ramis erectis simpliciusculis, foliis ovato-elongatis obtusiusculis uninervibus siccitate incurvis.
N. viticulosa *Hedwig spec. musc. p.* 209. *t.* 48. *f.* 4, 5.
Hypnum viticulosum *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1392. *Dillen. musc. t.* 39. *f.* 45.
Hab. sub rupibus locis occultis siccioribus rarius, vix nisi in montibus Godtsundensibus occurrens.
Muscus colore valde obscurus, sine omni nitore, nunquam apud nos fructificans.

704. NECKERA *curtipendula*: surculis subpinnatis, foliis ovatis acuminatis superne serrulatis subuninervibus patulis, setis flexuosis curvisque.
N. curtipendula *Hedwig spec. musc p.* 209.
Hypnum curtipendulum *Linn. svec. n.* 1030. *Dillen. musc. t.* 43. *f.* 69.
Hab. in rupibus et saxis siccis praecipue sylvarum frondosarum frequentissime.
Muscus Hypnis majoribus habitu similis satis nitens,

ngularis setis curvatis capsulis inde saepe pendulis nde nomen).

FONTINALIS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1655. Hedw. fund. 2. p. 96. t. 9. f. 53.

eristomium duplex: exterius dentibus sedecim; interius indivisum, conicum, cancellatum. Capsula recta. Fructificatio sterilis gemmiformis axillaris. — *Musci aquatici plerumque trifarii, calyptra mitraeformi.*

5. FONTINALIS *antipyretica:* foliis bipartitis carinatisve trifariis oblongis acutis enervibus, perichaetio capsulam subincludente.
   F. antipyretica *Linn. svec. n.* 961. *Sv. Bot. t.* 215. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 82. *t.* 22.
β. minor. F. minor *Linn. faun. svec. app. p.* 558.
Hab. in fluviis minoribus ad lapides passim ex. gr. juxta Håga.
Maximus nostrorum muscorum, coloris obscurioris.

6. FONTINALIS *falcata:* surculis subramosis, foliis trifariis carinatis secundo-falcatis cuspidatisque uninervibus, perichaetio elongato setam exsertam vaginante.
   F. falcata *Hedwig. stirp. cr.* 3. *t.* 24.
   F. capillacea *Linn. svec. n.* 962. *Ehrh. beitr.* 3. *p.* 69. *et* 158.
Hab. in rivulis ad paludes trans Jumkil: Ehrhart.

MNIUM

inn. gen. ed. 6. n. 1193. Hedw. fund. 2. p. 94. t. 5. f. 22, 23.

ristomium duplex: exterius dentibus sedecim acutis; nterius membranaceum laciniatum; laciniis sedecim atiusculis cum interjectis capillaribus. Capsula terninalis, pendula vel saltem obliqua. Fructificatio steilis disciformis in diversa stirpe. — *Musci erectiusculi — — foliis margine incrassatis n.* 707 — 710.

707. MNIUM *serpyllifolium:* caulibus erectiusculis stoloniferis, foliis margine incrassatis integerrimis obovatis obtusis, capsulis ovalibus, operculis apiculatis.
M. serpyllifolium α *Linn. svec. n.* 982.
M. punctatum *Hedwig spec. musc. p.* 193.
Bryum punctatum *Schreb. lips. p.* 85. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 125. *t.* 30. *Dillen. musc. t.* 53. *f.* 81.
Hab. ad rivulos et loca irrigata ubique.
Folia habet quam in ceteris latiora utpote fere duas lineas lata, itaque nomen Linnaeanum prae ceteris meretur.

708. MNIUM *cuspidatum:* caulibus erectiusculis; stolonibus decumbentibus, foliis margine incrassatis serratis ovatis cuspidatis, capsulis ovalibus, operculis obtusis.
M. cuspidatum *Hedw. spec. musc. p.* 192. *t.* 45 *f.* 58.
M. serpyllifolium β. *Linn. svec. n.* 982.
Bryum cuspidatum *Schreb. lips. p.* 84. *Hooker et Tayl. musc. brit. p.* 127. *t.* 31. *Dillen. musc. t.* 53. *f.* 79. *A-L.*
Hab. in sylvis locis umbrosis subhumidis passim.
Duplo fere minus quam praecedens, alias ei satis simile.

709. MNIUM *undulatum:* caulibus erectiusculis superne stoloniferis, foliis margine incrassatis serratis lineari-ligulatis undulatis, capsulis aggregatis oblongatis, operculis conicis.
M. undulatum *Hedw. spec. musc. p.* 195.
M. serpyllifolium *Linn. svec. n.* 982.
Bryum ligulatum *Schreb. lips. p.* 81. *Hooker et Tayl. musc. brit. p.* 126. *t.* 30. *Dillen. musc. t.* 52. *f.* 76.
Hab. in sylvis humidis passim.
Magnitudine speciei primae non cedit, sed folia duplo triplove angustiora (longitudine saltem duplo majore fere quatuor linearum). Geterum apice insigniter prolificans.

710. MNIUM *marginatum:* caulibus erectis simplici-

bus, foliis margine incrassatis serratis oblongis acutis subimbricatis, capsulis oblongis, operculis rostellatis.
M. serratum *Schwaegr. suppl. t.* 78.
Bryum marginatum *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 126. *t.* 31.
Mnium hornum *Ehrh. ups. in beitr.* 5. *p.* 31 ?
Hab. in lucis humidioribus rarius.
Est quasi forma minor M. horni, habitu lutescente, nervis et marginibus foliorum rubentibus.

711. MNIUM *roseum*: caulibus erectiusculis stoloniferis, foliis obovato-spathulatis acutis serratis undulatis, capsulis oblongis, operculis obtusis.
M. roseum *Hedwig spec. musc. p.* 194.
M. serpyllifolium δ proliferum *Linn. svec. n.* 982.
Bryum roseum *Schreb. lips. p.* 84. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 120. *t.* 19. *Dillen. musc. t.* 52. *f.* 77.
Hab. in nemorosis ubique, sed plerumque sterile.
Magnitudine et habitu fere M. serpyllifolii, sed substantia foliorum fere ut in sequentibus. Folia ejus magna ad apicem caulis collecta quasi rosulam constituunt, unde nomen.

712. MNIUM *crudum*: caulibus simplicibus inferne nudis, foliis sparsis ovatis acuminatis: perichaetialibus elongatis superne serrulatis patentibus, capsulis nutantibus clavatis.
M. crudum *Linn. svec. n.* 979. *Hedwig stirp. cr.* 1. *t.* 37. *Dillen. musc. t.* 51. *f.* 70.
Hab. in rimis rupium occultis madidis ubique.
Colore primum dilute glaucescente dein pallido et foliis apicem versus caulis longioribus siccitate etiam patentibus facile dignoscitur.

713. MNIUM *bimum*: caulibus dichotomis elongatis, foliis oblongis acuminatis mucronatis margine recurvis, capsulis clavatis.
M. psevdo-triquetrum *Hedwig stirp. cr.* 3. *t.* 7.
Bryum bimum *Schreb. lips. p.* 83. *Swartz nov. act. ups.* 4. *p.* 242. *Dillen. musc. t.* 51. *f.* 72, 73.

Bryum ventricosum *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 124. *t.* 30.

Hab. in paludibus sylvaticis maximis ex. gr. trans Jumkil.

Bryis valde accedit et speciatim B. caespiticio, sed multiplo majus.

714. MNIUM *palustre*: caulibus erectis dichotomis, foliis lanceolatis elongatis margine revolutis integerrimis, capsulis oblongis cernuis sulcatis.

M. palustre *Linn. svec. n.* 970. *Dillen. musc. t.* 31. *f.* 3.

Bryum palustre *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 115. *t.* 28.

Hab. in paludibus caespitosis vulgatissime.

Colore flavescente et textura molli nec non stupa radiculosa copiosa praeprimis notabile.

715. MNIUM *fontanum*: caulibus erectis subverticillatis, foliis ovatis acuminatis planiusculis serrulatis, capsulis sphaericis.

M. fontanum *Linn. svec. n.* 969. *Flor. Dan. t.* 298. *Dillen. musc. t.* 44. *f.* 2.

Bartramia fontana *Swartz.* — *Hooker et Tayl. musc. brit. p.* 87. *t.* 23.

Hab. ad aquas limpidissimas passim.

Muscus strictior ex luteo virens, fructu ad Bartramias accedens.

FUNARIA

Schreb. in gen. plant. n. 1650. Koelreuteria *Hedw. fund. 2. p.* 95. *t.* 10. *f.* 58-61.

Peristomium duplex planum utrumque oppositum: exterius dentibus sedecim obliquis; interius dentibus totidem membranaceis liberis. Capsula pyriformis, obliqua, terminalis. Fructificatio sterilis disciformis.

716. FUNARIA *hygrometrica*: foliis ovatis concavissimis acuminatis integerrimis, setis apice arcuatis.

F. hygrometrica *Hedwig. spec. musc. p.* 172. *Sw. Bot. t.* 228. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 69. *t.* 20.

Mnium hygrometricum *Linn. svec. n.* 972. *Flor. Dan. t.* 648. *f.* 2.

Hab. praecipue locis exustis subhumidis sylvarum passim.

Caulis brevis, ob folia valde concava quasi bulbiformis. Totus muscus junior valde flavescit.

MEESIA

Hedwig fund. 2. p. 97. t. 9. f. 56. 57.

Peristomium duplex: exterius dentibus sedecim, duplo brevioribus obtusis; interius ciliis distinctis vel reticulo plus minus connexis. Capsula pyriformis obliqua, terminalis. Fructificatio sterilis subdiscoidea. —

17. MEESIA *longiseta:* foliis ovato-lanceolatis trifariis divergentibus serratis *Hedw. stirp. cr. 1. t.* 21. *et* 22.

Mnium triquetrum *Linn. svec. n.* 978.

Hab. in paludibus profundissimis pone Vitulfsberg et trans Jumkil copiose.

Muscus valde singularis foliis trifariam squarrosis et setis tres uncias longis aurantiacis.

18. MEESIA *uliginosa:* foliis lineari-attenuatis integerrimis obtusis erectis. *Hedwig. stirp. cr.* 1. *t.* 1. *et* 2.

Bryum trichodes *Linn. svec. n.* 1006. *Hooker et Tayl. musc. brit. p.* 116. *t.* 28. *Dillen. musc. t.* 49. *f.* 58.

Hab. in terra uliginosa ad paludes rarius,

Setae hujus apud nos vix sesquiunciam longae; itaque nomen trichodis non meretur praecedenti longe aptius.

CINCLIDIUM

Swartz in Schrad. diar. 1801 p. 25. t. 2.

Peristomium duplex: exterius dentibus sedecim acutis inflexis penetrantibus interius superne indivisum cupulatum inferne nervis sedecim sustentatum. Capsula basi strumosa, setae adpressa. Fructificatio discoidea.

719. CINCLIDIUM *stygium*: *Swartz l. c. Flor. Dan.* 8. *t.* 1422. bona. *Schwaegr. suppl.* 2. *p.* 85. *t.* 67. opt.

Hab. in palude profundissima Vitulfsbergensi et similibus locis trans Jumkil passim.

Mnio serpyllifolio utique simillimum foliis margine incrassatis et toto habitu, sed color totius musci subbrunneus, omnes partes longiores, folia apiculata, capsulae peculiari modo setis adpressae.

BRYUM

Linn. gen. ed. 6. n. 1194. (partim) *Hedw. fund. p. 94. t. 10. f. 6.*

Peristomium duplex: exterius dentibus sedecim acutis; interius membranaceum laciniatum: laciniis sedecim latiusculis cum interjectis capillaribus. Capsula terminalis pendula vel saltem obliqua. Fructificatio sterilis plus minus capituliformis.

720. BRYUM *caespiticium*: caulibus divisis aggregatis abbreviatis, foliis ovatis acuminatis imbricatis, capsulis saccatis.

B. caespiticium *Linn. svec. n.* 1010. *Hooker et Tayl. musc. brit. p.* 121. *t.* 29. *Dillen. musc. t.* 50. *f.* 66.

Hab. in terra humida praecipue argillosa frequenter.

Omnes partes breviores quam in sequentibus.

721. BRYUM *capillare*: caulibus divisis, foliis obovatis cuspidatis planis patulis siccitate crispis, capsulis oblongis.

B. capillare *Hedwig spec. musc. p.* 182. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 121. *t.* 29. *Dillen. musc. t.* 50. *f.* 67.

Mnium capillare *Linn. svec. n.* 981.

Hab. in terra denudata sicciore ubique copiose.

Plerumque laetioris coloris est.

722. BRYUM *annotinum*: caulibus e summitate innovantibus dioicis granuliferisque, foliis sparsis lanceolatis patentibus subpellucidis, capsulis elongato-pyriformibus.

B. annotinum *Hedwig spec. musc. p.* 189. *t.* 45. *Swartz in Schrad. diar.* 1800. 2. *p.* 182. *t.* 3. *fig.* C.

Mnium annotinum *Linn. svec. n.* 976.
Hab. in terra maxime uliginosa rarius.

5. BRYUM *argenteum*: caulibus ramosis teretibus; foliis imbricatis ovatis concavis piliferis, capsulis ovalibus.
B. argenteum *Linn. svec. n.* 1008. *Hooker et Tayl. musc. brit. p.* 120. *t.* 29. *Dillen. musc. t.* 50. *f.* 62.
Hab. in tectis torfaceis, muris etc. passim.
Musci caules filo angustiores julacei argenteo colore luuntur ob folia superne mox albescentia remanente tum basi virescente.

4. BRYUM *nutans*: caule simplicissimo abbreviato; foliis lanceolatis acuminatis erectis, capsulis oblongis nutantibus.
B. nutans *Schreb. lips. p.* 81. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 123. *t.* 29. *Dillen. musc. t.* 50. *f.* 61.
Webera nutans *Hedw. stirp. cr.* 1. *t.* 4.
Hab. in terra sterili sylvarum acifoliarum vulgatissime.
Cognoscitur ceterum colore fulgente setarum maturum et foliis angustis nitentibus.

5. BRYUM *pyriforme*: caule simplici, foliis perichaetialibus elongatis setaceis divergentibus flexuosis, capsula pyriformi.
B. pyriforme *Swartz musc. svec. p.* 45. *Hooker et Tayl. musc. brit. p.* 118. *t.* 28. *Dillen. musc. t.* 50. *f.* 60.
Mnium pyriforme *Linn. svec. n.* 980.
Webera pyriformis *Hedw. stirp. cr.* 1. *t.* 3.
Hab. ad ligna et radices denudatas locis irrigatis passim.
Setae colore magis aureo vel aurantiaco, tenues, flexuosae.

26. BRYUM *androgynum*: caule simpliciusculo, foliis lanceolatis serratis margine recurvis, capsula erectiuscula cylindrica sulcata.
B. androgynum *Hedw. spec. musc. p.* 178. *Hooker et Tayl. musc. brit. p.* 115. *t.* 28. *Dillen. musc. t.* 31. *f.* 1.
Mnium androgynum *Linn. svec. n.* 971.
Gymnocephalus androgynus *Schwaegr. suppl. 2. p.* 87.

Hab. in sylvis umbrosissimis frondosis.

Apud nos frequenter occurrit capitulis suis pulverulentis, sed vix cum capsulis.

727. BRYUM *squarrosum:* foliis quinquefariis triangularibus recurvis denticulatis, capsulis oblongis cernuis.

B. squarrosum *Linn. svec. n.* 1007. *Hedwig spec. musc. p.* 186. *t.* 44. *f.* 6-11.

Hab. in palude profunda Vitulfsbergensi et transilvanicum copiose.

Muscus valde singularis foliis recurvis, fere deorsum imbricatis, quibus surculi julacei evadunt. Affinitate insigni cum Meesia longiseta jungitur.

BARTRAMIA

Hedw. stirp. cr. 2. *t.* 40. *spec. musc. p.* 164.

Peristomium duplex: exterius dentibus sedecim acuminatis; interius membranaceum, plicatulum, apice in laciniatum: laciniis aequalibus bifidis. Capsula globosa, sulcata. Fructificationes terminales, gemmiformes. — *Musci foliis angustis subglaucescentibus.*

728. BARTRAMIA *pomiformis:* caule abbreviato, foliis basi subvaginantibus setaceis strictis subinde gerrimis.

B. pomiformis *Hedw. spec. musc. p.* 164. *Swartz musc. svec. p.* 75.

B ithyphylla *Hooker et Tayl. musc. brit. p.* 86. *t.* 2.

Bryum pomiforme *Linn. svec.* n. 988.

Hab. in terra denudata occulta ad semitas, saxa et ubique.

Caules cum vaginis suis aliquantum nitent. Folia semper stricta manent et vivide viridia.

729. BARTRAMIA *crispa:* caule subelongato, foliis linearibus uninervibus serrulatis crispabilibus.

B. crispa *Swartz musc. svec. p.* 75. *Schwaegr. suppl.* 2. p. 46. *t.* 59.

B. pomiformis *β. Hooker et Taylor musc. brit.* p. 85. *t.* 23.

Hab. in fissuris rupium majorum passim ex. gr. in montibus Godtsundensibus.

Longior et mollior est, sine omni nitore, demumque lescens.

ORTHOTRICHUM

Hedw. stirp. cr. 2. p. 96.

Peristomium subduplex utrumque sibi alternans: exterius dentibus acutis reflexibilibus sedecim vel octo; interius ciliis totidem fugacibus vel nullis. Capsula recta, costata, terminalis, subsessilis. Calyptra conica, plicato-angulata, plerumque sursum pilosa. Fructificatio sterilis gemmacea axillaris. — *Musci insigniter dichotomi vel divisi.*

5. ORTHOTRICHUM *striatum:* caule elongato ramoso, foliis elongatis patentibus margine recurvis, capsulis ovatis, calyptra pilosa, peristomio utroque sedecimdentato.

O. striatum *Hedw. stirp. cr. 2. t. 36. Hooker et Taylor musc. brit. p. 75. t. 21.*

Bryum striatum *Linn. suec. n.* 987.

Hab. in rupibus madidis passim ex. gr. in montibus Godtsundensibus.

Totum latius quam insequentes species.

1. ORTHOTRICHUM *affine:* caule subramoso, foliis attenuatis patentibus, capsulis oblongis, calyptra subpilosa, peristomio utroque octodentato.

O. affine *Schrad. spic. p. 67. Hooker et Tayl. musc. brit. p. 74. t. 21. Dillen. musc. t. 55. f. 10.*

β. pumilum, abbreviatum, calyptra glabrata. *Hooker l. c. Swartz musc. suec. p. 92. t. 4. f. 9.*

Hab. in cortice arborum frondosarum vulgatissime.

2. ORTHOTRICHUM *obtusifolium:* caule abbreviato, foliis subovatis obtusis concavis, capsula oblonga, calyptra glabrata, peristomio utroque octodentato.

O. obtusifolium *Swartz musc. suec. p. 90. t. 4. f. 8. Web. et Mohr crypt. p. 231. Schwaegr. suppl. 2. p. 15. t. 50. f. 1.*

Hab. in cortice arborum frondosarum vetustiorum praecipue populorum passim.

Non tantum brevius est ceteris, sed etiam obscurius coloratum subluridum.

753. ORTHOTRICHUM *crispum*: foliis linearibus apiculatis siccitate crispis, setis exsertis apice incrassatis, capsula oblonga striata, calyptra longe pilosa, peristomio utroque octodentato.
O. crispum *Hedw.* — *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 73. *t.* 21.
Bryum striatum *β Linn. svec. n.* 987. — ulophiolum *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 31. *Dillen. muscos. t.* 55. *f.* 11.
Hab. juxta paludes maximas ex gr. pone Junkil.
Omnibus partibus magis elongatum et molle quam praecedentia.

754. ORTHOTRICHUM *anomalum*: caule abbreviato, foliis oblongis obtusiusculis erectis, setis exsertis, peristomio simplici octodentato.
O. anomalum *Hedwig stirp. cr.* 2. *t.* 37. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 72. *t.* 21.
Bryum striatum *β Linn. svec. n.* 987.
Hab. in petris et lapidibus apricis passim.
Obscurius coloratum et rigidulum.

BUXBAUMIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1659. *Hedw. fund.* 2. *p.* 95. *t.* 9. *f.* 1.

Peristomium subduplex: exterius ciliis numerosis interdum obsoletis; interius conicum plicatum indivisum. Capsula oblique gibba — *Musci subacaules.*

755. BUXBAUMIA *aphylla*: capsulis pedunculatis. *Linn. svec. n.* 1203. *Flor. Dan. t.* 249. *f.* 1. *Hooker et Tayl. musc. brit. p.* 84. *t.* 3. *et* 22.
Hab. in terra sterilissima denudata sicca sylvarum foliarum passim.
Capsula quasi oblique dimidiata: latere inferiore cum seta rubro, superiore autem et quasi abscissa pagina viridi tenuius membranacea. Tota plantula semiuncia longa.

756. BUXBAUMIA *foliosa*: capsulis sessilibus. *Hedw. spec. musc. p.* 166.

Diphyscium foliosum Hooker et Taylor musc. brit. p. 16. t. 1. et 8.

Hab. in terra subalpestri graminosa raro, versus Ultima aliquoties lecta.

Tota viridis, cum capsula tantum obliqua (nec dimidiata bicolore). Habitu Phascum refert, sed multiplo major, quamquam vix sesquilinea altior.

TORTULA

Schreb. in gen. plant. n. 1647. Hedwig fund. 2. p. 92. t. 8. f. 38-40.

Peristomium ciliis in conum spiraliter contortis, inferne plus minus coalitis. Capsula recta, subcylindracea.

737. TORTULA *subulata:* caule simplici abbreviato, foliis oblongis apiculatis superne concavis, capsula subulata, peristomii ciliis longe coalitis.

T. subulata *Hedw. spec musc. p.* 122. *t.* 27. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1000. *f.* 2. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 31. *t.* 12.

Bryum subulatum *Linn. svec. n.* 991. *Dillen. musc. t.* 45. *f.* 10.

Hab. ad margines viarum solo margaceo rarius.

Capsula duplo triplove longior caule ejusque foliis.

738. TORTULA *ruralis:* caule elongato diviso, foliis oblongo-ellipticis recurvatis piliferis, capsula cylindrica, peristomii ciliis inferne coalitis.

T. ruralis *Swartz musc. svec. p.* 39. *Sv. Bot. t.* 270. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 31. *t.* 12.

Bryum rurale *Linn. svec. n.* 992. *Dillen. musc. t.* 45. *f.* 12.

Hab. in tectis torfaceis, lapidibus et rupibus vulgatissime.

Muscus fuscescit, ciliis albicantibus.

739. TORTULA *muralis:* caule abbreviato, foliis lineari-ellipticis patentibus piliferis, capsula oblonga, peristomii ciliis subliberis.

T. muralis *Hedw. spec. musc. p.* 123. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 30. *t.* 12.

Bryum murale *Linn. svec. n.* 993. *Dillen. musc. t.* 45. *f.* 14.

Hab. in muris latericiis passim.

Praecedenti satis similis, sed duplo minor omnibusque partibus brevior.

740. TORTULA *fallax*: caule elongato diviso, foliis lineari-attenuatis divergentibus; perigonialibus enervibus, capsulis oblongis, operculo subulato.

T. fallax *Swartz musc. svec. p.* 40. *Hooker et Tayl. musc. brit. p.* 32. *t.* 12. *Hedw. stirp. cr.* 1. *t.* 24.

Bryum imberbe *Linn. mant. p.* 309. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 52. *Dillen. musc. t.* 48. *f.* 46, 47.

Hab. in agris argillo is passim.

A barbata facie praecedentium longe recedit.

DICRANUM

Hedwig fund. 2. *p.* 91. *t.* 8. *f.* 41. 42.

Peristomium dentibus sedecim brevioribus inflexis apice bifidis. Capsula cernua obliqua, rarius rectiuscula. Fructificatio sterilis capituliformis terminalis in diversa stirpe.

741. DICRANUM *scoparium*: caulibus subdivisis, foliis attenuato-subulatis secundis serrulatis, capsula clavata.

D. scoparium *Hedwig spec. musc. p.* 126. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 57. *t.* 18.

Bryum scoparium *Linn. svec. n.* 995. *Dillen. musc. t* 46. *f.* 16.

Hab. in terra sylvatica vulgatissime.

Rigidius est quam proxima.

742. DICRANUM *polysetum*: caulibus subdivisis, foliis lanceolatis attenuatis planiusculis undulatis apice serrulatis, capsulis cylindraceis aggregatis.

D. polysetum *Swartz musc. svec. p.* 34. *t.* 3. *f.* 5.

D. undulatum *Ehrh.* — *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 57. *t.* 18.

Hab. in saxis sylvaticis apricis passim.

Magis crassum et scariosum quam praecedens; stupa radiculosa copiosa inter folia.

743. DICRANUM *longifolium*: caulibus subdivisis, foliis basi lanceolatis sursum setaceis nervo lato constitutis secundo-falcatis, capsula recta subcylindrica.

D. longifolium *Hedw. stirp. cr.* 3. *t.* 9. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 53. *t.* 16.

Hab. in lapidibus sylvarum sicciorum parcius.

Angustum et tamen rigidulum, longitudine praecelentium.

744. DICRANUM *montanum*: caulibus subramosis, foliis subulatis planiusculis undique patentibus siccitate tortis subenervibus, capsula rectiuscula.

D. montanum *Hedwig spec. musc. p.* 143. *t.* 35. *f.* 8—13.

Hab. ad radices pinorum in sylvis magnis saxosis rarius ex. gr in Hesselbyensi.

Facie sua crispa a praecedentibus diversissimum esse videtur.

745. DICRANUM *glaucum*: caulibus divisis fastigiatis, foliis ovato-lanceolatis subimbricatis enervibus integerrimis.

D. glaucum *Hedw. spec. musc. p.* 136. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 52. *t.* 16.

Bryum glaucum *Linn. svec. n.* 994. *Dillen. musc. t.* 46. *f.* 20.

Hab. in terra subhumida sylvarum raro.

Folia reticulata sunt et cito albescentia fere ut in Sphagno.

746. DICRANUM *purpureum*: caulibus erectis dichotomis; axillis fructiferis, foliis oblongis acuminatis carinatis, capsula subcylindrica demum incurva oblique striata.

D. purpureum *Hedw. spec. musc. p.* 136. *t.* 36.

Didymodon purpureum *Hooker et Tayl. musc. brit. p.* 65. *t.* 20.

Mnium purpureum *Linn. svec. n.* 973. *Dillen. musc. t.* 49. *f.* 51.

Hab. in terra aprica omnium vulgatissime.

Totus fere muscus fusco-purpureus, angustus.

747. DICRANUM *setaceum*: caule brevissimo, foliis quadrifariis setaceis, struma cylindracea longitudine capsulae.

D. setaceum *Swartz musc. svec. p.* 36.

D. ambiguum *Hedw. stirp. cr.* 3. *t.* 36.

Mnium setaceum *Linn. svec. n.* 974.

Hab. in terra uliginosa ferruginosa rarius ex. gr. inter saxa Lassbyensia.

Singularis muscus setis, strumis et rostris operculorum flavissimis, capsulis intermediis croceis.

748. DICRANUM *cerviculatum*: caule brevissimo, foliis basi lanceolatis sursum subulatis subsecundis latinervibus, capsulis subglobosis basi strumulosis.

D. cerviculatum *Hedwig stirp. cr.* 3. *t.* 37. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 53. *t.* 16.

D. pusillum *Hedw. stirp. cr.* 2. t. 29. *B.* tantum vetustius.

Hab. in terra denudata paludum passim.

Totum quantum est flavet.

749. DICRANUM *varium*: caule abbreviato simplici, foliis basi dilatatis attenuatis subsecundis, capsulis ovalibus, operculis conicis.

D. varium *Hedw stirp. cr.* 2. *t.* 34. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 58. *t.* 17.

Bryum simplex *Linn. spec. pl.* 2. *p.* 1587. *Ehrh. ups. in beitr.* 5. *p.* 52.

Hab. in arenosis irriguis ad rivulos sylvestres parcius.

Ex minimis plerumque tres lineas tantum longum, et tamen rigidulum fuscescens.

750. DICRANUM *heteromallum*: caule simpliciusculo, foliis basi lata subamplectentibus setaceis secundis, capsula urceolata.

D. heteromallum *Hedwig stirp. cr.* 1. *t.* 26. *Hooker et Tayl. musc. brit. p.* 59. *t.* 18. *Dillen. musc. t.* 47. *f.* 37. *et* 38.

β. minus *Wahlenb. lappon. n.* 598. — D. subulatum *Hedw. spec. musc. p.* 128. *t.* 34. *f.* 1-5.

Hab. in terra sylvatica denudata sicciore passim; β in humidioribus.

Primis speciebus forma quodammodo simile sed multiplo minus et angustius.

751. DICRANUM *crispum*: caule abbreviato, foliis basi subvaginantibus capillaceis divergentibus flexuosis, capsulis erectis ovatis.

D. crispum *Hedwig stirp. cr.* 2. *t.* 33. *Hooker et Tayl. musc. brit. p.* 56. *t.* 17.

Hab. in terra paludosa et uliginosa sylvarum passim.

752. DICRANUM *ovale:* caulibus subdivisis teretiusculis fastigiatis, foliis lanceolato-attenuatis apice capillaceo diaphano margine incurvo, capsulis ovalibus operculisque rectis. *Hedw. stirp. cr.* 3. *t.* 34. *A. spec. musc. p.* 140.
Grimmia ovata *Hooker et Tayl. musc. brit. p.* 59. *t.* 13.
Hab. in lapidibus et petris campestribus frequenter.
Muscus obscurioris coloris mox nigrescens, cum Fiss. pulvinato Grimmiae Trichostomorumque affinis. Setae vix lineam supra folia eminent.

753. DICRANUM *aciculare*: caule elongato dichotomo tereti, foliis oblongis obtusis subpatentibus, capsulis oblongis operculisque rectis acicularibus. *Hedw. stirp. cr.* 3. *t.* 33.
Trichostomum aciculare *Hooker et Tayl. musc. brit. p.* 62. *t.* 19.
Bryum aciculare *Linn. spec pl.* 2. *p.* 1583. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 52.
Hab. in lapidibus saxisque rivulorum trans Jumkil passim.
Muscus saepe plures uncias longus fuscescens.

FISSIDENS

Hedw. fund. 2. *p.* 91. *t.* 8. *f.* 45. 46.

Peristomium dentibus sedecim latiusculis apice bifidis vel bipartitis (*in F. sciuroide*). Capsula subaequalis saepe lateralis. Fructificatio sterilis gemmiformis in eadem stirpe. – *Musci magis hypnoidei.*

754. FISSIDENS *taxifolius:* caule pinniformi subdiviso, foliis ultra medium duplicatis oblongo-ligulatis, seta subradicali: foliis perichaetialibus vaginantibus cuspidatis.
F. taxifolius *Hedw. spec. musc. t.* 39. *f.* 1-5.
Dicranum taxifolium *Hooker et Taylor. musc. brit. p.* 51. *t.* 16.
Hypnum taxifolium *Linn. svec. n.* 1013. *Dillen. musc. t.* 34. *f.* 2.
β. caule longiore, seta laterali. F. adiantoides *Hedw. stirp. cr.* 3. *t.* 26.

Hab. ad rupes et saxa in terra quam maxime madida passim.

Pinnae saepe sesquitertiam lineam latae, plerumque rufescentes.

755. FISSIDENS *bryoides*: caule pinniformi simplicissimo, foliis infra medium duplicatis oblongo-ellipticis, seta terminali foliis fulcrata.

F. Bryoides *Hedw. stirp. cr.* 3. *t.* 29.

Dicranum bryoides *Hooker et Tayl. musc. brit. p.* 49. *t.* 16. cum synon.

Hypnum bryoides *Linn. svec. n.* 1012. *Flor. Dan. t.* 473. *f.* 1.

β exilis. F. exilis *Hedw. spec. musc. t.* 38. *f.* 7-10.

Dicranum viridulum *Swartz musc. svec. p.* 31. *t.* 2. *f.* 3.

Hab. in turfis paludum praecipue versus Norby et Hesselby passim; β in terra denudata uliginosa.

Pinnae duplo angustiores quam praecedentis vix ultra lineam latae, laete virentes.

756. FISSIDENS *pulvinatus*: caule brevi pulvinato, foliis oblongo-ellipticis piliferis, setis curvatis, capsula ovali, operculo rostellato.

F. pulvinatus *Hedw. spec. musc. p.* 158. *t.* 40. *f.* 1-5.

Grimmia pulvinata *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 38. *t.* 13.

Bryum pulvinatum *Linn. svec. n.* 1009. *Dillen. musc. t.* 50. *f.* 65.

Hab. in lapidibus et petris campestribus siccis frequenter.

Caules plerumque semiunciales; setis tantum lineam supra folia eminentibus.

757. FISSIDENS *patens*: caule elongato procumbente ramoso, foliis oblongis attenuatis patentibus, setis flexuosis, capsulis ovalibus, operculis conicis. *Wahlenb. lapp. n.* 587.

Trichostomum patens *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 60. *t.* 19. *Dillen. musc. t.* 17. *f.* 30.

Hab. in rupibus interdum irrigatis versus Belberget et Husby parcius.

Caules decumbentes uncias aliquot longi nigricantes,

apicibus tantum erectis fructiferis virentibus imberbibus. Opercula rubescunt.

758. FISSIDENS *sciuroides*: caule repente ramoso; ramis adscendentibus, foliis ovatis acutis enervibus striatis, ...
F. sciuroides *Hedw. spec. musc. p.* 161.
Levcodon sciuroides *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 63. *t.* 2. *et* 20.
Hypnum sciuroides *Linn. spec. pl.* 2. *p.* 1596. *Dillen. musc t.* 41. *f.* 54.
Hab. in lucis laetioribus frequenter, sed nunquam fructificans.

759. FISSIDENS *strumifer*: caulibus divisis, foliis elongatis attenuatis uninervibus erectiusculis siccitate tortilibus, capsulis elongatis cernuis demum sulcatis subtus strumosis, operculis rostratis.
F. strumifer *Hedwig stirp. cr.* 2. *t.* 32.
Dicranum strumiferum *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 54. *t.* 17.
Hab. in fissuris rupium et saxorum occultorum per sylvas frigidiores passim ex. gr. in Norbyensi copiose.

A praecedentibus longe differt et Dicranis strumosis accedit, a quibus tamen differt surculis divisis multifloris.

TRICHOSTOMUM

Hedw. fundam. 2. *p.* 90. *t.* 8. *f.* 43. 44.

Peristomium dentibus sedecim fere ad basin usque bipartitis in setulas strictissimas. Capsula aequalis, recta, raro inclinata. Fructificatio sterilis gemmiformis lateralis.

760. TRICHOSTOMUM *lanuginosum*: caule decumbente ramoso virgato; ramis brevibus curvatis, foliis lanceolato-attenuatis denticulatis subsecundis marginibus apiceque diaphanis, setis brevibus.
T. lanuginosum *Hedwig stirp. cr.* 3. *t.* 2. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 60. *t.* 19.
Bryum hypnoides *Linn. svec. n.* 1003. *Flor. Dan. t.* 476. *Dillen. musc. t.* 47. *f.* 32.

Hab. in saxis sylvaticis apricis frequenter.

Caules spithamam longi et ultra, sed rami tantum paucas lineas cum setis terminalibus sesquialteram lineam supra folia eminentibus.

761. TRICHOSTOMUM *canescens*: caule elongato ramuloso, foliis ovato-lanceolatis excurvis acumine diaphano, capsulis ovalibus, operculis subulatis.

T. canescens *Hedw. stirp. cr.* 3. *t.* 3. *Hooker et Tayl. musc. brit. p.* 61. *t.* 19.

Bryum hypnoides β *Linn. l. c. Dillen. musc. t.* 47. *f.* 27.

Hab. ad saxa sylvatica humidiora passim.

Foliis brevioribus, setis longioribus evidentissime differt a praecedente.

762. TRICHOSTOMUM *heterostichum*: caule elongato diviso, foliis ovato-lanceolatis erectiusculis acumine diaphano denticulato, capsulis subcylindricis, operculis rostratis, dentibus peristomii subulatis.

T. heterostichum *Hedwig stirp. cr.* 2. *t.* 25. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 61. *t.* 19.

Hab. in saxis sylvaticis declivibus passim.

Rami longitudine caulis; setae ipso parum breviores.

763. TRICHOSTOMUM *glaucescens*: caule subdiviso, foliis lanceolatis patentibus glaucis, capsula cylindracea, operculo subrostrato obliquo.

T. glaucescens *Hedw. stirp. cr.* 3. *t.* 37.

Didymodon glaucescens *Web. et Mohr crypt. p.* 158.

Hab. ad semitas et foveas per jugum glareosum Pålacksbacken satis copiose.

Colore glaucescente facile dignoscitur. Caules plerumque setis breviores.

764. TRICHOSTOMUM *cylindricum*: subacaule, foliis basi subvaginantibus capillaceis flexuosis patentibus, capsula cylindrica subincurva, operculo conico.

T. cylindricum *Hedw. spec. musc. p.* 107. *t.* 24. *f.* 7-13. *Wahlenb. lappon. n.* 583.

Dicranum cylindricum *Web. et Mohr crypt. p.* 202.

Bryum Celsii *Linn. svec. n.* 1005.

Hab. cum praecedenti versus Kungsparken rarius.

Colore praecipue capsulae fusco-purpureo Dicranum purpureum refert, sed omnibus partibus longe tenuius.

DIDYMODON

Schreb. in gen. plant. n. 1646. Cynontodium *Hedw. spec.*

eristomium dentibus per paria octo vel sedecim approximatis, rectiusculis. Capsula subobliqua. Calyptra incumbens. Fructificatio sterilis in eadem stirpe. — *Musci plerumque nitiduli.*

65. DIDYMODON *inclinatum*: foliis basi subvaginantibus setaceis patulis distichis, capsula cernua subovali, operculo conico.
D. inclinatum *Swartz musc. svec. p.* 28. *Hooker et Tayl. musc. brit. p.* 65. *t.* 20. *Hedwig stirp. cr.* 2. *t.* 27 (Swartzia).
Hab. in terra occultiore ad saxa rarius.
Caules penniformes insigniter nitent. Capsulae peristomium rubet.

66. DIDYMODON *capillaceum*: foliis basi subvaginantibus setaceis patulis distichis, capsula erecta subcylindrica, operculo subulato.
D. capillaceum *Swartz musc. svec. p.* 28. *Hooker et Tayl. musc. brit. p.* 67. *t.* 20. *Hedw. stirp. cr.* 2. *t.* 26. (Swartzia).
Hab. in terra molliore occulta ad saxa sylvatica rarius.
Muscus etiam nitidus, sed multo angustior praecedente.

67. DIDYMODON *rostratum*: caule subdiviso, foliis lineari-setaceis subsecundis flexuosis subenervibus, capsula erecto-cernua, operculo rostrato obliquo.
D. rostratum *Wahlenb. lapp. n.* 554.
Cynontodium flexicaule *Schwaegr. suppl.* 1. *p.* 113. *t.* 29.
Hab. in saxis declivibus humidis passim ex. gr. ad Norbylund.
Caules plerumque plus quam unciam longi.

68. DIDYMODON *trifarium*: foliis subdistantibus subtrifariis lanceolatis obtusiusculis carinatis; summis longioribus, capsula ovato-oblonga erecta, operculo subulato obliquo.

D. trifarium Hooker et Tayl. musc. brit. p 67. t. 20.
Swartzia trifaria Hedwig stirp. cr. 2. t. 28.
Hab. Upsaliae secundum Cl. Ehrhart.

769. DIDYMODON *pusillum*: subacaule, foliis attenuato-subulatis subserrulatis erectis strictis, capsula erecta, operculo conico.
D. pusillum *Hedwig spec. musc. p.* 104. *stirp. cr.* 1. *t.* 28.
Hab. in terra nuda subhumida rarius.
Totum valde inconspicuum foliis setae adpressis.

WEISSIA

Hedwig fund. p. 90.

Peristomium dentibus sedecim angustioribus reflexibilibus. Capsula subaequalis. Calyptra incumbens obliqua. Fructificatio sterilis capituliformis in diversa stirpe. – *Musci simpliciores.*

770. WEISSIA *recurvirostra*: foliis linearibus apiculatis superne patentibus, capsula cylindrica, operculo rostello recurvato. *Hedwig spec. musc. p.* 71. *stirp. cr.* 1. *t.* 7. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 46. *t.* 11. *Dillen. musc. t.* 48. *f.* 45.
Hab. in terra nuda ad palos, petras etc. satis frequenter.
Caules interdum unciales sunt et demum rufo-ferruginei fiunt; nervo omnium foliorum ejusdem coloris.

771. WEISSIA *controversa*: caule simpliciusculo, foliis lineari-attenuatis margine incurvis siccitate contortilibus, capsulis ovalibus, operculo rostrato.
W. controversa *Hedwig stirp. cr.* 3. *t.* 5. B. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 47. *t.* 15. *Dillen. musc. t.* 48. *f.* 43.
Hab. in terra denudata subhumida umbrosa passim ex. gr. versus Norby.
Muscus totus tantum duas lineas longus, eximie luteo-virens.

GRIMMIA

Hedw. fund. p. 89.

Peristomium dentibus sedecim latiusculis reflexibilibus

Capsula ovalis, subsessilis. Calyptra aequalis multipartita. Fructificatio sterilis gemmacea in eadem stirpe. — *Musci magis divisi.*

2. GRIMMIA *apocarpa:* caule diviso, foliis ovato-acuminatis patentibus; perichaetialibus apice diaphano terminatis, capsula ovata sessili. *Hedw. stirp. cr.* 1. *t.* 39. *spec. musc. p.* 79. Hooker et Taylor *musc. brit. p.* 36. *t.* 13.

Bryum apocarpum *a Linn. svec. n.* 986. *Dillen. musc. t.* 32. *f.* 4.

Hab. in petris et lapidibus campestribus vulgatissime. Caules plerumque unciam longi, plus minus rufescentes.

PTEROGONIUM

Swartz musc. svec. p. 26. Pterigynandrum *Hedw. spec. musc. p.* 80.

Peristomium dentibus sedecim erectis. Capsula cylindrica, lateralis! Fructificatio sterilis gemmiformis axillaris. — *Musci hypnoidei, sed tenuissimi.*

3. PTEROGONIUM *filiforme:* surculis repentibus nudis; ramis incurvatis simplicibus, foliis oblongis imbricatis enervibus.

P. filiforme *Hedw. stirp. cr.* 4. *t.* 7. Hooker et Tayl. *musc. brit. p.* 41. *t.* 14.

Hab. in saxis sylvaticis frequenter; sed non nisi ad Håga fructiferum lectum.

Muscus filo tenuior, omni nitore expers.

ENCALYPTA

Schreb. in gen. plant. n. 1643.

Peristomium dentibus sedecim erectis. Capsula cylindracea. Calyptra campanulata, laxa, indivisa, totam capsulam includens. Fructificatio sterilis gemmacea in eadem stirpe. — *Musci latifolii.*

74. ENCALYPTA *extinctoria:* subacaulis; foliis oblongo-ellipticis; vaginulae membrana deflexa pileiformi, calyptra inferne integerrima.

E. extinctoria *Swartz musc. svec. p.* 24.

E. vulgaris *Hedw. spec. musc. p.* 60. *stirp. cr.* 1. *t.* 18. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 35. *t.* 13.
Bryum extinctorium *Linn. svec. n.* 990. *α.*
Hab. in muris, ad semitas siccissimas e. s. p. passim.

775. ENCALYPTA *ciliata:* caule subdiviso, foliis oblongo-ellipticis mucronatis, vaginulae membrana cylindrica, calyptra margine dentata.
E. ciliata *Hedw. spec. musc. p.* 61. *stirp. cr.* 1. *t.* 19. *Hooker et Tayl. musc. brit. p.* 35. *n.* 3. *α. t.* 13.
Bryum extinctorium *β Linn. svec. n.* 990.
Hab. ad rupes montium majorum rarius, ad Godtsunda pluries visa.

SPLACHNUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1641. *Hedw. fund.* 2. *p.* 88. *t.* 7. *f.* 33. 34.

Peristomium dentibus octo plerumque bipartibilibus obtusis. Capsula insidens apophysi inani conoideae. Fructificatio sterilis disciformis in diversa stirpe. — *Musci insigniter membranacei subpellucidi.*

776. SPLACHNUM *ampullaceum:* caulescens, foliis ovato-lanceolatis acuminatis superne serrulatis, apophysi capsulis duplo latiore obovata in collum angustata.
S. ampullaceum *Linn. spec. pl.* 2. *p.* 1572. *Hedw. stirp. cr.* 2. *t.* 14. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 20. *t.* 9.
β. apophysi breviore rubicunda. S. vasculosum *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 31.
Hab. in paludibus maximis scil. pone Vitulfsberg et trans Jumkil, fimo bovino insidens.
Apophysis flavens, quam in ceteris multo magis elongata, quadruplo longior capsula sua.

TETRAPHIS

Hedw. fundam. 2. *p.* 87. *t.* 7. *f.* 32.

Peristomium dentibus quatuor pyramidalibus. Calyptra aequalis inferne laciniata. Fructificatio sterilis capituliformis et cyathiformis.

77. TETRAPHIS *pellucida*: caulescens; foliis ovato-lanceolatis laxis, capsulis cylindraceis.
T. pellucida *Hedwig spec. musc. p.* 45. *t.* 7. *f.* 1. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 16. *t.* 8. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1412.
Mnium pellucidum *Linn. svec. n.* 968.
Hab. in caudicibus et radicibus arborum putridis locis occultis subhumidis frequenter.

POLYTRICHUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1660. *Hedw. fund.* 2. *p.* 90. *t.* 7. *f.* 37.
Peristomium dentibus triginta duo et ultra, brevibus incurvis, abeuntibus in membranam transversalem cum operculo primum cohaerentem demum orificium capsulae tegentem. Calyptra dimidiata tecta pilis dependentibus vel apiculis adsurgentibus. Fructificatio sterilis disciformis saepius e centro prolifera. — *Musci foliis rigidis totis nervo crasso constitutis* (*except. ult. spec.*)

78. POLYTRICHUM *commune*: caule simplici, foliis attenuatis divergentibus serrulatis, capsulis ovatis quadrangulis apophysi instructis.
P. commune *Linn. svec. n.* 966. *α. Hedwig spec. musc. p.* 88. *Sv. Bot. t.* 101. *Hooker et Tayl. musc. brit. p.* 26. *t.* 10. *Dillen. musc. t.* 54. *f.* 1.
Hab. locis uliginosis et paludosis sylvarum vulgatissime.
Capsulis et foliis majoribus gaudet quam ullus alius muscus.

79. POLYTRICHUM *aurantiacum*: caule simplici, foliis elongatis patulis margine hyalinis serrulatis, capsulis ovalibus subangulatis apophysi obsoleta instructis.
P. aurantiacum *Hoppe taschenb.* 1800. *p.* 44.
P. longisetum *Swartz musc. svec. p.* 103. *t.* 8. *f.* 16.
β. capsulis magis elongatis angulatis.
P. formosum *Hedw. spec. musc. p.* 92. *t.* 19. *f.* 1.
Hab. in uliginosis humosis ad paludes majores passim.
Magis membranaceum et pallidius coloratum quam praecedens.

780. POLYTRICHUM *juniperinum*: caule simplici, foliis attenuato-subulatis patulis apice coloratis: marginibus inflexis, capsulis ovatis quadrangulis apophysi instructis.

P. juniperinum *Hedwig spec. musc. p.* 89. *t.* 18. *f.* 6-10. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 25. *t.* 10. *Dillen. musc. t.* 54. *f.* 2.

P. commune β *Linn. svec. l. c.*

Hab. locis sterilissimis praecipue sylvaticis vulgatissime.

Strictius et magis fuscescens est praecipue apicibus foliorum.

781. POLYTRICHUM *piliferum*: caule simplici, foliis superne subulatis piliferis marginibus inflexis contiguis, capsulis ovatis quadrangulis apophysi instructis.

P. piliferum *Hedwig spec. musc. p.* 90. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1562. *f.* 2. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 24. *t.* 10.

P. commune γ *Linn. svec. l. c.*

Hab. in ericetis et campis sterilissimis apricis frequenter.

Folia saepe rubent, pilis albidis terminata.

782. POLYTRICHUM *alpinum*: caule ramoso, foliis linearibus patentibus serrulatis, capsulis oblongis substrumosis obliquis.

P. alpinum *Linn. spec. pl.* 2. *p.* 1578. *Hooker et Tayl. musc. brit. p.* 27. *t.* 11. *Dillen. musc. t.* 55. *f.* 4.

Hab. in sylvis valde saxosis frigidis rarius, in Hesselbyensi aliquoties lectum.

783. POLYTRICHUM *urnigerum*: caule diviso, foliis lanceolatis planis dentatis subpatentibus, capsulis cylindricis erectiusculis.

P. urnigerum *Linn. svec. n.* 967. *Hedwig. spec. musc. p.* 100. *t.* 22. *f.* 5-7. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 27. *t.* 11.

Hab. in terra praerupta sylvatica passim.

Haec et sequentes species capsula angusta foliis mu-

vix latiore longe differunt a praecedentibus omnibus, quibus capsula foliis duplo triplove latior.

. POLYTRICHUM *nanum:* caule brevissimo, foliis lanceolatis convexis obtusis dentatis erectiusculis, capsulis subglobosis erectiusculis.

P. nanum *Hedw. stirp. cr.* 1. *t.* 13. *Hooker et Tayl. musc. brit. p.* 28 *t.* 11. *Dillen. musc. t.* 55. *f.* 6.

P. pumilum *Swartz musc. svec. p.* 77. *t.* 9. *f.* 19.

Mnium polytrichoides *Linn. svec. n.* 983.

Hab. in terra denudata sylvarum sicciorum passim; versus Norby pluries observatum.

Totus muscus uncia brevior est.

. POLYTRICHUM *undulatum:* caule simplici, foliis lanceolatis serratis siccitate undulatis uninervibus, calyptra glabra apice muricato.

P. undulatum *Hedwig stirp. cr.* 1. *t.* 16. 17. *Hooker et Tayl. musc. brit. p.* 23. *t.* 10.

Bryum undulatum *Linn. svec. n.* 996. *Flor. Dan. t.* 477. *Dillen. musc. t.* 46. *f.* 18.

. minus: foliis capsulisque brevioribus.

Hab. in terra denudata occulta sylvatica frequenter.

Capsula omnino ut in proxime praecedentibus, folia nervo suo quamquam alato Mniis subsimi-sunt.

GYMNOSTOMUM

Hedw. fund. 2. p. 87. t. 7. f. 31.

istomium nullum marginem capsulae nudum relinuens. Capsula aequalis terminalis. Fructificatio steilis subdisciformis in diversa stirpe. — *Musci subcaules.*

. GYMNOSTOMUM *pyriforme:* foliis ovalibus acutis concavis. capsula obovato-globosa, operculo convexo apiculato.

G. pyriforme *Hedw. spec. musc. p.* 38. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 13. *t.* 7.

Bryum pyriforme *Linn. svec. n.* 989. *Flor. Dan. t.* 537. *f.* 1. *Dillen. musc. t.* 44. *f.* 6.

Hab. in terra nuda subhumida campestri passim.

equentibus multo latius, capsula fere lineam lata.

787. GYMNOSTOMUM *ovatum*: foliis ovatis erectis concavis; nervo intus granulifero apiculato, operculo rostrato.

G. ovatum *Hedw. stirp. cr.* 1. *t.* 6. *Hooker et Taylor musc. brit. p* 11. *t.* 7.

Hab in agris argillosis passim copiose.

Muscus totus vix lineas duas altus.

788. GYMNOSTOMUM *truncatulum*: foliis ovatis apiculatis planiusculis patentibus, capsulis obovato-truncatis.

G. truncatulum *Hedwig stirp. cr.* 1. *t.* 5. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 12 *t.* 7.

Bryum truncatulum *Linn. svec. n.* 1001. *Flor. Dan. t.* 537. f. 2.

Hab. in terra argillosa passim.

Praecedenti plerumque paullo longior et angustior.

789. GYMNOSTOMUM *Heimii*: foliis spathulato-lanceolatis apice denticulatis, capsula subcylindracea, rostro declinato.

G. Heimii *Hedwig stirp. cr.* 1. *t.* 30. *Hooker et Tayl. musc. brit. p.* 12. t. 7.

β. obtusum, capsula breviore. G. obtusum *Hedwig spec. musc. p.* 34. *t.* 2. *f.* 1-3.

Hab. in palis et lignis juxta aquas passim; β locis glareosis.

Locis aquosis saepe semiunciam longum.

ANICTANGIUM

Hedw. spec. musc. p. 40.

Peristomium nullum; margo capsulae nudus. Capsula aequalis, subsessilis. Fructificatio sterilis gemmiformis axillaris in eadem stirpe. — *Musci subdichotomi.*

790. ANICTANGIUM *ciliatum*: caule ramoso, foliis ovatis enervibus concavis: acumine diaphano denticulato circa capsulam sessilem ciliato.

A. ciliatum *Hedw. spec. musc. p.* 40. *stirp. cr.* 1. *t.* 40. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 14. *t.* 6.

Bryum apocarpum β *Linn. svec. n.* 936.

Hab. in lapidibus saxisque campestribus vulgatissime.

Muscus totus coloris canescentis, operculis flavescentibus.

SPHAGNUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1637. Hooker et Tayl. musc. br. p. 3. t. 1.

Peristomium nullum; margo capsulae nudus. Receptaculum fructificationis elongatum, apice incrassato gerens Calyptram et Capsulam rectam. Fructificatio sterilis in apicibus ramorum diversi caulis. — *Musci ramis undique recurvis, foliis enervibus latius reticulatis demum decoloratis.*

791. SPHAGNUM *latifolium*: foliis ovatis obtusis capsulis subglobosis.
S. latifolium *Hedwig spec. musc. p. 27.*
S. palustre *Linn. svec. n.* 959.
α. foliis magis obtusis totis imbricatis.
S. obtusifolium *Ehrh. crypt. n.* 241. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 3. *t.* 4.
S. cymbifolium *Sv. Bot. t.* 113. *fig. c. d.*
β. foliis minus obtusis patentibus.
S. squarrosum *Web. et Mohr. it. svec. p.* 129. *t.* 2. *f.* 1. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 4. *t.* 4.
Hab. in paludibus caespitosis vulgatissime; β in sylvaticis umbrosis.
Totum duplo crassius et latius sequente.

792. SPHAGNUM *capillaceum*: foliis lanceolatis acuminatis, capsulis oblongatis.
S. capillaceum *Sv. Bot. t.* 113. *fig. a. b.*
S. acutifolium *Hooker et Tayl. musc. brit. p.* 4. *t.* 4. *Dillen. musc. t.* 32. *f.* 2. *A.*
S. palustre β *Linn. svec. n.* 959.
β. foliis magis elongatis. S. cuspidatum *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 4. *t.* 4. *Dillen. musc. t.* 32. *f.* 2. *B.*
Hab. in paludibus et paludosis omnibus frequentissime; β in aquis.

PHASCUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1636.

Peristomium nullum; margo capsulae nunquam ab o-

perculo discedens. Capsula subsessilis terminalis. Fructificatio sterilis axillaris in eadem stirpe. — *Musci omnium minimi.*

793. PHASCUM *subulatum*: foliis lineari-subulatis; summis sursum setaceis strictis capsulam duplo superantibus.

Ph. subulatum *Linn. spec. pl. ed. 2. p.* 1570. *Flor. Dan. t.* 249. *f.* 2. *Hooker et Tayl. musc. brit. p.* 6. *t.* 5.

Hab. in terra arenosa ad vias rarius.

Angustissimum omnium capsula nudo oculo parum discernenda.

794. PHASCUM *cuspidatum*: foliis ovato-acuminatis cuspidatis erectis capsulam includentibus.

Ph cuspidatum *Schreb. phasc. t.* 1 *f.* 1-5. *Flor. Dan. t.* 249. *f.* 3. *Hooker et Tayl. musc. brit. p.* 8. *t.* 5.

Hab. in agris argillosis aestate pluviosa satis frequenter.

Duplo saltem latius praecedente omnibus partibus.

795. PHASCUM *muticum*: foliis ovatis muticis concavis conniventibus capsulam aequantibus.

Ph. muticum *Schreb. phasc. t.* 1. *f.* 11-14. *Hooker et Taylor musc. brit. p.* 7. *t.* 5. *Dillen. musc. t.* 32. *f.* 12.

Ph. acaulon *Linn. suec. n.* 960.

Hab. in udis limosis ad fluvium Upsaliensem rarius.

Omnium brevissimum est, capsula coloratiore.

ANDRAEA.

Ehrh. beitr. 1. p. 15. *et* 180. *Hooker et Tayl. musc. p.* 2. *t.* 1.

Peristomium nullum, sed operculum superne connectens lacinias quatuor Capsulae subsessilis. Receptaculum fructificationis elongatum, apice incrassato gerens calyptram capsulamque. — *Musci rigiduli fuscescentes.*

796. ANDRAEA *alpina*: foliis ovato-oblongis acutiusculis enervibus: perichaetialibus imbricatis muticis.

A. alpina *Wahlenb. lappon. n.* 538.

Jungermannia alpina *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1601. *Ehrh. ups. in beitr.* 5. *p.* 34.

A. rupestris Hooker et Tayl. musc. brit. p. 2. t. 8. optim.

Hab. in saxis sylvaticis apricis frequenter.

Muscus plerumque quatuor tantum lineas longus.

JUNGERMANNIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1662. Hedw. theor. p. 154. t. 17-25.

Capsula quadrivalvis, solitaria in pedunculo caduco hyalino fila elastica inter seminula capsulae emittente. Perichaetium sacculiforme. Fructificatio sterilis pulveracea in apicibus ramulorum vel foliorum. — *Musci* — 1) *foliis undique caulem tegentibus aequalibus n.* 797. — 2) *foliolis in latere caulis inferiore duplo circiter minoribus iisque stipulis dictis, foliis ceteris vel divisis n.* 798-801 *vel indivisis n.* 802-807. — — 3) *caule in latere inferiore nudo sine stipulis, foliis alioquin conduplicatis n.* 808-810. *vel planiusculis n.* 811-814. — — 4) *fronde estipitata vel enervi n.* 815-816. *vel uninervi n.* 817-819.

797. JUNGERMANNIA *trichophylla:* surculis repentibus capillaceis subramosis, foliis undique sparsis subternis capillaceis articulatis, perichaetiis ciliatis.

J. trichophylla *Linn. spec. n.* 1046. Hooker *jung. n.* 1. *t.* 7. *Dillen. musc. t.* 73. *f.* 37. *Ehrh. beitr.* 2. *p.* 46. *n.* 27. (ob synon).

Hab. in terra humidiuscula occulta ad radices arborum emortuas passim.

Omnium tenuissima fere tota capillacea, laete virens.

798. JUNGERMANNIA *ciliaris:* surculis procumbentibus pinnatis, foliis subtrifidis fimbriatis, stipulis subquadratis fimbriatis, perichaetiis obovatis ore contractis.

J. ciliaris *Linn. spec. n.* 1044. Hooker *jung. n.* 63. *t.* 47. *Dillen. musc. t.* 69. *f.* 3. *Ehrh. beitr.* 2. *p.* 45. *n.* 26.

Hab. ad lapides, arborum caudices etc. in sylvis frequenter.

Ex majoribus nostris, saepius fuscescens.

799. JUNGERMANNIA *reptans:* surculis repentibus, foliis rhombeis incurvis acute quadridentatis, stipu-

lis semiamplexicaulibus quadrifidis, perichaetiis radicalibus ore dentatis.

J. reptans *Linn. spec. pl. ed. 2. p.* 1599. *Hooker jung. n.* 59. *t.* 76. *Dillen. musc. t.* 71. *f.* 24.

Hab. in cryptis umbrosis per sylvas majores passim; in Kungsparken versus Jägartorpet saepius lecta.

Filo vix crassior est, semper laete virens.

800. JUNGERMANNIA *quinquedentata:* surculis repentibus simpliciusculis, foliis subquadratis subquadrifidis, stipulis lanceolatis bifidis fimbriatis, perichaetiis terminalibus ore constrictis dentatis.

J. quinquedentata *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1598.

J. barbata *Schmid. ic. t.* 48. *Hooker. jung. n.* 57. *t.* 70.

Hab. inter muscos in sylvis plerisque frequenter.

Ob lanuginem radiculosam stipulae non observantur nisi ad apicem surculorum.

801. JUNGERMANNIA *bidentata*: surculis procumbentibus subramosis, foliis ovatis decurrentibus apice bidentatis, stipulis bifidis laciniatisve, perichaetiis terminalibus ore laciniatis.

J. bidentata *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1598. *Hooker jung. n.* 53. *t.* 30. *Dillen. musc. t.* 70. *f.* 11.

Hab. ad rivulos sylvarum passim.

Ex latioribus est, surculis saepe lineam latis fere diaphanis.

802. JUNGERMANNIA *cavifolia*: surculis procumbentibus subpinnatis, foliis orbiculatis concavis basi strumosis, stipulis ovalibus bilobis, perichaetiis lateralibus.

J. cavifolia *Ehrh. beitr.* 4. *p.* 45. *Wahlenb. lapp. n.* 699. *t.* 25. *f.* 1.

J. serpyllifolia *Hooker jung. n.* 67. *t.* 38.

Hab. in rupibus umbrosissimis montium Godtsundensium satis copiose.

Surculi filo vix latiores, cito lutescentes ut in J. complanata.

803. JUNGERMANNIA *Trichomanis*: surculis repentibus simpliciusculis, foliis ovatis obtusis planiuscu-

lis, stipulis divergenter bilobis, perichaetiis lateralibus subterraneis.

J. Trichomanis *Dicks.* 405. *Hooker jung. n.* 52. *t.* 65.

Mnium Trichomanis *Linn. svec. n.* 985. *Dillen. muss. t.* 51. *f.* 5.

Hab. in locis uliginosis sylvarum frigidiorum praecipue in Hesselbypark.

Surculi saepe ultra lineam lati valde pellucentes, subglaucescentes.

804. JUNGERMANNIA *viticulosa*: surculis procumbentibus ramosis, foliis horizontalibus planis ovatis integris, stipulis late ovatis dentatis, perichaetiis lateralibus subterraneis.

J. viticulosa *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1597. *Hooker jung. n.* 51. *t.* 60. *Dillen. musc. t.* 69. *f.* 7.

Hab. in sylvis subhumidis rarius.

Praecedente fere latior, tota procumbens (sine apicibus adscendentibus.)

805. JUNGERMANNIA *tamariscifolia*: surculis repentibus pinnatis, foliis orbiculatis: auriculis subrotundis transversalibus stipula emarginata majoribus. *Web. et Mohr crypt. p.* 398. *Schmid. ic. p.* 256. *t.* 67.

J. dilatata *Ehrh. dec. n.* 215. *Hooker jung. n.* 72. *t.* 5.

Hab. in rupibus umbrosis montium Godtsundensium parcius.

Filo vix latior, minus laevigata, fere granulata in perichaetiis, rubens.

806. JUNGERMANNIA *dilatata*: surculis repentibus pinnatis, foliis orbiculatis: auriculis oblongis parallelis stipula emarginata minoribus. *Web. et Mohr crypt. p.* 402. *Wahlenb. lapp. n.* 703.

J. tamarisci *Hooker jung. n.* 73. *t.* 6. *Dillen. musc. t.* 72. *f.* 31.

Hab. in rupibus et truncis arborum rarius.

Praecedente plerumque duplo triplove latior, laevigata, etiam rubens.

807. JUNGERMANNIA *platyphylla*: surculis procumbentibus planis pinnatis, foliis cordatis obtusis: lobis accessoriis stipula minoribus integerrimis oblongis.

J. platyphylla *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1600. *Hooker jung. n.* 61. *t.* 44. *Dillen. musc. t.* 72. *f.* 32.

Hab. in rupibus umbrosissimis praecipue montium Godtsundensium copiose.

Ceteris nostris plerumque major, surculis sesquialteram lineam latis. obscure viridibus.

808. JUNGERMANNIA *complanata:* surculis repentibus pinnatis planis, foliis orbiculatis: lobo inferiore papillato radiculoso ovato, perichaetiis terminalibus compressis truncatis.

J. complanata *Linn. svec. n.* 1041. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1062. Hooker *jung. n.* 45. *t.* 67. *Dillen. musc. t.* 72. *f.* 26.

Hab. in truncis arborum frondosarum frequenter, sub lapidibus adjacentibus raro.

Pallidior est proximis, immo lutescens.

809. JUNGERMANNIA *undulata*: surculis planis adscendentibus, foliis conduplicatis bifidis: lobo inferiore subrotundo subdenticulato; superiore duplo minore integerrimo rotundato.

J. undulata *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1598. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 33. *Dillen. musc. t.* 71. *f.* 17. *Hooker jung. n.* 37. *t.* 22?

Hab. in rivulis atris trans Jumkil.

Plerumque nigricans, lata.

810. JUNGERMANNIA *saxicola:* surculis adscendentibus subtriquetris, foliis subsecundis conduplicatis reclinatis bilobis: lobo superiore minore patente cruciato; inferiore imbricato.

J. saxicola *Schrad. coll. n.* 97. *Sprengel in Wetterauisch. annal.* 1809. *p.* 23. *t.* 4. *f.* 5. non bona. *Wahlenb. lapp. n.* 710.

J. resupinata *Linn. herbat. ups. in am. ac.* 3. *p.* 431. *svec. n.* 1038?

Hab in saxis ad paludem Vitulfsbergensem copiosius, ad sylvam Nosten parcius.

Crassior et magis julacea quam reliquae nostrae.

811. JUNGERMANNIA *bicuspidata:* surculis procumbentibus capillaceis, foliis planis patulis cauli subparallelis bifidis: lobis divergentibus acuminatis.

J. bicuspidata *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1598. Hooker *jung. n.* 26. *t.* 11. *Dillen. musc. t.* 70. *f.* 13.

Hab. in terra humida sylvatica passim.

12. JUNGERMANNIA *incisa:* surculis prostratis depressis simpliciusculis, foliis subquadratis undulatis trifidis: lobis sinuatis acutis.

J. incisa *Schrad. coll.* 2. *n.* 100. *Hooker jung. n.* 31. *t.* 10.

Hab. in sylvarum lignis putridis passim.

Color glaucescens.

13. JUNGERMANNIA *asplenioides:* surculis adscendentibus planis, foliis cauli parallelis decurrentibus obovato-rotundatis dentatis subrecurvis, perichaetiis terminalibus compressis.

J. asplenioides *Linn. spec. pl. ed.* 2. p. 1597. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1061. *Hedwig theor. t.* 18. 19. *Hooker jung. n.* 7. *t.* 13. *Dillen. musc. t.* 69. *f.* 5.

Hab. in sylvis muscosis umbrosis satis copiose.

Variat eximie magnitudine, saepius latior quam illa praecedentium.

14. JUNGERMANNIA *pusilla:* surculis prostratis simpliciusculis, foliis horizontalibus subquadratis undulatis subtrilobis: lobis inaequalibus obtusis, perichaetiis terminalibus campanulatis.

J. pusilla *Linn. svec. n.* 1050. *Hedwig theor. p.* 158. *t.* 20. *f.* 1-4. Hooker *jung. n.* 32. *t.* 69.

Hab. locis humidis infra rupes ex. gr. versus Norby.

Brevissima plerumque duas tresve tantum lineas longa.

15. JUNGERMANNIA *palmata:* fronde palmata abbreviata enervi; laciniis linearibus carnosis, perichaetiis marginalibus brevissimis.

J. palmata *Hedwig theor. p.* 159 *t.* 20. *f.* 5-7.

J. multifida var. *Hooker jung. n.* 75.

Hab. in lignis putridis infra rupes Godtsundenses passim.

Plerumque etiam aliquot tantum lineas longa, laciniis subfiliformibus.

16. JUNGERMANNIA *pingvis:* fronde oblongata ramosaque decumbente enervi carnosa subtusque tumida, perichaetiis submarginalibus brevissimis.

J. pingvis *Linn. svec. n.* 1048. *Hooker jung. n.* 74. *t.* 46. *Dillen. musc. t.* 74. *f.* 42.

Hab. in paludibus aquosis ex. gr. versus Norby, in lignis etc.

Ex majoribus fronde saltem unciam longa et lineas duas lata.

817. JUNGERMANNIA *epiphylla*: fronde oblonga subdivisa obsolete uninervi submembranacea; lobis rotundatis reticulatis, perichaetiis e superiore pagina prope apicem frondis egredientibus subcylindricis.

J. epiphylla *Linn. svec. n.* 1047. *Hedwig theor. t.* 23-25. *Hooker jung. n.* 77. *t.* 61. *Dillen. musc. t.* 74. *f.* 41.

Hab. in terra uliginosa occulta passim.

Major et latior ceteris omnibus lobis circiter 4 lineas latis. Capsulae globosae.

818. JUNGERMANNIA *Blasia*: fronde dichotoma submembranacea uninervi inferne squamosa, perichaetiis intra apices nervorum. *Hooker jung. n.* 76. *t.* 81.

Blasia pusilla *Linn. svec. n.* 1053. *Flor. Dan. t.* 45. *Hedwig theor. p.* 191. *t.* 30. (sine capsulis).

Hab. in terra subhumida umbrosa parcius.

819. JUNGERMANNIA *furcata*: fronde dichotoma lineari membranacea uninervi subtus pilosiuscula, perichaetiis subtus e nervo frondis egredientibus pilosiusculis.

J. furcata *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1602. *Hedwig theor. t.* 21. 22. *Hooker jung. n.* 78. *t.* 66. *et* 80.

J. multifida *Linn. svec. n.* 1049.

Hab. in rupibus umbrosissimis Godtsundensibus alibique.

Dimidiam tantum lineam lata sed satis longa.

MARCHANTIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1661. *Hedw. theor. p.* 172. *t.* 26-28.

Capsulae superne laciniis dehiscentes seminulaque inter fila spiralia continentes, sessiles sub Receptaculo subpileiformi communi stipitato. Fructificationes aliae

vel peltatae vel cyathiformes adsunt aut desiderantur — *Musci hepatici fronde expansa radicante.*

o. MARCHANTIA *polymorpha:* pileo multiradiato planiusculo multiloculari: loculamentis fimbriatis multicapsularibus.

M. polymorpha *Linn. svec. n.* 1051. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1427. *Dillen. musc. p.* 527. *t.* 77. *f.* 7.

β. fontana *Dillen. musc. p.* 523. t. 77. *f.* 6.

Hab. in terra culta ad domos vel exusta sylvarum frequenter; at β in aquis rarius.

Major est omnibus ceteris muscis laciniis frondis ɜpe quatuor lineas latis. Pilei radiis circiter decem ·e liberis teretiusculis. De cetero tum peltae latitune laciniarum frondis tum cyathi ipsis multiplo anstiores adsunt. — β tantum differt folio toto magis viridi.

1. MARCHANTIA *hemisphaerica:* pileo quadrangulari quadriloculari convexo: loculamentis integris.

M. hemisphaerica *Linn. svec. n.* 1052. *Dillen. musc. p.* 519. *t.* 75. *f.* 2.

Hab. in terra occulta juxta paludes sylvaticas praesertim versus Norby satis copiose.

Magnitudo fere praecedentis, sed pilei multo simciores.

2. MARCHANTIA *pilosa:* pileo subgloboso quadricapsulari; calyptris exsertis fimbriatis.

M. pilosa *Flor. Dan.* 8 t. 1426. bona. *Wahlenb. lapp. n.* 727.

M. tenella *Retz. scand.* 2. *p.* 270.

Hab. ad rupes irrigatas occultas montium Godtsundensium passim.

Praecedentibus multiplo minor, fronde pileoque cirɜr lineam latis.

ANTHOCEROS

r. gen. ed. Schreb. n. 1664. *Hedw. theor. p.* 186. *t.* 29. *et* 30. *f.* 1–3.

psula acicularis, bivalvis, instructa Columnula cenrali cum seminulis arillatis: pedunculus ad basin cayculo varie diviso. Fructificationes aliae in fronde atentes. — *Musci fronde expansa radiculosa.*

823. ANTHOCEROS *punctatus:* fronde turbinata. *Web. et Mohr. crypt. p.* 436. *Linn. spec pl.* 2. *p.* 1606. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 54. *Flor. Dan. t.* 396. *Dillen. musc. t.* 68. *f.* 1.

Hab. in agris Upsaliae secundum Cl. Ehrhart.

RICCIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1666. Hedwig theor. p. 197. t. 31.

Fructificatio in fronde inclusa, apiculo styliformi tantum emergens. Capsulae verae desiderantur? — *Algis simillimae.*

824. RICCIA *crystallina:* terrestris, fronde cavernosa.

R. crystallina *Linn. svec. n.* 1055. *herbat. upsal. in am. ac.* 3 *p.* 442. *Dillen. musc. t.* 78. *f.* 12.

Hab. in ripis fluvii Upsaliensis rarius.

825. RICCIA *minima:* terestris, fronde punctata.

R. minima *Linn. svec. n.* 1054. *Dillen. musc. t.* 78. *f.* 11.

β. lobis latioribus magis rotundatis.

R. glauca *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 54. *Hedwig theor. t.* 31.

Hab. in terra nuda subhumida campestri passim.

Orbes lineas aliquot latos pulchre glaucescentes format.

826. RICCIA *fluitans:* aquatica, frondibus dichotomis linearibus elongatis.

R. fluitans *Linn. svec. n.* 1056. *Dillen. musc. t.* 74. *f.* 47. *Flor. Dan. t.* 275. *Ehrh. beitr.* 3. *p.* 81. *n.* 4.

Hab. in fluviis inter Fontinalem antipyreticam ex. gr. prope Håga.

Saepe plures uncias longa laete virens.

3. ORD. ALGAE

CONSPECTUS

Hic et insequens ordo quasi alteram sectionem Cryptogamiae constituunt a praecedentibus satis diversam defectu capsulae membranaceae definite de-

scentis, sed ejus loco adsunt fructus grossâ magis minus effiguratâ substantiâ efformati vel etiam senula nuda nullo definito fructu inclusa. De ceo, quod ad ipsam stirpem attinet, desideratur in hac ctione illa plus minus herbacea et foliacea viridis bstantia in praecedentibus plantis tam vulgaris, ejuse loco oritur massa magis coriacea vel cartilaginea l gelatinosa vel denique fungosa, quae colorem lonalium induit et vix unquam viridem nisi in paucis uam semper inhabitantibus. Ordines bini hujus Seionis etiam vix melius quam substantia inter se dingvuntur: algae plus minus coriaceam vel cartilaneam vel gelatinosam expansionem habent; Fungi ntra informem magis et simplicem massam plus mius carnosam ad fructum constituendum fere solumodo factam. Ordines hi tam analogi necesse etiam lterius dispescuntur analogo modo, ita ut primum reenseantur plantae, quae habent fructum bene constitutum pertum fere substantiâ totius stirpis, dein fructum iam bene formatum sed plus minus clausum et subtantia duriori quam reliquae stirpis constitutum, ostea veniunt genera fructu fere saccato, denique seinulis nudis dispersis.

Analogia haec cum Fungis praecipua adest apud lgas terrestres vel Lichenosas, quae longe naximam partem ordinis praecipue in nostra flora onstituunt. Altera subdivisio ordinis Algas aquaicas continens apud nos tam parva est, ut appenicem longe magis referat et fere qua talis infra tratabitur. ALGAE TERRESTRES *s.* LICHENOSAE *ad nornam supra datam dispescuntur sequenti modo, attanen non sine magna difficultate cum fructum longe ninus evolutum habeant quam Fungi.*

1. *Hymenocarpae seminulis in membrana teniore varie colorata supra receptaculum a substantia tirpis formatum. Receptaculum hocce scutellum opime formatum rotundum plerumque concavum refert n* Lichene, *peltam autem oblongatam adnatam in* Peltidea, *orbiculum in* Usnea, *tuberculum convexum in* Boeomycide.

2. *Sclerocarpae seminulis in substantia duriori efformante Receptaculum plerumque atrum a substrata stirpe facile dignoscendum. Receptaculum hoce variam formam induit, (unde genera multa sed parva oriuntur)*: a) *plus minus apertum scutelliforme*: Gyromium, Lecidea, Calicium; b) *subapertum lineare*: Opegrapha; c) *clausum subglobosum*: Verrucaria.

3. *Dermatocarpae seminulis inclusis in sacculo plus minus coriaceo*: Endocarpon, Sphaerophoron, Rhizomorpha.

4. *Pulveraceae pulvere prolificante collecto in maculas subscutelliformes* (Variolaria) *vel disperso in crustam* (Byssus).

ALGAE AQUATICAE *quot nobis adsunt his ultimis terrestribus non male accedunt. Constant enim filis plus minus collectis, intra quae latet pulvis prolificans. E filis collectis constant* Nostoc *et* Rivularia: *magis simplices sunt Confervae iisque proxime affines reliquae plantae.*

LICHEN

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1668. quod ad optimam partem. Parmelia *Achar. meth. p. 164.* Urceolaria *Ib.*

Receptaculum fructus scutelliforme apertum, obtectum tenui tantum strato seminulis binis ternisve intra perispermium inclusis referto, marginatum substantia stirpis vel etiam initio immersum (Urceolaria Ach.) — *Stirps vel crustacea vel varia modo foliacea et fruticulosa, unde subdivisiones sequentes.*

1. CRUSTACEI: crusta adnata uniformi, scutellis vel immersis (Urceolaria Ach. syn. p. 137–145.) vel plus minus adnatis (Lecanora Ach. syn. p. 145–194.)

a. Leprosi: crusta plus minus leprosa non effigurata (Patellaria Achar. prodr. p. 36.), scu-

tellis pallidis n. 827-829; luteis n. 830-835, rubris n. 836-839, fuscis n. 840-841, nigrescentibus n. 842-845

27. LICHEN *Upsaliensis*: crusta tenui inaequali albescente, scutellis concoloribus elevatis margine tumidulo *Linn. svec. n.* 1073. *Engl. Bot.* 23. *t.* 1634.
Hab. supra reliquias graminum muscorumque in campo inter arcem et Kungsparken parcius.

28. LICHEN *pallescens*: crusta verrucosa compacta lactea, scutellis pallide lutescentibus margine incrassato. *Linn. svec. n.* 1071.
Hab. in cortice annoso arborum frondosarum ex. gr. ad Kungsträgården.

29. LICHEN *tartareus*: crusta tartarea granulata inaequabili albo-cinerascente, scutellis testaceis albo-marginatis. *Linn. svec. n.* 1070. *Sv. Bot. t.* 77.
Hab in saxis sylvaticis declivibus passim.
Crusta saepe palmam lata et scutellae duarum linearum latitudinis.

30. LICHEN *varius*: crusta tenui subverrucosa pallide virescente, scutellis confertis disco planiusculo lutescente varioque margine subinflexo repandoque. *Ehrh. crypt. n.* 68. *Engl. Bot.* 24. *t.* 1666.
Hab. in lignis denudatis sepimentorum, parietum etc. frequentissime.
Scutellae plerumque semilineam tantum latae.

31. LICHEN *vitellinus*: crusta granulata inaequali flava, scutellis planis elevato-marginatis flavissimis. *Ehrh. crypt. n.* 155. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1347. *f.* 2.
Hab. in parietibus ligneis pagorum ubique.
Praecedente fere minor.

32. LICHEN *salicinus*: crusta granulato-inaequali lutescente, scutellarum disco demum convexo subaurantio margine tenui crenulato. *Schrad. spicil. p.* 82. *Engl. Bot.* 19. *t.* 1305.
Hab. in cortice arborum frondosarum semimortuarum passim.

833. LICHEN *aurantiacus:* crusta determinata rimoso-inaequali cinerascente, scutellis confertis demum convexis aurantiacis margine dilutiore. *Ehrh. crypt. n.* 28. *Engl. Bot. t.* 432.

Hab. in cortice populorum annosarum frequenter.

834. LICHEN *luteolus*: crusta granulosa cinereo-pallida, scutellis demum subglobosis luteis immarginatis. *Schrad. spicil. p.* 85. *Achar. syn. p.* 41. (Lecidea).

Hab. inter muscos in cortice frustuloso antiquo praecipue Aceris passim.

835. LICHEN *Ehrhartianus*: crusta subcartilaginea effusa granulata rimosaque albo-virescente nigropunctata, scutellis planiusculis difformibus flavescentibus immarginatis. *Achar. prodr. p.* 39. *t.* 2. *f.* 1.

Hab. in cortice antiquo Quercus prope lacum Mälen ad Vårdsätra etc.

836. LICHEN *icmadophila*: crusta effusa tenui inaequabili albo-virescente, scutellis planis incarnatis subimmarginatis. *Ehrh. cr. n.* 40. *Flor. Dan. t.* 472. *f.* 4. (ericetorum).

Hab. praecipue supra Sphagnum putrescens in paludibus maximis passim.

Scutellae interdum sesquilineam latae vel multiplo latiores quam in 6 praecedentibus.

837. LICHEN *vernalis:* crusta tenuissima cinerascente, scutellis immarginatis demum subglobosis confertis helvolo-ferrugineis. *Linn. syst. veg. ed. Murr. p.* 957.

Hab. ad radices arborum locis subhumidis muscos incrustans passim.

838. LICHEN *Acharii*: crusta laevigata subrimosa ferrugineo-ochracea, scutellis urceolatis immersis rubicundis. *Achar. prodr. p.* 33. *c. fig. tit.*

Hab. in lapidibus saxisque aqua paludosa irrigatis passim ex. gr. in sylva Norbyensi, Nosten, ad Vitulfsberg.

Scutellae apud nos puncto vix majores.

839. LICHEN *ventosus:* crusta tartarea verrucosa luteo-pallescente, scutellis irregularibus demum con-

vexis rubro-brunneis pallide marginatis. *Linn. svec. n.* 1065. *Westring färglafv. n.* 6.

Hab. in saxis sylvaticis siccis apricis vento quam maxime expositis passim copiose.

Praecedentibus spectabilior scutellis pulchris ultra liam saepe latis.

10. LICHEN *subfuscus:* crusta tenui laevi demum granulata albo-cinerascente, scutellis subfuscis nigrisve margine elevato tumidulo crustae concolori. *Linn. svec. n.* 1072. *Hoffm. enum. lich. p.* 51. *t.* 5. *f.* 3.

Hab. in cortice arborum frondosarum frequenter, in lignis rarius.

Satis conspicuus scutellis crebrioribus.

11. LICHEN *badius:* crusta verrucosa effusa olivaceo-fusca, scutellis demum convexis nigro-umbrinis nitidis. *Achar. prodr. p.* 67. *synops. p.* 154.

Hab. in saxis sylvaticis apricis parcius.

12. LICHEN *tephromelas:* crusta sublimitata inaequali verrucosa albo-cinerascente, scutellis demum convexiusculis atris margine elevato albo. *Ehrh. cr.* — *Westring färglafv. n.* 15. (L. ater). *Achar. syn. p.* 146.

Hab. in petris lapidibusque praecipue campestribus frequenter.

13. LICHEN *cinereus:* crusta subtartarea areolato-verrucosa rimosaque cinerea, scutellis suburceolatis immersis nigris: margine inconspicuo laevi. *Linn. mant. p.* 132. *Westring färglafv. n.* 18.

Hab. in petris, lapidibus saxisque inprimis campestribus ubique.

14. LICHEN *contortus:* crusta tenui limitata rimulosa albo-cinerascente, scutellis immersis in medio annulatis albido-plumbeis pruinosis. *Hoffm. en. lich. t.* 6. *f.* 3.

Hab. ad arcem regiam in tegulis aliisque lapidibus calce conspersis passim.

15. LICHEN *scruposus:* crusta tartarea rugoso-granulata cinerascente, scutellis urceolatis immersis

nigrescentibus: margine cinereo inflexo. *Schreb. lips. Hoffm. enum. lich. t.* 6. *f.* 1.

Hab. in petris occultioribus sylvarum passim.

b. crustaceo-lobati: crusta effigurata in formam rosulae ambitu lobatae (Placodium Achar. syn. p. 179.)

846. LICHEN *saxicola:* crusta subcartilaginea pallido-virescente ad ambitum multipartita, scutellis ochraceis demum convexis. *Pollich. pal. p.* 225. *Engl. Bot.* 24. *t.* 1695. opt.

Hab. in petris et saxis praecipue campestribus ruderalibus frequenter.

Crustae lobi semilinea vix latiores.

847. LICHEN *murorum:* crusta rugoso-radiata ad ambitum lobata incrassata vitellina, scutellis planiusculis elevato-marginatis saturatioribus. *Hoffm. enum. lich. p.* 63. *t.* 9. *f.* 2. *Achar. syn p.* 181.

Hab. ad arcem regiam in muris antiquis tum latericiis tum granitoideis copiose.

848. LICHEN *circinatus:* crusta rimoso-areolata cinerascente ambitu plicato lineari-laciniato, scutellis confertis demum angulosis planis fusco-nigris submarginatis. *Achar. prodr. p.* 100. *Vet. Ac. Handl.* 1794. *p.* 189. *t.* 6. *f.* 5.

Hab. ad latus orientale collis arcis supra fontem in lapidibus muralibus calce conspersis passim.

c. squamacei: crusta squamulis latiusculis constituta (Psoroma Ach. synops. p. 188.)

849. LICHEN *brunneus:* crusta granulato-squamacea cinereo-hepatica, scutellis crustae innatis confertis planis rufo-fuscis margine crenulato. *Swartz nov. act. ups.* 4. *p.* 247. *Engl. Bot.* 18. *t.* 1246. *Ach. syn. p.* 193.

Hab. in terra vegetabili paludosa sylvarum maximarum rarius.

850. LICHEN *hypnorum*: crusta squamacea crenulata pallido-hepatica, scutellis concavis dilatatis badiis: margine squamuloso. *Flor. Dan.* 6. *t.* 956. *Hoffm. pl. lich.* 3. *t.* 63. *f.* 4-7. *Ach. syn. p.* 193.
Hab. ut prior, sed locis siccioribus raro.

851. LICHEN *cervinus*: glebuloso-squamaceus sublobatus castaneus, scutellis immersis planiusculis fuscescentibus demum marginatis. *Persoon.* — *Wahlenb. lapp. n.* 782. *Ach. syn. p.* 188.
Hab. in lapidibus subalpestribus versus Kungsparken rarius.

852. LICHEN *candelarius*: crusta squamaceo-laciniata subimbricata flava; marginibus granulatis, scutellis planiusculis concoloribus margine elevato integerrimo. *Linn. suec. n.* 1069. *Westring färglafv. n.* 5. *Ach. syn. p.* 192.
Hab. in lignis, muris, lapidibus ruderalibus ubique.

2. IMBRICATI: foliis repentibus, imbricatim adpressis, subtus plerumque radiculosis, scutellis margine solutis modice elevatis (Parmelia Ach. syn. p. 195-220.)

853. LICHEN *caesius*; imbricatus albo-cinerascens glaucescenti-maculatus; laciniis sublinearibus planiusculis subtus nigro-fibrillosis, scutellis nigris concavis margine subinflexo *Hoffm. en. lich. p.* 65. *t.* 12. *f.* 1. *Engl. Bot.* 15. *t.* 1052. *Ach. syn p.* 216.
β. *dubia*: laciniis subfiliformibus. *Flor. Dan.* 6. *t.* 957.
Hab. in lapidibus praecipue ruderalibus et ossibus frequenter; β. in cortice arborum ubique.

854. LICHEN *cycloselis*: imbricatus cinereo-lividus; laciniis subdigitatis dentatisque crispis, scutellis nigro-fuscis concavis elevato-marginatis. *Ach. prodr. p.* 113. *syn. p.* 216. *Engl. Bot.* 27. *t.* 1942.
Hab. in cortice arborum magis occulto, lapidibusque humidis passim.

855. LICHEN *ulothrix*; imbricatus complanatus sublivi-

dus; laciniis dichotome ramosis discretis linearibus nigro-ciliatis, scutellis nigro-fuscis margine tenui subtus nigro-fibrilloso. *Achar. prodr. p.* 113. *syn. p.* 217. *Hoffm. en. lich. p.* 69. *t.* 14. *f.* 1.

Hab. in cortice antiquo populorum frequenter.

Laciniae angustae ut in praecedentibus, semilineam latae.

856. LICHEN *alevrites*: imbricatus corrugatus dilute cinerascens granulatus lobatus; lobis undulatis crenatis, scutellis planis nigro-fuscis margine crenulato. *Achar. prodr. p.* 117. *syn. p.* 208. *Engl. Bot.* 12. *t.* 858.

Hab. in parietibus tectisque ligneis passim.

Parum elongatus, sed lobis saepe duas lineas latis, semper ejusdem coloris.

857. LICHEN *stellaris*: imbricatus planiusculus virenticinereus albo-pruinosus radiatus; laciniis linearibus subtus albo-fibrillosis, scutellis nigro-glaucescentibus. *Linn. svec. n.* 1082. *Hoffm. enum. lich. p.* 71. *t.* 13. *f.* 1. 2.

Hab. in cortice arborum vetustiorum frondosarum praecipue ad hortos frequenter.

Humidus ex fusco virescit, siccus ob pruinam albescit.

858. LICHEN *stygius*: imbricatus subcartilagineus utrinque piceo-ater palmato-laciniatus; laciniis divergentibus convexiusculis incurvis, scutellis concoloribus margine crenulatis. *Linn. svec. n.* 1079. *herbat. ups. in am. ac.* 3. *p.* 439.

Hab. in petris saxisque apricis elatioribus rarius.

859. LICHEN *fahlunensis*: imbricatus subcartilagineus aeneo-piceus digitatim laciniatus, laciniis divergentibus planis, scutellis explanatis aeneo-fuscis crenulatis. *Linn. svec. n.* 1078. *Jacqu. misc.* 2. *p.* 90. *t.* 10. *f.* 2. *Ach. syn. p.* 204.

Hab. in petris saxisque siccis apricis ubique.

Plerumque multo latior est praecedente.

860. LICHEN *conspersus*: imbricatus subcartilagineus pallido-lividus demum nigro-punctatus sinuato-laciniatus; laciniis explanatis divergentibus subtus

fuscis, scutellis spadiceis. *Ehrh. cr.* — *Westring färglafv. n.* 24. *Ach syn. p.* 209.

Hab. in lapidibus, petris saxisque campestribus ubique.

Laciniae plerumque duplo latiores quam sequentis, um nitore.

61. LICHEN *centrifugus:* imbricato-radians albo-virescens dichotome partitus; laciniis sublinearibus convexiusculis obtusis subtus albis obscure fibrillosis, scutellis rufo-fuscis peripheric is. *Linn. svec. n.* 1074. *Ehrh. crypt. n.* 116. *Achar. syn. p.* 209.

Hab. in saxis petrisque sylvaticis frequentissime.

Laciniae singulae vix ultra lineam latae sine omni nitore.

362. LICHEN *ambiguus*: imbricatus pallido-subvirescens dichotome laciniatus; laciniis sublinearibus planis truncatis subtus fusco-fibrillosis, scutellis planis fuscis. *Wulf. in Jacqu. coll.* 4. *p.* 259. *t.* 4. *f.* 2. *Ach. syn. p.* 208.

Hab. in cortice frustuloso Pinus sylvestris frequenter, in lignis rarius.

Praecedenti similis, sed angustior et minor.

363. LICHEN *omphalodes:* imbricatus aeruginoso-fuscus nitidus punctatus multifidus; laciniis concaviusculis subtruncatis crenatisque subtus nigris fibrillosis, scutellis badiis crenulatis. *Linn. svec. n.* 1076. *Westring. färglafv. n.* 7. *Ach. syn. p.* 203.

Hab. in saxis apricis ventosis praecipue ad paludes majores lacusque passim.

Sequente angustior; laciniis magis aggregatis.

364. LICHEN *saxatilis:* imbricatus lacunoso-reticulatus scabriusculus cinerascens; laciniis oblongis truncatis dilatatisque sinuatis subtus nigro-fibrillosis, scutellis badiis crenulatis. *Linn. svec. n.* 1075. *Westring färglafv. n.* 2. *Ach. syn. p.* 203.

Hab. in saxis lapidibusque nostris granitoideis omnibus omnium frequentissime.

Praecedentibus omnibus major, laciniis saepe sesquialteram lineam latis.

865. LICHEN *scorteus*: imbricatus laevis albescens d[illegible] mum nigro-punctatus; lobis sinuatis crenat[illegible] subtus fuscis nigro-hispidulis, scutellis pallide [illegible] diis margine inaequali. *Ach. syn.* p. 197.

Hab. in tectis ligneis juxta lacum Mäeri praec[illegible] ad Skokloster.

Est quasi forma latissima maxime extenuata praec[illegible] dentis.

866. LICHEN *olivaceus*: imbricatus utrinque oliv[illegible] umbrinus rotundato-lobatus crenatusque [illegible] sus adpressus, scutellis concoloribus. *Linn.* [illegible] n. 10[illegible]. *Dillen. musc.* t. 22. f. 23.

Hab. in cortice laeviori arborum frondosarum pr[illegible] cipue Corylorum frequenter, in parietibus lig[illegible] parcius.

867. LICHEN *parietinus*: imbricatus flavissimus [illegible] tus crispus: lobis dilatatis adpressis subtus p[illegible] ribus laeviusculis; scutellis concoloribus mar[illegible] laevi. *Linn. suec.* n. 1080. *Flor. Dan.* 6. t. [illegible]

Hab. in parietibus ligneis, cortice arborum et lap[illegible] bus locorum ruderatorum ubique frequenter.

868. LICHEN *physodes*: subimbricatus laevigatus al[illegible] glaucescens multipartitus: laciniis linearibus [illegible] vexis apice inflatis adscendentibus subtus nudis [illegible] gro-fuscis, scutellis cavatis rubro-fuscis integer[illegible] mis. *Linn. suec.* n. 1081. *Flor. Dan.* [illegible]. t. 1186 [illegible]

Hab. in sepimentis agrorum, cortice frustuloso p[illegible] rum aliorumque arborum sylvestrium ubique, [illegible] saxis passim.

Ad convexitatem valde accedit.

5. LATIFOLII: foliis magnis planis [illegible] ris decumbentibus subtus villo[illegible] scutellis parvis crassiusculis p[illegible] rum cavatis (Sticta Ach. sy[illegible] p. 250.

869. LICHEN *palmarum*: foliis reticulato-la[illegible] nosis divaricatis lanuginosis; laciniis sinuatis subtu[illegible]

catis, scutellis planis rufis. *Linn. svec. n.* 1087. *Sv. Bot. t.* 468. *Westring färglafv. n.* 20.

Hab. in truncis et caudicibus arborum frondosarum praecipue Quercus et Coryli in lucis laetioribus passim.

Maximus totius generis, interdum fere pedem longus.

870. LICHEN *scrobiculatus:* latifolius scrobiculosus plumbeo-griseus subtus cinerascens lobatus; lobis rotundatis integris, scutellis tumidis fuscis subimmarginatis. *Scop. carn. p.* 1331. *Engl. Bot. t.* 497. *Ach. syn p.* 254.

Hab. ad rupes occultas interdum irrigatas praecipue lucorum laetiorum passim.

4. CONVEXIFOLII: foliis plus minus adscendentibus sublinearibus supra convexis subtus concavis vel saltem lacunosis; scutellis eximie elevatis subcucullatis (Borrera et Evernia Ach. syn. p. 220 et 244.)

871. LICHEN *ciliaris:* convexifolius dichotomus subdecumbens virescenti-cinereus subtus albicans fimbriatus, scutellis nigro-fuscis. *Linn. svec. n.* 1083. *Flor. Dan. t.* 711. *Hedw. theor. t.* 32.

Hab. in truncis arborum frondosarum praecipue ad domos nimium frequenter.

Humidus virescit, siccus cinerascens fit.

872. LICHEN *tenellus:* convexifolius digitatim partitus utrinque albo-cinerascens; laciniis apice adscendentibus incrassatis fimbriatis, scutellis atris. *Ach. syn. p.* 221. *Flor. Dan. 7. t.* 1186. *f.* 1. (L. hispidus.)

Hab. in cortice praecipue fruticum Ribium ubique.

Praecedente multiplo minor, colorem humectatus non mutat.

873. LICHEN *furfuraceus:* convexifolius cinereo-farinosus subtus violaceo-nigricans; laciniis linearis-

attenuatis, scutellis cyathiformibus rubris. *Linn. svec. n.* 1088. *Engl. Bot.* 9. *t.* 984.

Hab. in truncis et ramis arborum acifoliarum frequenter.

Major est proximis; laciniis interdum digitum latis.

874. LICHEN *prunastri:* subconvexus pallidus subtus albissimus rugoso-lacunosus dichotomus subadscendens; laciniis lineari-attenuatis, scutellis rufescentibus. *Linn. svec. n.* 1092. *Westring färglafv. n.* 11. *Achar. syn. p.* 245.

Hab. inprimis supra corticem Pruni spinosae frequentissime, in sepimentis ligneis parcius.

Substantia molliori constat quam reliqui.

875. LICHEN *vulpinus:* convexo-angulosus lacunosusque flavo-virescens ramosissimus attenuatus. *Linn. svec. n.* 1129. *Flor. Dan. t.* 226.

Hab. in tectis ligneis campanisteriorum ad templa rusticorum ex. gr. Upsaliae antiquae parcius.

Angustus est fere ut Lichenes corniculati, sed mollis ut praecedens.

5. CONCAVIFOLII: foliis supra concavis vel canaliculatis, scutellis margini folii oblique adnatis (Cetraria Ach. syn. p. 226.)

876. LICHEN *glaucus:* concavifolius membranaceus glauco-nitidus subtus fusco-niger sinuato-lobatus; lobis undulatis complicatis adscendentibus, scutellis spadiceis. *Linn. svec. n.* 1094. *Flor. Dan. t.* 598.

Hab. in lapidibus saxisque sylvarum majorum inter muscos lichenesque majores passim.

Ex latioribus totus papyraceus subscariosus.

877. LICHEN *juniperinus:* concavifolius canaliculatusque utrinque flavus laciniatus erosus crispus, scutellis badiis crenulatis. *Linn. svec. n.* 1093. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1004.

β. *pinastri:* sterilis farinosus.

Hab. in cortice Juniperi frequenter et scutelliferus;

in Pinis vero et sepimentis ligneis pulverulentus tantum.

8. LICHEN *sepincola:* concavifolius castaneus subtus dilutior lobatus undulatus crenatusque, scutellis concoloribus. *Ehrh. beitr.* 2. *p.* 95. *Hedw. stirp. cr.* 2. *p.* 8. *t.* 2. *f.* 1-10.

β. sterilis, marginibus albo-pulverulentis.

Hab. in sepimentis ligneis et cortice Juniperorum ubique.

9. LICHEN *nivalis:* folio subcanaliculato lacero-laciniato lacunoso dentato albo, scutellis pallescentibus. *Linn. svec. n.* 1086. *Sv. Bot. t.* 384. *Flor. Dan. t.* 227.

Hab. in jugi glareosi campis subalpestribus inter arcem et sylvam regiam locisque adjacentibus frequenter.

0. LICHEN *cucullatus:* folio canaliculato dichotomo pallescente basi subpurpurascente; marginibus undulatis, scutellis pallescentibus. *Achar. syn. p.* 229.

Hab. in iisdem campis cum praecedente unde sylvas adjacentes passim intrat.

Praecedente duplo saltem angustior.

1. LICHEN *islandicus:* folio canaliculato dichotomo olivaceo-castaneo; marginibus nigro-spinulosis, scutellis folio concoloribus. *Linn. svec. n.* 1085. *Sv. Bot. t.* 34. *Westring färglafv. n.* 16.

Hab. in terra arenosa tum campestri tum sylvatica frequenter.

Magnitudine magis variat quam reliqui; laciniae indum digitum latae.

2. LICHEN *odontellus:* folio subcanaliculato pulvinato palmatim ramoso fusco-castaneo; marginibus denticulatis. *Ach. prodr. p.* 215.

Hab. in saxis sylvaticis apricis passim.

Longe angustissimus omnium L. corniculatis similis, iniis filo non latioribus.

6. LORIFORMES: foliis linearibus planis utrinque aequalibus, scutellis concoloribus (Ramalina Ach. syn. p. 293.)

883. LICHEN *fraxineus:* loriformis lineari-laciniatus albo-cinerascens glaber rugoso-lacunosus; laciniis ultimis attenuatis, scutellis marginalibus planis. *Linn. svec. n.* 1091. *Sv. Bot. t.* 485. *f.* A. *Westring fårglafv. n.* 12. *f.* A-D.

Hab. in ramis antiquis Fraxini aliarumque arborum duriorum altiorumque ad urbem pagosque frequenter.

Saepe ultra spithamam longus ramis digitum latis laxis.

884. LICHEN *calicaris:* loriformis albo-glaucescens glaber lacunosus; ramis fastigiatis subcylindricis superne incrassatis, scutellis terminalibus subtus appendiculatis. *Linn. svec. n.* 1090. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 35. *Westring fårglafv. n.* 12. *f.* E. F. *Sv. Bot. t.* 485. *f. B.* (Ram. fastigiata).

Hab. in ramis truncisque arborum frondosarum duriorum parcius.

Plerumque tantum unciam unam alteramve longus, strictus.

885. LICHEN *polymorphus:* loriformis rigidus pallidus laciniato-ramulosus longitudinaliter lacunosus; lacunulis fariniferis superficialibus. *Ach. Vet. Acad. Handl.* 1797. *p.* 270. *t.* 11. *f.* 3.

Hab. in petris lapidibusque campestribus frequenter.

886. LICHEN *farinaceus:* loriformis angustato-attenuatus dichotomus albo-pallescens laevigatus, pulvinulis fariniferis marginalibus. *Linn. svec. n.* 1089. *Ach. Vet. Ac. Handl.* 1797. *p.* 257. *t.* 11. *f.* 1.

Hab. in truncis arborum campestrium praecipue Quercus frequenter.

Praecedentibus omnibus angustior interdum subfiliformis.

γ. GELATINOSI: foliis substantia gelatinosis, forma admodum variis, utrinque concoloribus laevibusque (except. n. 891.); scutellis subconcoloribus (Collema Achar. syn. 308.)

887. LICHEN *crispus:* gelatinosus suborbicularis vire-

scenti-niger; lobis centralibus erectiusculis granulatis; marginalibus depressis majoribus obtusis crenulatis, scutellis concavis rufescentibus margine granulatis. *Linn. syst. nat. ed.* 12. *p.* 710. *Ach. syn. p.* 311. *Dillen. musc. t.* 19. *f.* 25.

Hab. inter gramina in terra subalpestri ad arcem regiam passim.

8. LICHEN *melaenus:* gelatinosus squamaceus niger; marginibus elevatis undulatis crispis crenatis complicatis scutelliferis, scutellis planis elevatis crenulatis concoloribus; *Achar. Vet. Ac. Handl.* 1801. *p.* 60. *t.* 3. *f.* 3. *syn p.* 315. *n.* 22. *β.*

Hab. in lapidibus campestribus infra arcem passim.

Multo minus tumet quam praecedens.

9. LICHEN *flaccidus:* gelatinoso-membranaceus atrovirescens demum granulosus; lobis discretis rotundatis laxis, scutellis lateralibus planis rufis. *Ach. Vet. Ac. Handl.* 1797. *p.* 14. *t.* 1. *f.* 4. *syn. p* 322.

Hab. in rupibus irrigatis praecipue montium Godtsundensium.

Habitus fere Gyromii deusti.

10. LICHEN *nigrescens:* gelatinosus latifolius membranaceus submonophyllus plicato-radiatus rotundato-lobatus atro-olivaceus, scutellis proboscideis centralibus rufo-fuscis. *Linn. suppl. p.* 451. *Flor. Dan. 7. t.* 1125. *f.* 2. (Vespertilio). *Ach. syn. p.* 321.

Hab. in caudicibus umbrosis populorum aliarumque arborum molliorum passim.

Interdum palmam latus est, maximus hujus divisionis.

11. LICHEN *saturninus:* gelatinoso-coriaceus latifolius atro-virens subtus incanus lobatus: lobis oblongis undulatis, scutellis planis rubris. *Dicks. crypt.* 2. *p.* 21. *t.* 6. *f.* 8. *Ach. syn. p.* 320.

Hab. in caudicibus occultis populorum rarius.

12. LICHEN *lacerus:* gelatinosus tenuiter membranaceus glaucescens; lobis erectiusculis confertis laceris, scutellis lateralibus rubicundis. *Achar. syn. p.* 327. *Engl. Bot.* 28. *t.* 1982. *Linn. suec. n.* 1138. (Tremella lichenoides).

Hab. inter muscos in rupibus umbrosis praecipu Godtsunc'ensibus.

893. LICHEN *muscicola:* gelatinosus ramulosus nigro-fuscus; ramulis erectiusculis furcatis subulatis ta-spitosis, scutellis concavis subbrunneis. *Swartz n.* *act. upsal.* 4. *p.* 248. *Ach. syn. p.* 328.
Hab. inter muscos in saxis subirrigatis passim.

894. LICHEN *niger*: gelatinellus ramuloso-subcrustaceus fusco-niger; ramulis subgraniformibus, scutellis demum convexis nigris. *Swartz Act. n.* *upsal.* 4. *p.* 245. *Ach. syn. p.* 308.
Hab. in lapidibus calce adspersis prope arcem regia parcius.
Lichenem leprosum tenuissimum refert.

8. CORNICULATI: stirpe tota teretiuscula fruticulosa: ramulis corniculatis vel attenuatis, scutellis concoloribus subadnatis (Cornicularia Ach. synops. p. 299.

895. LICHEN *aculeatus:* corniculatus erectus laxuso-compressus fusco-castaneus; ramulis fasciculatis squarrosis dentato-spinulosis. *Ehrh.* — *Ach. syn p.* 299. *meth. t.* 6. *f.* 2. (var. minor.)
Hab. in saxis sylvaticis apricis siccis frequenter.
Magnitudine admodum variat; quo minor eo obscurior.

896. LICHEN *lanatus*: corniculato-setaceus decumbens dichotomus laeviusculus flexuoso-vagus cinerascenti-niger. *Linn. svec. n.* 1125. *Ach. syn. p.* 302. *Engl. Bot.* 12. *t.* 846.
Hab. in saxis sylvaticis apricis ubique.

897. LICHEN *pubescens*: corniculato-capillaceus decumbens niger nodulosus ramulosus: ramulis implexis rigidulis. *Linn. svec. n.* 1126. *Jacq. misc. austr.* 2. *p.* 87. *t.* 9. *f.* 7.
Hab. in saxis irrigatis sylvaticis passim.
Brevissimus omnium vix aliquot lineas longus.

8. LICHEN *chalybeiformis*: corniculato-filiformis subramosus decumbens implicato-flexuosus laevis plumbeo-niger. *Linn. svec. n.* 1127. *Dillen. muss. t.* 13. *f.* 10. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 36.

Hab. in lapidibus et lignis horizontalibus campestribus ubique.

9 LICHEN *jubatus*: subsetaceus attenuatus pendulus dichotome ramosissimus lividus pallensque; axillis compressis; ramis rectiusculis. *Linn. svec. n.* 1124. *Westring fårglafv. n.* 14.

Hab. in truncis et ramis arborum sylvaticarum frequenter.

Longissimus hujus sectionis saepe pedalis.

PELTIDEA

Achar. meth. lich. p. 282. Lichenes coriacei *Linn.*

Receptaculum fructus peltiforme, frondi totum adnatum, immarginatum vel margine parum elevato lacero cinctum, planum, oblongatum; seminulis binis ternisve intra perispermium tenue in strato tenui colorato. — *Stirps fronde coriacea, subtus utplurimum venis villosis adnata.*

10. PELTIDEA *saccata*: peltis anticis lateralibus depresso-saccatis, fronde subtus venuloso-albicante. *Linn. svec. n.* 1102. *Flor. Dan. t.* 552. *f.* 3. (Lichen). *Ach. syn. p.* 8. (Solorina).

Hab. in terra graminosa ad paludes Norbyenses rarius.

1. PELTIDEA *aphtosa*: peltis anticis marginalibus adscendentibus rotundatis rubris, fronde virescente verrucosa subtus nigro-maculata. *Linn. svec. n.* 1098. (Lichen) *Sv. Bot. t.* 318. (humidus).

Hab. inter muscos sylvarum locis declivibus frequenter.

2. PELTIDEA *canina*: peltis anticis marginalibus adscendentibus elongatis rufescentibus, fronde cinereo-viridi laevi subtus fusco-venosa. *Linn. svec. n.* 1100. (Lichen) *Sv. Bot. t.* 137. (siccus).

Hab. in terra muscosa sylvatica ubique.

903. PELTIDEA *horizontalis*: peltis subanticis subhorizontalibus badiis transversim oblongis, fronde glauco-virente laevigata subtus maculata *Linn. mant. p.* 132. *Flor. Dan. t.* 535. (Lichen).

Hab. inter Hypna supra rupes umbrosas Godtsundenses totiusque sylvae Nosten versus Hâga frequenter.

904. PELTIDEA *venosa*: peltis subanticis horizontalibus nigro-fuscis, fronde adscendente viridi subtus venis atris excurrentibus. *Linn. svec. n.* 109[illegible] *Flor. Dan.* 7. *t.* 1125. *f.* 1. (Lichen).

Hab. in terra declivi subhumida occulta passim.

Ceteris minor vix digito minimo latior.

905. PELTIDEA *resupinata*: peltis posticis marginalibus rufis, fronde crispa castaneo-livida subtus pallescente pubescente. *Linn. svec. n.* 1096. *Dillen. muss. t.* 28. *f.* 105. *Achar. syn. p.* 241. (Nephroma).

Hab. in saxis apricis sylvarum et ad radices arborum passim.

USNEA

Achar. meth. lich. p. 306. Lichenes filamentosi plerique *Linn.*

Receptaculum fructus orbiculare planiusculum, stirpi substantia subaequale, in margine radiis passim capituliferis. — *Stirps filiformis: medulla tenaci fibrillosa intra corticem fragilem.*

906. USNEA *hirta*: erectiuscula cinereo-virens, filis ultimis divaricatis fibrillosis pulverulentisque, scutellis subterminalibus albo-virescentibus. *Linn. svec. n.* 1128. *Dillen. musc. t.* 13. *f.* 12.

Hab. in truncis arborum campestrium, sed copiosius in sepimentis ligneis ubi interdum scutellas habet ex. gr. versus Norbylund.

Plerumque tantum unam alteramve unciam longa.

907. USNEA *plicata*: pendula cinereo-virens subdichotoma; ramis ramulisque subcapillaceis implexis subpatentibus. *Linn. svec. n.* 1122. *Westring fårglafv. n.* 8.

Hab. in arboribus inprimis frondosis passim.

908. USNEA *barbata*: pendula cinereo-pallida divisa; ramis ramulisque elongatis fibrillosis divergentibus. *Linn. svec. n.* 1125. *Dillen. musc. t.* 12. *f* 6.

Hab. in arboribus acifoliis sylvarum frequenter.

Longissima omnium plerumque pedalis et ultra.

BOEOMYCES.

Achar. meth. lich. p. 319. Lichenes fruticulosi plerique et scyphiferi *Linn.*

Receptaculum fructus subglobosum immarginatum tuberculiforme, obductum strato convexo tenui referto seminulis in perispermio subsolitariis. — *Stirps plerumque* 1) *fistulosa* (*Cenomyce* Ach. *syn.*) — — *vel axillis perforatis n.* 909-915. — — *vel diaphragmate in formam Scyphi extenso* (Scyphiferi iique) *aut tuberculis fuscis n.* 916-920. *aut coccineis n.* 921-924; — — *rarius* 2) *medulla fibrillosa plus minus solida n.* 925-928. *foliolis supra stipitem sparsis.*

909. BOEOMYCES *rangiferinus*: pallide cinerascens laevis trichotome ramosissimus demumque radiatus: axillis perforatis, apicibus nutantibus. *Linn. svec. n.* 1117. *Sv. Bot. t.* 47. *Dillen. musc. t.* 16. *f.* 29. A. B. *Ach. syn. p.* 277.

β. *alpestris*: ramulis implexis fastigiatis *Dillen. musc. t.* 16. *f.* 29. E. F. *Flor. Dan. t.* 180.

γ. *pungens*: ramulis divergentibus subulatis cinereis. *Wahlenb. lapp. n.* 873. *Flor. Dan. t.* 559. *Dillen musc. t.* 16. *f.* 30.

Hab. in saxis campisque sylvaticis sterilissimis vulgatissime.

Stipes centralis vix una linea crassior, quamquam ramosissimus.

910. BOEOMYCES *uncialis*: pallidus laeviusculus dichotomus, axillis cribrosis, apicibus patentibus brevibus rigidis fuscescentibus. *Linn. svec. n.* 1118. *Dillen. musc. t.* 16. *f.* 22. 21.

Hab. in saxis sylvaticis apricis frequenter.

Interdum gerit scyphulos planos satis efformatos cribrosos.

911. BOEOMYCES *subulatus*: cinereo-lividus laeviu-

sculus rigidus flexuosus dichotomus, axillis perforatis, ramis acicularibus curvatis, apicibus furcatis divergentibus. *Linn. suec. n.* 1119. *Dillen. musc. t.* 16. *f.* 26.

β. *furcatus*: ramosior magis divergens *Dillen. musc. t.* 16. *f.* 27.

Hab. in terra sylvatica occultiore ubique.

Multo angustior proximis, filo vix crassior, solidior.

912. BOEOMYCES *racemosus*: cinereo-virescens demum squamulosus, stipite demum inflato dilatatoque curvato, ramis subsecundis, apicibus divergentibus spinulosis. *Hoffm. fl. germ. p.* 114. *Wahlenb. lapp n.* 870. *Dillen. musc. t.* 16. *f.* 25.

Hab. plerumque in truncis arborum dejectis putrescentibus.

Stipes in latere superiore rumpitur et dilatatur in latitudinem fere duarum linearum.

913. BOEOMYCES *squamosus*: granulatus squamosusque, stipite ramoso elongato subventricoso, scyphis planiusculis perviis. *Hoffm. fl. germ. p.* 125. *Wahlenb. lapp. n.* 869.

Hab. in sylvis muscosis umbrosis passim.

Stipes interdum crassitiem pennae minoris habet, subcylindricus.

914. BOEOMYCES *crispatus*: laevis albescens dichotomus, axillis dilatatis infundibuliformibus obliquis crispis dentatisque, scyphis planiusculis fimbriatis perviis *Wahlenb. lapp. n.* 868. *Ach. syn. p.* 272.

Hab. in sylvis passim.

Singularis est axillis saepe tres lineas latis oblique hiantibus.

915. BOEOMYCES *cenoteus*: caesio-cinereus pulverulentus alternatim divisus, axillis scyphiformibus subcylindricis, ramis erectis obtusis, tuberculis marginalibus subcontiguis caesio-fuscis. *Ach. meth. p.* 345. *t.* 7. *f.* 7. *syn. p.* 271.

Hab. ad radices pinorum in sylvis umbrosissimis muscosis satis frequenter ex. gr. in sylva regia et Heseelbyensi.

Pulvere tenuissimo optime obductus. Margines axillarum mox inflectuntur, unde contractus et obtusus habitus totius stirpis.

6. BOEOMYCES *degenerans:* glaber subverrucosus demum inferne nigrescens alboque guttatus, stipite subdichotomo polymorpho, scyphis irregularibus fissis cristatisque, tuberculis fuscis. *Wahlenb. lappon. n.* 865. *Dillen. musc. t.* 15. *f.* 20. *Ach. syn. p.* 258. (Cen. gonorega).

Hab. in sylvis macris passim.

17. BOEOMYCES *gracilis:* laevigatus lividus, stipitibus subfiliformibus divisis fastigiatisque apicibus subulatis, scyphis angustatis cyathiformibus dentatis, tuberculis pedicellatis fuscis. *Linn. svec. n.* 1113. *Dillen. musc. t.* 14. *f.* 13. *Engl. Bot.* 18. *t.* 1284.

β. *turbinatus:* stipitibus superne valde dilatatis. *Ach. prodr. p.* 192.

Hab. in sylvis locis apricis vulgatissime.

18. BOEOMYCES *verticillatus:* glaber laeviusculus, stipitibus cylindricis, scyphis regularibus planiusculis e centro proliferis, tuberculis marginalibus verticillatis sessilibus fuscis. *Wahlenb. lappon. n.* 864. *Dillen. musc. t.* 14. *f.* 6. *D-H. Ach. syn. p.* 251.

Hab. in saxis apricis terra substratus passim.

19. BOEOMYCES *pyxidatus:* glaber verrucosus virenti-griseus, stipite sursum turbinato scyphoque margine extenso patulo, tuberculis subpedicellatis fuscis. *Linn. svec. n.* 1111. *Sv. Bot. t.* 498. *f.* 1. *Westring färglafv. n.* 17. *Ach. syn. p.* 252. *Dillen. musc. t.* 14. *f.* 6. A-C.

Hab. in saxis terraque sterili aprica sylvestri ubique. Hic omnium latissimus et patentissimus; scyphis interdum digitum majorem latis.

20. BOEOMYCES *fimbriatus:* pulverulentus virescenti-cinereus aequabilis, stipite obconico scyphoque dilatato demum radiato, tuberculis pedicellatis fuscis. *Linn. svec. n.* 1112. *Ach syn. p.* 254. *Dillen. musc. t.* 14. *f.* 8.

β. *cornutus*: sterilis *Linn. svec. n.* 1115. *Dillen. musc. t.* 15. *f.* 14.

γ. *radiatus Dillen. musc. t.* 15. *f.* 16. (B. cenotes similis).

Hab. in lapidibus et caudicibus terra tenui atra obductis per sylvas majores muscosas umbrosas frequenter.

921. BOEOMYCES *cocciferus*: glaber subverrucosus, stipite scyphoque obconico subintegro pallido, tuberculis marginalibus coccineis. *Linn. svec. p.* 1109. *Ach. syn. p.* 269. *Engl. Bot.* 29. *t.* 2051. *Dillen. musc t.* 14. *f.* 7. A-I.

β. *cornucopioides*: ramosior, tuberculis copiosis, L. cornucopioides *Linn svec. n.* 1110.

Hab. in saxis terraque sylvestri aprica ubique.

922. BOEOMYCES *macilentus*: pulverulentus albescens, stipitibus cylindricis ramulosis, scyphis subnullis, tuberculis coccineis, *Ehrh. crypt. n.* 267. *Ach. syn. p.* 266. (C. bacillaris) *meth. t.* 7. *f.* 2. *Dillen. musc. t.* 14. *f.* 10.

Hab. in saxis sylvestribus maxime apricis passim.

Proximis longe minor est, stipitibus acicula saepe non crassioribus.

923. BOEOMYCES *deformis*: pulverulentus sulphureus, stipite cylindrico subventricoso simplicissimo, scyphis urceolatis crenatis, tuberculis coccineis. *Linn. svec. n.* 1116. *lappon. n.* 433. *t.* 11. *f.* 5. *Dill. musc. t.* 15. *f.* 18. A.

Hab. in saxis sterilissimis elatis sylvarum frigidiorum passim; in sylva Hesselbyensi satis copiose.

Longior est ceteris, saepe digito minore non brevior.

924. BOEOMYCES *digitatus*: pulverulentus albicans, foliolis radicalibus expansis subtus pulverulentis, stipitibus demum dilatatis in scyphos dimidiatos digitatim divisos, tuberculis coccineis. *Linn. svec. n.* 1114. *Ach. syn. p.* 267. *Dillen. musc. t.* 15. *f.* 19.

Hab. in caudicibus putridis pinorum per sylvas umbrosissimas muscosas passim copiose ex. gr. in Kungsparken.

Latior quam affines tum foliis tum scyphis tres pluresque lineas latis.

925. BOEOMYCES *botrytes*: stipite subfistuloso ramuloso laevi pallescente, tuberculis pallidis. *Jacqu. coll.* 4. *t.* 4. *f.* 3. *Ach. syn. p.* 274.

Hab. in caudicibus et truncis putrescentibus praecipue abietinis sylvarum majorum passim.

926. BOEOMYCES *cariosus*; stipite subfistuloso fibroso rimosoque granuloso cinereo digitatim diviso, tuberculis fuscis. *Ach. Vet. Ac. Handl.* 1803. *t.* 4. *f.* 4. *syn. p.* 273.

Hab. in scrobiculis petrarum sylvestrium tenui terra obductis passim.

927. BOEOMYCES *rufus*: crustaceus granulosus virescenti-cinereus, tuberculis breviter stipitatis rufofuscis. *Ach. syn. p.* 280. *Linn. mant. p.* 133. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 35. (L. byssoides) *Dillen. musc. t.* 14. *f.* 4.

Hab. in nuda terra sylvarum maximarum rarius.

928. BOEOMYCES *paschalis*: stipite solido ramoso squamuloso-granulato, tuberculis explanatis fuscis. *Linn. svec. n.* 1120. *Flor. Dan. t.* 151. *Achar. syn. p.* 284. (Stereocaulon) *Dillen. musc. t.* 17. *f.* 33.

Hab. in saxis sylvaticis apricis ubique.

Stipes omnino tenax intus fibrosus.

GYROMIUM

Gyrophora *Ach. meth. p.* 100. *t.* 2. *f.* 6. Lichenes umbilicati *Linn.*

Receptaculum fructus subcarbonaceum, gyroso-plicatum, infra superficiem duram fovens seminula discreta. — *Stirps foliacea umbilico valido centrali lapidibus adfixa, siccitate fragilissima.*

929. GYROMIUM *polyphyllum*: foliis congestis laevibus fusco-nigricantibus subtus aterrimis glabris. *Linn. svec. n.* 1104. *Engl. Bot.* 18. *t.* 1282. *Dillen. musc. t.* 50. *f.* 129.

Hab. in lapidibus petrisque inprimis campestribus frequenter.

930. GYROMIUM *deustum*: foliis scabriusculis pulvereo-fuliginosis subtus glabris punctatis lacunosisque concoloribus, fructibus demum convexis gyrosissimis. *Linn. svec. n.* 1105. *Westring fárglafv.* n. 22. *Ach. syn. p.* 66.

Hab. in petris campestribus parcius.

931. GYROMIUM *hyperboreum*: folio rugoso-verrucoso fusco-olivaceo subtus nigro sublacunoso glaberrimo, fructibus irregulariter gyrosis. *Ach. Vet. Ac. Handl.* 1794. *t.* 2. *f.* 2. *synops. p.* 66.

Hab. in saxis elatis apricis praecipue juxta paludes majores ex. gr. Vitulfsbergensem passim.

932. GYROMIUM *polyrrhizos*: folio laevigato sinuato fusco-aeneo subtus fibrilloso-pannoso atro; fructibus adnatis demum subglobosis gyrosissimis. *Linn. svec. n.* 1108. *Ach. Vet. Ac. Handl.* 1794. *t.* 3. *f.* 2. *synops. p.* 67. (G. pellita).

Hab. in petris elatis ventosis inprimis prope lacum Mäleri passim.

Crassius et rigidius quam cetera nostra.

933. GYROMIUM *velleum* β: foliis subcoriaceis laevibus cinerascentibus subtus nigricanter hirsutis, fructibus gibbosis circinato-plicatis. *Linn. svec. n.* 1103. *herbat. upsal. in am. ac.* 3. *p.* 428. *Flor. Dan. t.* 597. *f.* 1. (L. polyrrhizos) *Ach. Vet. Ac. Handl.* 1794. *t.* 3. *f.* 1. (L. hirsutus).

Hab. in lateribus occultis passim irrigatis petrarum non raro.

934. GYROMIUM *pustulatum*: folio pustulato cinereo-virescente subtus scrobiculato glabro pallido-fuscescente, fructibus planis marginatis. *Linn svec. n* 1107. *Sv. Bot. t.* 65. *Westring fárglafv. n.* 15. *Flor. Dan. t.* 597 *f.* 2.

Hab. in petris lapidibusque campestribus omnibus vulgatissime.

LECIDEA

Achar. meth. p. 32. *t.* 2. *f.* 2. Lichenes crustacei *Linn.*

Receptaculum fructus subcarbonaceum, scutelliforme, margine sibi simili saepe obsoleto cinctum; disco ac-

quabili, infra superficiem duriusculam fovente seminula discreta. — *Stirps crustacea in plerisque leprosa, in ultimis duabus squamacea.*

35. LECIDEA *sangvinaria*: crusta leprosa subverrucosa albicante, scutellis hemisphaericis atris subtus sangvineis. *Linn. svec. n.* 1060. *Ach. syn. p.* 19. *Engl Bot.* 3. *t.* 153.

Hab. in cortice arborum sylvestrium praecipue Juniperi passim.

Scutella ex majoribus saepe lineam lata.

36. LECIDEA *parasema*: crusta tenui contigua cinerascente nigro-limitata, scutellis explanatis marginatis totis atris. *Achar. syn. p.* 17. *Hoffm. enlich. p.* 27. *t.* 5. *f.* 3. 4.

Hab. in cortice arborum frondosarum campestrium praecipue populorum ubique.

Scutella saltem dimidio minora quam praecedentis.

37. LECIDEA *sabuletorum*: crusta granulacea effusa albicante, scutellis demum hemisphaericis submarginatis subconfluentibus totis atris. *Schreb. spic. p.* 134. *Wahlenb. lapp. n.* 899. *Swartz nov. act. upsal.* 4. *p.* 245. (L. muscorum). *Flor. Dan.* 6. *t.* 1003. *f.* 1.

Hab. in terra sabulosa muscis incrustata passim.

38. LECIDEA *uliginosa*: crusta granulacea subgelatinosa viridi-fuscescente, scutellis demum hemisphaericis totis atris. *Achar. synops. p.* 25.

Hab. in terra nuda vegetabili locis uliginosis passim.

39. LECIDEA *atro-alba*: crusta effusa tenuissima atra: glebulis convexis elevatis albicantibus scutellisque immixtis planiusculis atris. *Linn. svec. n.* 1064. *Ach. syn. p.* 11.

Hab. in lapidibus petrisque elatis praecipue campestribus ubique.

40. LECIDEA *fusco-atra*: crusta tenuissima nigricante: areolis planis nitidis castaneis dilutius marginatis, scutellis inter areolas elevatis convexis atris. *Linn. svec. n.* 1063. *Jacqu. collect.* 2. *t.* 14. *f.* 3. *Ach. syn. p.* 12.

Hab. in petris saxisque magis sylvestribus frequenter.

Duplo triplove latior quam praecedens.

941. LECIDEA *lapicida*: crusta tartarea rimosa sublaevigata alba, scutellis inter crustae areolas depressis planis confluentibus atris margine tenui. *Ach. syn. p.* 15. *Engl. Bot.* 12. *t.* 821. (L. contiguus.

Hab. in lapidibus inprimis campestribus omnibus frequenter.

942. LECIDEA *confluens*: crusta subcellulosa rimosa aequabili fumoso-cinerea, scutellis crustam subaequantibus marginatis demum convexis confluentibus. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1550. *f.* 1. bona. *Ach. syn. p.* 15.

Hab. in saxis et rupibus sylvestribus passim.

Scutella mox multiplo majora evadunt quam in proximis.

943. LECIDEA *silacea*: crusta verrucosa inaequali nigra, scutellis subelevatis planis angulatis atris. *Ach. char. syn. p.* 22. *Engl. Bot.* 16. *t.* 1118.

Hab. in lapidibus petrisque ferrugine conreptis per insulas lacus Mäeri versus Stokholster passim.

944. LECIDEA *sulphurea*: crusta rimosa granulosa pallide sulphurea, scutellis subimmersis demum convexis pruinosis nigrisque. *Hoffm. pl. lich.* 1. *p.* 56. *t.* 10. *f.* 5. *Ach. syn. p.* 57.

Hab. in lapidibus petrisque campestribus rarius.

945. LECIDEA *glaucoma*: crusta tartarea rimoso-areolata aequabili albo-cinerascente, scutellis crustae immersis planis glauco-pruinosis demum convexis atris. *Ach. syn. p.* 163. *Hoffm. pl. lich. t.* 52.

Hab. in lapidibus campestribus elatis frequenter.

946. LECIDEA *corticola*: crusta granulato-areolata inaequali albissima, scutellis minutis subimmersis glauco-pruinosis demum subglobosis atris. *Ach. Vet. Ac. Handl.* 1798. *t.* 5. *f.* 6. *synops. p.* 52. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1550. *f.* 2. bona.

Hab. in cortice Quercuum prope Mariestum parcius.

7. LECIDEA *atrovirens*: crusta tenuissima nigricante: areolis planiusculis contiguis vivide citrinis, scutellis inter areolas depressis marginique earum adnatis planis atris. *Linn. svec. n.* 1062. *Hoffm. pl. lich.* 1. *p.* 83. *t.* 17. *f.* 4. *Ach. syn. p.* 21.
Hab. in lapidibus, petris saxisque apricis ubique frequenter.

8. LECIDEA *scalaris*: squamis subdiscretis crenatis adscendentibus utrinque pallido-cervinis subtus pulverulentis, scutellis marginatis nigro-glaucescentibus. *Ach. Vet.* Ac. *Handl.* 1795. *t.* 5. *f.* 1. *synops. p.* 52.
Hab. in cortice frustuloso Pinus sylvestris locis umbrosis passim.

9. LECIDEA *microphylla*; squamacea effusa cervino-fusca; lobulis minutis aggregatis incisis, scutellis demum convexis fusco-nigris. *Ach. Vet.* Ac. *Handl.* 1795. *t.* 5. *f.* 3. *synops. p.* 53.
Hab. in rupium lateribus umbrosis interdum irrigatis passim.

CALICIUM

Ach. meth. p. 87. *t.* 2. *f.* 3-5.

eceptaculum fructus subrotundum apertum, supra seminula discreta emittens, subtus in pedicellum ejusdem substantiae plus minusve elongatum, — — sive subcarbonarium patelliforme subsessile (in n. 950. 951. *Cyphelium* Ach. *Vet.* Ac. *Handl.* 1815. *p.* 261.), — — sive subcarbonarium lenticulare crassius pedicellatum (in n. 952-954 *Calicium* Ach. *l. c.* 1816, *p.* 110.) — — sive subcorneum subglobosum tenuiter pedicellatum (in n. 955-957. *Coniocybe* Ach. *l. c.* 1816. *p.* 286.), insertum supra crustam vagam.

0. CALICIUM *tympanellum*: crusta cinerea subcartilaginea demum verrucosa inaequabili, fructibus sessilibus nigris disco cinereo-pruinoso. *Ach. syn. p.* 56. *Engl. Bot.* 12. *t.* 810. (L. inquinans).

Hab. in sepimentis et parietibus ligneis locis ventosis elatis passim; ad templum Upsaliae antiquus copiose.

Fructus ultra dimidiam lineam lati, maximi hujus generis.

951. CALICIUM *tigillare*: crusta citrina subcartilaginea verrucoso-areolata glabra, fructibus sessilibus nigris glabris tumide marginatis. *Ach. meth.* p. 18. t. 2. f. 1.

Hab. in parietibus ligneis vento humido expositis praecipue per pratum Kungsängen satis copiose.

Praecedentem magnitudine fere aequat.

952. CALICIUM *claviculare*: crusta effusa granulato-pulveracea cinerascente, capitulis subglobosis cinereo-nigris; pedicellis cylindricis atris. *Ach. syn.* p. 57.

Hab. in cortice frustuloso praecipue Pinus sylvestris frequenter.

953. CALICIUM *hyperellum*: crusta granulata inaequabili flavovirente, capitulis sublentiformibus marginatis fusco-atris; pedicellis inferne dilatatis. *Ach. syn.* p. 59. *Vet. Ac. Handl.* 1816. p. 275. t. 8. f. 3.

Hab. in cortice frustuloso Pinorum praecipue Abietis passim.

954. CALICIUM *sphaerocephalum*: crusta tenuissima laevigata albicante, capitulis sublentiformibus subumbrinis; pedicellis acicularibus nigris. *Ach. syn.* p. 57. *Linn. suec.* n. 1386. (Mucor).

Hab. in lignis putrescentibus passim.

955. CALICIUM *centkerellum*: crusta tenuissima effusa albicante, capitulis lentiformibus undique pulverulentis albis demum rufescentibus; pedicellis filiformibus. *Ach. syn.* p. 61. *Vet. Ac. Handl.* 1816. p. 285. (Con. stibea).

Hab. in cortice frustuloso arborum frondosarum antiquorum ad truncos aliique.

956. CALICIUM *capitellatum*: crusta pulveracea effusa viridi-flava, capitulis globosis undique seminu-

liferis pedicellisque virescentibus capillaribus flexuosis. *Ach. syn. p.* 61. *Vet.* Ac. *Handl.* 1816. *p.* 288. (Con. furfuracea).

Hab. ad radices arborum denudatas occultas in sylvis densioribus.

7. CALICIUM *gracilentum:* crusta tenui pulveracea cinerascente, capitulis subglobosis cinerascentibus undique seminuliferis, pedicellis longissimis capillaribus flexuosis nigris subnudis. *Ach. lich. un. p.* 243. *t.* 3. *f.* 6. *Vet.* Ac. *Handl.* 1816. *p.* 289.

Hab. in cavitatibus Pini Abietis versus Ultuna.

OPEGRAPHA

Achar. meth. p. 16. *t.* 1. *f.* 8-10. Lichenes leprosi *Linn.*

Receptaculum fructus lineaeforme, utrinque marginibus parallelis discum concavum cingens — —, vel totum subcarbonaceum (in n. 958-960 Opegrapha *Ach. syn*). — vel marginibus tantum duriusculis (in n. 961. Graphis *Ach. syn.*) — — vel marginibus tantum accessoriis (in n. 962. ad Arthoniam *Ach. syn.* relata); in crusta tenuissima.

8. OPEGRAPHA *vulgata*: crusta subcartilaginea rimulosa albo-virescente, receptaculis variis subteretibus flexuosis nitidulis disco rimaeformi. *Ach. syn. p.* 73. *Linn. suec. n.* 1059. (L. rugosus).

Hab. in cortice squamoso Pinus Abietis sylvarum densiorum passim.

Omnium nostrarum minutissima lineis fere punctiformibus.

9 OPEGRAPHA *notha*: crusta subleprosa albida, receptaculis sparsis oblongis difformibusque disco plano demum convexo subimmarginato. *Ach. syn. p.* 76. *Flor. Dan.* 8. *t.* 1242. *f.* 1.

Hab. in cortice antiquo arborum frondosarum magis domesticarum praecipue Ulmi passim.

Lineae crassiores quam in reliquis.

10. OPEGRAPHA *vulvella*: crusta tenui laevigata albescente, receptaculis sparsis oblongo-ellipticis disco aperto concavo intra margines subinflexos. *Ach. meth. p.* 19. *t.* 1. *f.* 9.

Hab. in cortice Betulae rarius; ad rupes Godtsmäs-ses pluries lecta.

961. OPEGRAPHA *scripta*: crusta laevigata subci-da albescente sublimitata, receptaculis immersis ra-dis flexuosis subramosis disco subrimaeformi im-marginem a crusta formatum. *Ach. syn. p.* [illegible] *Linn. suec. n.* 1057.

Hab. in cortice laevi arbuscularum praecipue Corylli frequenter.

Lineae interdum duas lineas longae.

962. OPEGRAPHA *astroidea*: crusta tenuissima laevi-ta albescente, receptaculis immersis planiusculis ra-latim fissis radiatisque. *Ach. meth. p.* 23. *syn. p.* [illegible]

Hab. in cortice Alni etc. passim.

VERRUCARIA

Achar. meth. p. 113. *t.* 3. *f.* 1.

Receptaculum fructus verruciforme clausum subcri-naceum, nucleo gelatinoso seminula per ostiolum em-tente. — *Stirps crustacea.*

963. VERRUCARIA *epidermidis*: crusta tenuissima ci-tea, verrucis oblongatis depressis ostiolo emin-tibus. *Ach. syn. p.* 89.

Hab. in epidermide Betularum ubique.

964. VERRUCARIA *gemmata*: crusta tenui effusa la-vigata alba, verrucis sparsis hemisphaericis papil-tis. *Ach. syn. p.* 90. *meth. p.* 11[illegible] *t.* 5. *f.* 1.

Hab. in cortice frustuloso praecipue Quercus parcis.

965. VERRUCARIA *muralis*: crusta subtartarea alba, verrucis immersis papillatis ostiolo demum dilata albo-pruinoso. *Ach. syn. p.* 95.

Hab. in muris antiquis calce illitis ad areenm regian.

966. VERRUCARIA *umbrina*: crusta subgranulosa ni-mitata umbrino-fusca, verrucis subgranulatis osti eminente nudo. *Ach. meth. p.* 122. *syn. p.* 1[illegible] (Pyr. nigrescens).

Hab. in lapidibus praecipue latericiis frequenter.

967. VERRUCARIA *epigaea*: crusta tenui subfibrillosa

inaequabili pallida, verrucis minutis immersis ostiolo prominentibus. *Ach. syn. p.* 96.
Hab. in terra declivi succosa rarius.

ENDOCARPON

Hedw. stirp. cr. 2. *p.* 56. *t.* 20. *A.* Lichen *Linn.*

nceptaculum fructus verruciforme clausum a stirpe ormatum; nucleo seminulifero gelatinoso per ostioum sese aperiente. — *Stirps explanata, crustacea el foliacea.*

3. ENDOCARPON *pertusum*: crusta subcartilaginea glebulosa albicante, verrucis aggregatis intra glebulas ostiolis nigris pertusas. *Linn. mant. p.* 131. *Flor. Dan. t.* 766. *Ach. syn. p.* 109. (Porina).
Hab. in cortice arborum frondosarum molliorum passim.

9. ENDOCARPON *miniatum*: folio subumbilicato complicato rigido cinerascente subtus laevi rugulo-so fulvescente, ostiolis verrucarum minutis fuscescentibus. *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1617. *Flor Dan. t.* 532. *f.* 1.
Hab, in lateribus occultis interdum irrigatis rupium passim.
Folium interdum pollicem latum.

SPHAEROPHORON

Achar. meth. p. 134. *t.* 3. *f.* 5. Lichenes fruticulosi *Linn.*

nceptaculum fructus globosum, a stirpe formatum, demum rumpens emittensque nucleum carbonaceum seminulis nudis farctum. — *Stirps fruticulosa, fragilis.*

0. SPHAEROPHORON *coralloides*: caule simpliciusculo demum transversim rimoso, ramulis subfasciculatis attenuatis subcastaneis. *Linn. mant. p.* 133. (Lichen globiferus). *Dillen. musc. t.* 17. *f.* 35.
Hab. in petris sylvestribus et melius etiam in caudicibus Pini sylvestris juxta paludes majores lacusque rarius.

Caulis interdum spithamam longus, satis flexilis et medullam fibrillosam fere ut in Usneis praecipue cum arboribus inhaeret.

971. SPHAEROPHORON *fragile*: caespitosum dichotome divisum in ramos teretes apicesque obtusiusculos cinerascentes. *Linn. suec. n.* 1121. *lapp.* 440. *t.* 11. *f.* 4. *Flor. Dan.* 6. *t.* 960. (L. globiferus) *Ach. p.* 287.

Hab. in saxis sylvestribus denudatis ubique.

Totum fragilissimum, fructibus minus regularibus.

RHIZOMORPHA

Achar. syn. p. 288.

Conceptaculum globosum, a stipite formatum, demum rumpens seminulaque emittens. — *Stirps subsetiformis.*

972. RHIZOMORPHA *setiformis*: filis setaceis nigris nitidis subsimplicibus apice divisis. *Ach. syn. p.* 289. *Sowerb. fung. t.* 200. (Sphaeria hippotrichoides).

Hab. in foliis dejectis Pini sylvarum majorum ubique

973. RHIZOMORPHA *subcorticalis*: filis compressis fusco-nigricantibus laevigatis; ramis sparsis reticulato-anastomosantibus. *Ach. syn. p.* 288. *Flor. Dan. t.* 713. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 37. (Lichen radiciformis?)

Hab. inter corticem et lignum in caudicibus emortuis pineis praesertim Abietis frequenter.

Filo omnino latior, chordam referens.

VARIOLARIA

Achar. meth. p. 12. *t.* 1. *f.* 6.

Conceptaculum planiusculum a stirpe plus minus crustacea totum formatum pulveremque prolificantem nudum sustentans.

974. VARIOLARIA *communis*: crusta subcartilaginea laevigata albicante demum inaequabili cinerea, con-

ceptaculis sphaeroideis pulverulentis albissimis. *Ach. syn. p.* 130.

Hab. in cortice praecipue Alni frequenter.

5. VARIOLARIA *amara*: crusta subpulverulenta rugoso-rimosa inaequabili alba, conceptaculis depressis plano-concavis marginatis concoloribus. *Achar. syn. p.* 131. *Engl. Bot.* 24. *t.* 1713. *Ehrh. ups. in beitr.* 5. *p.* 35. (L. fagineus).

Hab. in cortice frustuloso inprimis Fraxini frequenter.

6. VARIOLARIA *corallina*: crusta tartarea papillato-ramulosa rimosa; papillis passim confluentibus in conceptacula planiuscula pulveracea alba. *Linn. mant. p.* 131. *Westring. fårglafv. n.* 10. *Achar. meth. p.* 138. *t.* 3. *f.* 7. (Isidium) *syn. p.* 133. (Variol.)

Hab. in saxis sylvestribus passim.

7. VARIOLARIA *Westringii*: crusta tartarea areolato-verrucosa inaequabili cinerascente, papillis ramulosis in pulvinulos aggregatis apice fuscescentibus. *Westring fårglafv. n.* 4. *Achar. prodr. p.* 88. *t.* 2. *f.* 2. *Retz. scand.* 2. *p.* 273. (L. psevdocorallinus).

Hab. in saxis campestribus siccis passim.

BYSSUS

Linn. gen. pl. ed. Schreb. n. 1673. (partim). Lepraria *Ach. syn. p.* 329.

Pulvis prolificans undique dispersus per stirpem plus minus pulveraceam. Receptacula nulla apud nos detecta.

8. BYSSUS *incana*: crusta tenui submembranacea leproso-farinosa molli cinereo-incana. *Linn. svec. n.* 1178. *Ach. meth. p.* 4.

Hab. in muscis destructis et cortice arborum ubique.

9. BYSSUS *leiphaema*: crusta tenuissima lactea virescenteque, granulis pulverulentis pallidis. *Ach. meth. p.* 4. *t.* 1. *f.* 2. (B. lactea *Linn. mant. p.* 132?)

Hab. in cortice praecipue Quercus passim.

10. BYSSUS *candelaris*: crusta effusa tenui aequabili

subrimosa flavissima; granulis subglobosis. *Linn. svec. n.* 1185. *Ach. lich. un. p.* 663. (Lepraria flav.)

Hab. in cortice arborum et lapidibus passim.

981. BYSSUS *botryoides*: granulis minutis in crustam viridem aggregatis. *Linn. svec. n.* 1187. *Ach. gen. lich. p.* 331. *Agardh alg. p.* 135. (Nostoc).

Hab. in humosis umbrosissimis passim.

NOSTOC

Agardh alg. p. xxxix. Tremellae spec. *Linn. Hedw.*

Fila moniliformia, e globulis coalitatis facta, conata in massam foliaceam gelatinosam.

982. NOSTOC *commune*: terrestre, fronde plicato-lobata ventricosa gelatinosa. *Ag. alg. p.* 131. *Linn. svec. n.* 1136.

Hab. ad terram graminosam post pluvias passim.

983. NOSTOC *verrucosum*: fronde vesiculosa subcoriacea cava plicata laevi. *Ag. alg. p.* 132. *Linn. svec. n.* 1139.

Hab. sub aqua in lapidibus.

984. NOSTOC *granulatum*: natans pisiforme. *Linn. mant. p.* 139. *Hedw. theor. t.* 56? (Trem. globosa). *Ehrh. upsal. in beitr. 5. p.* 37.

Hab sub aqua plantis tenuioribus adhaerens.

985. NOSTOC *pruniforme*: fronde solitaria sphaerica laevi olivacea gelatinosa; filis imp exo-crispatis. *Ag. alg. p.* 134. *Linn. svec. n.* 1159.

Hab. in lacu Maeleri plantis adhaerens.

RIVULARIA

Roth. catal. 3. p. 334.

Fila e communi basi prodeuntia, plus minusve articulata, conjunctim constituentia massam subglobosam vel ramosam.

986. RIVULARIA *endiviaefolia*: fronde lobata, lobis linearibus: filis apice fastigiatim ramosis. *Roth. catal. 3. p.* 334. *Flor. Dan. t.* 1488. *f.* 2. *Agardh. alg. p.* 127. (Chaetophora).

β. extensa.
Hab. in rivulis sylvestribus ex. gr. pone Håga; β vero in lacu Mäleri frequenter.

ZYGNEMA

Agardh alg. p. xxxii. Confervae *Linn. et Auct.*

Fila granulis figuratis vel in spiras dispositis impleta; demum per tubum transversalem copulata.

987. ZYGNEMA *nitidum*: articulis diametro subaequalibus, spiris cruciatis tenuibus arctis, seminibus ellipticis. *Agardh alg. p.* 98. *Flor. Dan. t.* 819. *Dillwyn. conf. t.* 4. *f. c. Ehrh. ups.* (C. capillaris?)
Hab. in fossis passim.
Crassius ceteris nostris confervoideis.

988. ZYGNEMA *quininum*: articulis diametro longioribus, spiris simplicibus arctiusculis, seminibus ellipticis. *Agardh alg. p.* 100. *Dillw. conf. t.* 5. (Conf. spiralis).
Hab. in fontibus ex gr. ad Sandviken copiose.

HYDRODICTYON

Agardh alg. p. xxxi. Conferva *Linn.*

Fila articulis viviparis novum individuum foventibus reticulatim conjunctis constituta.

989. HYDRODICTYON *utriculatum*: *Agardh alg. p.* 97. *Linn. svec. n.* 1167. (Conf. reticulata) *Dillwyn conf. t.* 97. *Dillen. musc. t.* 4. *f.* 14.
Hab. in fluvio Upsaliensi inferiore rarius.

CONFERVA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1672 (partim) *Agardh alg. p. xxix.*

Fila articulata uniformia succum seminalem continentia, eaque 1) viridescentia ramosa n. 990-993. simplicia n. 994-996. — 2) colorata n. 997. 998.

990. CONFERVA *velutina*: filis repentibus radicantibus, ramis erectis obtusis in stratum velutinum implicatis, articulis superioribus diametro duplo longioribus. *Agardh alg. p.* 94. *Linn. svec. n.* 1183. (Byssus).

Hab. in terra nuda passim.

991. CONFERVA *Aegagropila*: filis e centro communi egressis globum constituentibus rigidis ramosissimis obtusis, articulis diametro quintuplo longioribus. *Linn. svec. n.* 1169. *Agardh alg. p.* 92. *Web. et Mohr it. svec. t.* 1. *f.* 7. *a. b.*

Hab. ad ripam lapidosam lacus Ekebysjö copiose.

Globos semiunciam circiter latos obscure virides format.

992. CONFERVA *glomerata*: filis capillaceis ramosis; ramis alternis demum fastigiatis subsecundis, articulis cylindricis diametro quadruplo longioribus. *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1657. *Agardh alg. p.* 89. *Flor. Dan. t.* 651. *f.* 2. *Dillen. musc. t.* 5. *f.* 55.

Hab. in rivulis praecipue fontanis ex. gr. ad Sandviken

995. CONFERVA *fracta*: filis rigidis ramosis; ramis divaricatis alternis, articulis diametro quintuplo longioribus. *Agardh alg. p.* 88. *Flor. Dan. t.* 516. *Dillw. conf. t.* 14. *Linn. svec. n.* 1166. (bullosa).

Hab. in aquis stagnantibus frequenter.

994. CONFERVA *rivularis*: filis simplicibus capilliceis longissimis rectis aequalibus, geniculis pellucidis, articulis graniferis diametro subtriplo longioribus siccitate alternatim compressis. *Linn. svec. n.* 1161. *Agardh alg. p.* 85.

Hab. in rivulis pigrioribus, fluctuans.

995. CONFERVA *fontinalis*: filis simplicibus adnatis fasciculatis rectis strictis obtusis, articulis diametro triplo longioribus. *Linn. svec. n.* 1163. *Agardh alg. p.* 85.

Hab. in fontibus passim.

996. CONFERVA *fugacissima*: filis tenuibus mucosis rectiusculis, articulis diametro duplo longioribus. *Roth. germ. p* 505. *Agardh alg. p.* 80.

Hab. in aqua paludum ex. gr. Vitulfsbergensis.

997. CONFERVA *Jolithus*: terrestris, filis caespitosis erectis brevissimis aurantiacis subdichotomis, articulis diametro sesquilongioribus. *Agardh alg. p.*

75. *Linn. svec. n.* 1178. *Flor. Dan. t.* 899. *f.* 1. (Byssus).

Hab. in lapidibus sylvestribus nuper denudatis frequenter.

Colore et odore fere violae a ceteris longe recedit.

998. CONFERVA *aurea:* terrestris, filis flexuosis in caespitem densum mollem congestis, ramis subsecundis elongatis aureis, articulis diametro duplo longioribus. *Dillw. conf. t.* 35. *Linn. spec. pl.* 2. *p.* 1638.

Hab. ad muros occultos rarius.

LEMANIA

Agardh alg. p. xxviii. Confervae spec. *Linn.*

Fila solidiuscula torulosa constituta e compage cellulari seminulifera.

999. LEMANIA *fluviatilis:* filis subsimplicibus olivaceis, nodis angulatis, internodiis cylindricis diametro quintuplo longioribus. *Linn. svec. n.* 1168. *Agardh alg.* 69. *Dillw. conf. t.* 29.

Hab. in fluvio Upsaliensi lapidibus innascens passim.

VAUCHERIA

Agardh alg. p. xxiii. Confervae et Ulvae *Linn.*

Fila continua intus seminulis adspersa, demum dilatata in fructus vesiculares, filis homogeneos, plerumque terminales sese erigentes.

1000. VAUCHERIA *radicata:* terrestris, filis radicantibus, vesiculis solitariis terminalibus globosis. *Agardh alg. p.* 52. — Ulva radicata *Retz. Vet. Ac. Handl.* 1769. *p.* 251. *Flor. Dan. t.* 705. *Ehrh. ups. in beitr.* 5. *f.* 37. — U. granulata *Linn. svec. n.* 1160. *Dillen. musc. t.* 10. *f.* 17.

Hab. ad ripas fluviorum et paludum exsiccatas.

1001. VAUCHERIA *amphibia:* terrestris, filis flexuosis subdichotomis, vesiculis sessilibus lateralibus. *Agardh. alg. p.* 50. (Dillwynii) *Linn. svec. n.* 1164. *Dillwyn. conf. t.* 16. *Dillen. musc. t.* 4. *f.* 17.

Hab. locis humidis ad domos passim.

ULVA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1670. Agardh alg. p. xxi.

Frons membranacea, plerumque tubulosa: seminulis quaternis undique innatis.

1002. ULVA *intestinalis*: fronde tubulosa simplici. *Linn. svec. n.* 1154. *herbat. upsal. in am. ac.* 5. *p.* 433 *Agardh alg. p.* 45.

Hab. in piscinis passim. Apud nos angustissima.

4. ORD. FUNGI

CONSPECTUS

Ab Algis *inprimis terrestribus differunt eximie defectu stirpis cujusdam supra descriptae, qui defectus multoties compensatur fructu longe magis evoluto et perfecto, adeo ut fructu solo discreto fere constituantur Fungi multo magis quam ulla alia vegetabilia. Itaque formae illae fructus, quae in* Algis *lichenosis tantum inchoatae sunt, apud fungos ita evolvuntur, ut denique in statu quam maxime perfecto vix pro iisdem habeantur. Oriuntur ideo sectiones et genera longe magis evidentia et diu multo magis cognita. Maxime generalis Fungos subdividendi ratio desumitur a seminulorum connexione et situ, sequenti modo:*

seminulis intra perispermia	in superficie fructus	1. HYMENOMYCI
	intra substantiam fructus	2. SCLEROMYCI
seminul. sine perispermiis intra fungum		3. GASTEROMYCI
	in superficie filorum	4. MUCEDINES
	sine receptaculis ullis	5. EPIPHYTAE

1. HYMENOMYCI *sic dicti quia obducuntur membrana seminula intra perispermia fovente. Maxime*

erfecti Fungi sunt tum respectu substantiae fungoso-carnosae, quare Fungi proprie sic dicti etiam uncupantur, tum respectu formae, quae plerumque lus minus pileata est et eos prae ceteris nomine Fungorum pileatorum dignos reddit. Pars illa superior fungi praecipue duobus modis formatur et flectitur adeo ut membrana seminulifera vel infra vel supra pileum veniat.

a *membrana infra pileum*)
lamellosum: lamellis discretis: Amanita, Agaricus
ramosis: Merulius, Daedalea.

porosum: Boletus

tubuliferum: Buglossus

spinulosum: Hydnum

verrucosum, hirtum vel laeve: Thelephora.

In quibus generibus praecipue ultimis non tantum stipes interdum deest, verum etiam pileus ita adnatus ut latus inferius exterius evadat.

b. *membrana supra pileum clavaeformem*: Clavaria, Spathularia, Mitrula.

evidentiorem plus minus a stipite distinctum: Phallus, Morchella, Helvella.

concavum: Peziza, Ascobolus.

c. *membrana obsoleta (Algis aquaticis accedentes)*: Tremella.

2. SCLEROMYCI *ob duritiem insignem vel totius fungilli vel perispermiorum sic dicti. Ubi fungillus exterior indurescit, confunduntur tum perispermia tum seminula in unam massam induratam. Ubi autem insigniter mollescit fungillus exterior, grandescunt perispermia mirum in modum simulque indurantur. Sic oriuntur sequentes subdivisiones.*

a. *Receptaculum difforme induratum, confusis perispermiis et seminulis*: Xyloma, Erysiphe.

b. *Receptaculum regulare verruciforme (fere ut in Verrucariis):* Sphaeria, Naemaspora.

oblongum rimaeforme (fere ut in Opegraphis): Hysterium.

c. *Receptaculum mollius includens perispermia maxima plura:* Nidularia.

solitaria: Sphaerobolus.

3. Gasteromyci *quorum Receptaculum vel fructus constituitur sacco vel ventre membranaceo includente seminula numerosissima, ceterum nuda seu nullo receptaculo proprio perispermico inclusa, sed saepe supra fila seu receptacula propria non includentia, quibus ad sequentem accedunt. Secundum substantiam sacci et stipitis non sine difficultate dividuntur sequenti modo.*

a. *Saccus initio carnosus, duplex radiatim fissus:* Geastrum.

simplex coriaceus: Scleroderma.

membranaceus: Tulostoma, Lycoperdon.

b. *Saccus initio succosus fere liquidus:* Lycogala, Stemonitis, Arcyria.

c. *Saccus siccus; stipite indurato:* Tubercularia.

d. *Saccus tenuissimus; stipite fistuloso septato:* Mucor.

4. Mucedines *receptaculo includente destitutae sunt, adeo ut seminula nuda supra fila seu receptacula partialia filiformia saepe fistulosa haereant. Seminula evidentia sunt in* Penicellio, Aspergillo, *cum filis vero confusa in aliis.*

5. Epiphytae *constant solo pulvere seminali per plantarum annuarum epidermidem disruptam instar conceptaculi erumpente:* Aecidium, Uredo, Puccinia.

AMANITA

Persoon syn. p. 246. Agarici species *Linn.*

leus subtus lamellosus: lamellis distinctis acutis integris. Volva radicalis ab initio totum pileum includens, demum evanescendo verrucas discolores supra eum relinquens. Seminula albida.

103. AMANITA *muscaria:* volva ad radicem abrupta, velo annuliformi versus apicem stipitis, pileo aurantiaco-rubro, verrucis lamellis stipiteque candidis. A. muscaria *Persoon. syn. p.* 253. *Sv. Bot. t.* 108. *Linn. svec. n.* 1235.

β. formosa: pileo aurantiaco-fulvo. *Persoon. ib.*

γ. umbrina.

Hab. in pratis sylvestribus ubique.

Ad autumnum e terra primum excrescit magnitudine t figura ovi, supra tota verrucosa (fere ut strobilus 'ini sylvestris) flavescens; deinde pileus e radice sese olvit et volvam abrumpit, cortina vero annuli diutius nanet versus apicem stipitis inserta. Tota illa pars volae, quae pileum tegebat, in altum cum eo evehitur et lemum increscente pileo in verrucas crassas abit, quae lenique dilabuntur.

AGARICUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1674. Persoon synops. p. 257.

Pileus subtus lamellosus: lamellis distinctis acutis integris.. Volva nulla. Annulus pileum adnectens, in stipite persistens in sect. 1. nonnullis sect. 6 et 7. — *Fungi semper carnosi nisi ob tenuitatem submembranacei plerumque* a) *maxime regulares vel seminulis albis in sectt.* 1—5. *vel cinnamomeis in sect.* 6. *vel fusco-purpureis in sect.* 7. *vel atris in sect.* 8. — *rarius* b) *fungi difformes vel infundibuliformes in sect.* 9. *vel obliqui unilaterales in sect.* 10.

1. LEPIOTA (Stöfvelsvamp) stipite eximie annulato, pileo carnoso, lamellis arescentibus, seminulis albis.

004. AGARICUS *granulosus*: pileo umbonato subcarno-

so ferrugineo albescenteve farinoso-granuloso, lamellis albidis adfixis, stipite infra annulum squamuloso. *Pers. syn. p.* 264 *Fries syst. myc. p.* 21 *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1808. *p.* 11.

A. muricatus *Flor. Dan.* 6. *t.* 1015. *f.* 2.

β. A. croceus *Bolton fung. t.* 51. *f.* 1. *Sowerb. fung. t.* 19.

Hab. in pinetis sylvae Kungsparken passim.

Octobri praecipue legitur. Pileus umbraculiformis latitudine pollicis vel paullo ultra, ad umbonem saturatius coloratus. In annulo et infra eum granula abeunt in concinnas squamulas.

1005. AGARICUS *polymyces*: pileo sordide luteo fimbriato-squamoso, lamellis subdecurrentibus albescentibus, stipite fibroso infra annulum patulum laevi.

A. polymyces *Persoon syn. p.* 269. *Trattinn. fungi es. t. D.*

A. melleus *Flor. Dan* 6. *t.* 1013. *Fries syst. myc. p* 30. — A. stipitis *Sowerb fung. t.* 101. opt.

Hab. in sylvis frondosis frequenter ex. gr. ad Godlsundam.

Caespitose crescit. Annulus vix infra marginem pilei, intumescens, validus.

2. GYMNOPUS: stipite semper nudo, pileo marginibus primum involutis carnoso integro, lamellis arescentibus, seminulis albis.

1006. AGARICUS *rutilans*: pileo planiusculo flavescente: rubore superfuso, lamellis pallidis subciliatis, stipite deorsum incrassato flavescente sursum rutilante.

A. rutilans. *Persoon. syn. p.* 520. *Flor Dan. t.* 1610. *Fries syst. myc. p.* 42.

A. xerampelinus *Sowerb. fung. t.* 51. opt. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1808. *p* 85.

A. dentatus *Linn. suec. n.* 1206?

Hab. in sylvis acifoliis passim.

Ex maioribus nostrorum, utpote spithamam altus et

na latior, stipite bis pollicem crasso. Eximie carnus et solidus. Lamellae vix bilinearis latitudinis, praeac versus marginem pilei eximie subciliatae, a stiparum solutae.

7. AGARICUS *carnòsus*: pileo carnoso convexo primumque umbonato albescente disco rubescente rubroque fasciato, lamellis albis profunde adnatis, stipite deorsum attenuato rubro-fasciato.

A carnosus *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 84. *Sowerb. fung t.* 246.

A. erubescens *Fries syst.myc. p.* 32.

Hab. in pinetis umbrosissimis pone montes Godtsundenses copiose.

Octobri inventus. Praecedenti quod ad staturam subnilis, sed coloribus A. integro similior, quamam facillime distingvendus rubore fasciato praecipue stipite. Pileus demum planus evadit: lamellis subcurrentibus. Stipes insigniter fibrosus saepe tortus; nis praecipue rubris.

08. AGARICUS *myomyces*: pileo planiusculo nigrescente, lamellis albidis adnatis, stipite brevi albescente cylindrico.

A. myomyces *Persoon syn. p.* 345. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1808. *p.* 88. *Fries syst. myc. p.* 44.

A. terreus *Sowerb. fung. t.* 70.

Hab. in humo Horti Upsaliensis frequenter.

Octobri legitur. Pileus supra humum parum elevatus, amo quoque colore suo simillimus, ab initio magis plaus quam plerique affines. Stipes radio pilei quantum idi semper brevior.

909. AGARICUS *eburneus*: albissimus viscosissimus, pileo carnoso planiusculo laevi, lamellis subdistantibus subdecurrentibus, stipite apice squamuloso.

A. eburneus *β Persoon syn. p.* 364. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 88. *Fries syst. myc. p.* 33. *Flor. Dan. t.* 600.

A. nitens *Sowerb. fung. t.* 71.

Hab. in lucis amoenissimis betulinis juxta Vårdsätra frequenter.

Medio Octobri optime legitur. Extus albissimus, sed caro ejus firma post laesionem rubescit. Viscosus tanta ut tempore pluvioso omnino defluat.

1010 AGARICUS *odorus:* pileo planiusculo laevi viridi-caerulescente, lamellis subdecurrentibus pallidioribus, stipite aeruginoso subflexuoso.

A. odorus *Persoon syn. p.* 523. *n.* 122. *β* (anisi) *Sowerb. fung. t.* 42. *Swartz Vet. Ac. Holm.* 1808. *p.* 84. *Fries syst. myc. p* 90.

Hab. in pinetis excisis ad alteram oram sylvae Kempparken parce.

Fine Octobri lectus est. Odore anisi optime distinguitur. Color viridi-caerulescens ad marginem semper manet, sed in medio pileus cito pallescit.

5. MYCENA: fungilli, stipite nudo fistuloso, pileo plus minusve membranaceo fragili, lamellis arescentibus, sem.nibus albis.

1011. AGARICUS *clavus:* gregarius minutus, pileo pallido aurantio rubescente, lamellis latiusculis stipiteque tenuibus albidis.

A. clavus *Linn. suec. n.* 1212.

A. esculentus *Trattinn fung. esc. p.* 65. *t. I. Fol. in Jacq. misc.* 2. *p.* 105. *t.* 14. *f.* 4.

Hab. in ericetis sylvaticis autumno.

1012. AGARICUS *farinaceus:* pileo subcarnoso umbilicato demum undulato incarnato-pallescente, lamellis distantibus adnatis roseis demum pulverulentescente farinaceis, stipite elongato pileo concolore. *Persoon syn. p.* 455. *Bolton fung. p.* 23. t. 6. *Swartz Vet. Acad. Handl.* 1808. *p.* 245.

Hab. in pratis humidosis passim.

Observatio. Singularis est pileo et lamellis [illegible] substantiae et tamen chartae firmioris [illegible] Pileus demum ad ambitum repandus. Lamellae pauciores quam in plerisque ceteris [illegible] viginti, decursum arcuatae, [illegible] farinaceae.

. AGARICUS *alliaceus*: subgregarius parvus odoratus siccus, pileo plano albescente testaceove, lamellis crispis dilutioribus deorsim arcuatis liberis, stipite fusco nitido tenaci. *Sv. Bot. t.* 179 *Trattinn. fung. esc. p.* 62. *t. H*? *Persoon. syn.* p. 373 *et p.* 375? ab. in sylvis acerosis parasiticus in radicibus emortuis, foliis etc.

. AGARICUS *umbelliferus:* pileo plano umbilicato striato lutescente, lamellis distantibus decurrentibus, stipite fistuloso brevi.

A. umbelliferus *Linn. svec. n.* 1192 *Flor. Dan. t.* 1015. ab. in pinetis.

5. AGARICUS *androsaceus*: pileo plano subumbilicato subplicato albo, lamellis adnatis stipiti nigrescenti. *Linn. svec. n.* 1193, *Vaill. paris. t.* 11. *f.* 21-23. ab. in foliis dejectis Pini sylvarum frequenter. mnium minimus.

4. RUSSULA: stipite nudo plerumque albo, pileo carnoso, lamellis longitudine aequalibus arescentibus margine pilei patente, seminulis albidis.

6. AGARICUS *integer:* pileo planiusculo subdepresso compacto rubro margine demum sulcato, lamellis integris albissimis latis, stipite albo rubellove.

A. integer *Linn. svec. n.* 1230. *Sowerby fung. t.* 201. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1009. *f.* 1.

A. emeticus *Persoon syn. p.* 439. *Fries syst. myc. p.* 56.

Iab. in sylvis acerosis frequenter.

regulari circinata integra forma nomen prae cetehabet. Pileus plerumque totus elegantissime ruber, interdum valde pallescit, rarius lividus evadit renente tamen rubore quodam ad marginem.

5. LACTIFLUI (galorrhei): stipite nudo, pileo carnoso, lamellis inaequalibus succum lacteum pingviusculum emittentibus exsiccatione albescentibus, seminulis albidis.

7. AGARICUS *torminosus:* pileo glabro zonato pal-

lido margine involuto barbato, stipite cavo l
Fries syst. myc p. 65. *Persoon syn. p.* 45. *F*
Dan. t. 1068. *Sv. Bot. t.* 184.
A. piperatus *Linn. svec. n.* 1195.
Hab. in ericetis sylvestribus rarius.
Acris et venenatus est.

1018. AGARICUS *deliciosus:* pileo umbilicato te
ceo demum virescenti-zonato, lamellis stipit
latericiis succo croceo lactescentibus.
A. deliciosus *Linn. svec. n.* 1211. *Fries syst. my*
p. 67. *Persoon syn. p.* 432. *Trattinn. fung.*
p. 82. *t. M. Sowerb. fung. t.* 202? *Flor. D*
t. 1151. *Schaeff. fung. t.* 11. optim. *Sv. B*
t. 173.
Hab. in pinetis ex. gr. in Kungsparken parcius.
Proveuit sero autumno plerumque Octobri. Op
cognoscitur succo suo saturate croceo, primum
rubro, et nonnisi apud fungum langvescentem tam
ac in lamellis. De cetero color partium variabilis
videtur, in lamellis et stipite plerumque pallidior
describitur, in pileo saepe tempore pluvioso plus
nus virescens aeruginosus ingratus. Omnes
laesiones lamellarum et stipitis virescentem colorem
cipiunt. Colorem suum flavum tempore sereno
tam conservat.

1019. AGARICUS *subdulcis:* pileo depresso umbon
glabro rufescente unicolore, lamellis adnatis
scenti-testaceis lacte albo subdulci, stipite
rubicundo.
A. subdulcis *Persoon syn p.* 455. *Swartz Fl.*
Handl. 1808. *p.* 211. *Liljebl. sv. fl. ed.* 5. *p.* 65
Fries syst. myc. p. 70.
A. lactifluus *Sowerb. fung. t.* 204.
A. rubescens *Schaeff. fung. t.* 75.
A. caulescens pileo plano carneo etc. *Linn. sve*
p. 122.
Hab. in pinetis parcius.
Octobri legitur. Stipes semper plus minus rubicun
dus. Lamellae initio pallidae, demque dilute testace

us demum infundibuliformis mollis, nunquam zonus nec colorem alium post pressionem assumens.

6. CORTINARIA: stipite superne loco annuli emittente cortinam filis arachnoideis constitutam adnexamque pileo plus minus viscoso tenaci: lamellis demum pulvere seminali cinnamomeo copioso obtectis et inquinantibus.

o. AGARICUS *cinnamomeus*: pileo subcarnoso umbonato glabro nitido cinnamomeo, lamellis concoloribus subdisjunctis dilatatisque, stipite longiusculo dilutiore.

A. cinnamomeus *Linn. svec. n.* 1205. *Persoon. syn. p.* 297. *Sowerb. fung.* 205. *Bolton. fung. t.* 22.

Hab. in sylvis abietinis densissimis passim.

Octobri occurrit. Fungus totus exacte cinnamomeus luteo-rufus. Pileus initio convexus demum planus; rginibus tenuioribus. Lamellae medio latiores a stie subdisjunctae. Cortina fugacissima vix rudimenn relinquens.

21. AGARICUS *violaceus:* pileo carnoso convexissimo violaceo lividove, lamellis adfixis demum cinnamomeis, stipite violaceo inferne bulbiformi.

A. violaceus *Linn. svec. n* 1226. *Persoon syn p.* 277. *Sv. Bot. t.* 288. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5 *p* 58.

Hab. in lucis praecipue quercinis rarius.

22. AGARICUS *viscidus*: pileo demum plano umbonatoque hepatico-livido viscido, lamellis simplicibus decurrentibus violaceo-umbrinis, stipite inferne attenuato intus flavescente.

A. viscidus *Linn. svec. n.* 1229.

A. Gomphus *Persoon. syn. p.* 292.

A. rutilus *Sowerb. fung. t.* 105. opt.

Hab. in pinetis.

Totus fungus eximie turbinatus vel obverse conicus, ithamam altus, palma saepe latior.

23. AGARICUS *collinitus*: pileo umbonato badio viscoso-crustato, lamellis subferrugineis, stipite transversim in squamas gelatinosas hyalinas rupto: annulo exteriore evanescente membranaceo.]

A. collinitus *Persoon syn. p.* 281. *Sowerb. fung. t.* 9. *Swartz in Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 8[illegible] *Liljebl. sv. fl. ed.* 5. *p.* 646.

Hab. in pinetis umbrosissimis pone montes Godsh[illegible] denses parcius.

Octobri lectus. Fungus junior totus obtectus est [illegible] si membrana gelatinoso-mucosa, quae cortinam [illegible] riorem constituit et exinde in stipitem decurrit [illegible] mumque elongato stipite rumpitur in squamas sup[illegible] indicatas.

1024. AGARICUS *decoloratus*: pileo viscoso flavido [illegible] vexo, lamellis primum subviolaceis demum cin[illegible] moneis, stipite glabro subtuberoso albido, cor[illegible] ferruginea.

A. decoloratus *Persoon syn. p.* 285.

Hab. in pinetis.

Praecedenti A. viscido utique affinis, sed notis dat[illegible] satis distinctus.

7. PRATELLA: stipite fistuloso subnudo, pileo persistente lamellisque arescentibus pu[illegible] vere seminali fusco-purpureo d[illegible] mum inquinantibus.

1025. AGARICUS campestris: pileo carnoso [illegible] cinereo strigoso, lamellis adscendentibus nigrescentibus, stipite subfistuloso, longo pruinoso.

A. campestris *Linn. syst. v.* 1215. *Liljebl. sv. fl. ed.* 5. *p.* 650. *Vaill. paris. t.* 12. *f.* 1. 2.

A. varius *Persoon syn. p.* 414. (Coprinus) *Bull. fung. p.* [illegible] *t.* [illegible] *f.* 1.

Hab. ad vias et in pratis obvius.

Pileus primo fulgidus, dein glaber. Stipes pileo saepe longior, obsolete striatus, cinereo-pruinosus.

1026. AGARICUS campestris: pileo carnoso planiusculo [illegible] fuscescente-squamoso, lamellis a stipite liberis rufescenti-fuscis, annulo evanescente vix [illegible]

A. campestris *Linn. syst. v.* 1215. *Sow. Bot. t.* 251. *Persoon syn. p.* 412. *Fior. Dan. t.* 914.

Hab. in pratis campestribus praecipue ad vias frequenter.

Ad autumnum erumpens primum albissimus, demum ro epidermis pilei in squamas fuscescentes dissolvitur. olor lamellarum initio variat, demum semper fusco-gricans, parum inquinans. Variat stipite elongato et nulo libero.

027. AGARICUS *aeruginosus*: pileo viscido viridi subconico, lamellis adnatis demum fuscescentibus, annulo squamuloso demum evanescente.

A. aeruginosus *Persoon. synops. p.* 419. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1808. *p.* 207. *Schaeff. fung. t.* 1.

A. politus *Bolton fung. t.* 30.

Hab. in pinetis majoribus rarius.

Octobri legitur. Pileus vix latior quam altus magnitudine saepe pollicaris, valde viscidus. Stipes crassitie ennae gallinaceae, plures pollices longus, flexuosus.

8. COPRINUS (stercorei): stipite fistuloso subnudo, pileo submembranaceo demum lacero, lamellis primum pulvere micaceo adspersis dein seminula atra emitttentibus demum atro-deliquescentibus.

1028. AGARICUS *fimetarius*: caespitosus, pileo campanulato cinerascente apice subsquamuloso margine plicato obtuso, lamellis demum nigris deliquescentibus, stipite nudo inferne incrassato.

A. fimetarius *Linn. svec. n.* 1215. *Liljebl. sv. fl. ed.* 2. *p.* 449. *Sowerb. fung. t.* 188. opt.

A. plicatus *Persoon syn. p.* 396. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1808. *p.* 199.

Hab. in fimetis et hortis stercoratis frequenter.

Septembri provenit pileis magnitudine saepe ovorum anserinorum, initio albidis sine omnibus squamulis. Margo pilei cum lamellis suis insigniter crassus et obtusus, stipiti valde adpressus, quo fit, ut stipes supra applicationem ejus eximie angustatus et angulatus, infra incrassatus, sine indicio annuli.

1029. AGARICUS *cylindricus*: subcaespitosus, pileo subcylindraceo albescente squamoso margine aequali

acuto, lamellis demum nigris deliquescentibus: stipite aequali annulum mobilem evanescentem gerens.
A. cylindricus *Sowerb. fung. t.* 189.
A. comatus *Persoon syn. p.* 395.
A. fimetarius *Bolton fung. t.* 44.
A. extinctorius *Linn. suec. n.* 1196?
Hab. in hortis.

Praecedenti utique valde affinis, sed serius prorepsit mense Octobri, pileus initio magis cylindricus et minor, margine tenui cum annulo cohaerens, quem demum secum trahit et hinc inde in stipite relinquit instar fili tenuioris nigrescentis saepe mox evanidi. Ob hanc indolem annuli et marginis stipes undique tenuis et ejusdem crassitiei est. Pileus sursum sese revolvendo adhuc magis deliquescit quam in praecedenti; ita ut vix quid conservari queat.

1030. AGARICUS *ferrugineus*: aggregatus, pileo ovato-campanulato sulcato pallide ferrugineo mox obtuso nitido lamellisque micantibus cinerascentibus demum nigris, stipite albescente nudo.
A. ferrugineus *Persoon synops. p.* 400. β hortensis.
A. micaceus *Flor. Dan t.* 1195.
A. truncorum *Schaeff. t.* 6.
A. congregatus *Sowerb. fung. t.* 261 *Swartz Fl. Ac. Handl.* 1808. *p.* 204.
Hab. in areis hortorum uti praecedentes.

Praecedentibus minor. Margine obtuso sublobato et A. fimetarium accedit, nec sese sursum revolvit deliquescendo sed tantum flaccescit. Pulvis ejus micaceus (peristermiis constitutus) grandior quam in praecedentibus.

9. OMPHALIA (infundibuliformes): pileo subcarnoso demum infundibuliformi, lamellis longitudine inaequalibus eximie decurrentibus exsuccis.

1031. AGARICUS *giganteus*: maximus, pileo carnoso demum infundibuliformi nitido lutescenti-ferrugineo fissili, lamellis pallidis decurrentibus, stipite brevi deorsum incrassato albido.

A. giganteus *Sowerb. fung. t.* 244. opt. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1808. *p.* 240.
A. giganteus β minor *Fries syst. myc. p.* 80.
Hab. in pinetis frequenter.

32. AGARICUS *membranaceus*: pileo demum infundibuliformi testaceo laevi submembranaceo, lamellis decurrentibus albescentibus, stipite fistuloso nudo superne attenuato. *Vahl in Flor. Dan.* 6. *t.* 1012.
A. gibbus *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 95.
Hab. in pinetis, praecipue in Kungsparken frequenter.

33. AGARICUS *involutus*: magnus, pileo carnoso depresso olivaceo-hepatico, margine revoluto tomentoso; lamellis basi venosis subdichotomis pallidioribus, stipite maculato. *Persoon syn. p.* 241. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1808. *p.* 242.
A contiguus *Sowerb. fung. t.* 56.
Hab. inter Abietes majores sylvarum densiorum passim. Medio Octobri lectus est. Pileus circiter palmam latus; lamellis quidem subdecurrentibus et intus vel ad insertionem in pileo reticulatim conjunctis, sed non semper extus ad stipitem dichotomis.

10. PLEVROPUS (obliqui): stipite excentrico vel laterali vel nullo (in truncis arborum senescentium).

34. AGARICUS *ulmarius*: imbricato-gregarius, pileo carnoso albo-cinerascente demum latissimo fissoque, lamellis latis adnexione demum emarginatis albidis, stipite excentrico ad pileum curvato adscendente. *Persoon syn. p.* 473. *Sowerb. fung. t.* 67. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1808. *p.* 251.
Hab. in truncis praecipue Ulmorum Horti Upsaliensis frequenter.
Octobri praecipue observatur. Stipites inter corticem et lignum saepe longe proserpunt usque ad proximam aperturam, ubi sursum flectuntur et pileos horizontales gerunt; de cetero leviter striati, initio non parum pruinosi. Pilei saepe latitudine pedales, demum albi.

35. AGARICUS *stypticus*: caespitosus, pileo postice

subemarginato alutaceo flavescente, lamellis fusc. luteis, stipite brevi sublaterali adscendente.

A. stypticus *Pers. syn. p.* 481. *Flor. Dan. t.* [illegible] *f.* 1. *Swartz. Vet. Ac. Handl.* 1808. *p.* 254.

β. major, stipite longiore subcentrali, pileo integ. subimbricato.

Hab. in truncis betulinis, β. in Salicibus frequens.

1036. AGARICUS *dryinus*: subsessilis, pileo multiformi carnoso cervino venoso subvilloso, lamellis pallidis incisis. *Flor. Dan. t.* 1616. *Persoon. syn. p.* [illegible]

Hab. in Ulmis aliisque arboribus frondosis Horti Upsaliensis frequenter.

Magnitudinem saepe plus quam palmarem habet, vide congregatus.

1037. AGARICUS *salignus*: aggregatus dimidiatus subsessilis, pileo convexiusculo sublobato horizontali laevi glabroque pallescente, lamellis subdecurrentibus pallide albicis.

A. salignus *Persoon syn. p.* 478. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1808. *p.* 252.

A. ochraceus *Wulfen in Jacqu. misc.* 2. *p.* 110. t. 16. *f.* 2.

Hab. in truncis arborum frondosarum praecipue Salicum, in Liljeconvaljsholm lectus.

Octobri inventus magnitudine plusquam palmae, colore valde pallide umbrino; ceterum cum figura Wulfeni et descriptionibus citatis optime conveniens. Supra semper glaberrimus tactu mollis et alataceus

MERULIUS

Persoon. syn. p. 488. Agarici spec. *Linn.*

Pileus infra sublamellosus: lamellis superficialibus (venas referentibus), obtusis, ramosis. Stipes nudus. *Fungus carnosus mollis.*

1038. MERULIUS *Cantharellus*: totus flavissimus (vitellinus), pileo carnoso glabro demum cyathiformi crispoque, lamellis crassis decurrenti-evanescentibus.

M. cantharellus *Persoon syn. p.* 488. *Sv. Bot. t.* 28.
Agaricus chantarellus *Linn. svec. n.* 1207. *Sowerb. fung. t.* 40. opt. *Fl. Dan. t.* 264.
Fungus etc. *Vaill. bot. paris. t.* 11. *f.* 9-15.
Hab. in sylvis acerosis frequenter.
Provenit mense Septembri plerumque tres pollices us, primum supra planiusculus margine reflexo, dein planatur, denique margines eriguntur et crispantur.

39. MERULIUS *cornucopioides*: pileo membranaceo squamoso stipiteque cavo nigrescente, lamellis inconspicuis.
M. cornucopioides *Persoon. syn. p.* 491.
Peziza cornucopioides *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1650. *Sowerb. fung. t.* 74. *Flor. Dan. t.* 384. *Ehrh. ups. l.c.*
Hab. cum praecedente rarius.

040. MERULIUS *aurantiacus*: pileo planiusculo submembranaceo molli aurantio pallescenteve, lamellis acutiusculis tenuibus rectis dichotomis subdecurrentibus. *Pers. syn. p.* 488. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1809. *p.* 173. *Wulfen in Jacqu. misc.* 2. *p.* 101. *t.* 14. *f.* 3. opt.
Hab. in sylvis acerosis frequenter.
Septembri et Octobri provenit. Fungus mollis et flexilis sine carne firma Cantharelli. Pileus supra glaber omnino est nisi in umbilico ob humiditatem retentam subtomentosus. Lamellae rectae fere acutae ut in Agaricis, sed regulariter bis vel ter dichotomae, ad divisuram crassescentes magisque eminentes. Color valde variat ab intensissimo aurantio usque in album.

041. MERULIUS *serpens*: totus effusus coriaceo-gelatinosus glaber albus medio lutescens, plicis subobsoletis rugiformibus.
M. serpens *Persoon syn. p.* 497.
Hab in lucis laetioribus super truncis betulinis dejectis.
Octobri lectus. Fungus totus Peltideam quandam fere refert lobis suis elevatis subtus verrucoso-hispidulis. Ob substantiam tremellosam difficile conservatur.

DAEDALEA

Persoon. syn. p. 499.

Pileus infra sublamellosus: lamellis inter se anastomosantibus porosque oblongos l. lineares efficientibus. — *Fungus acaulis dimidiatus perennis plus minus suberosus.*

1042. DAEDALEA *qvercina*: pileo ligneo rugoso glabro pallido laminis ramoso-sinuatis magnis. *Pers. syn. p.* 500.
Agaricus qvercinus *Linn. svec. n.* 1241. *Sowerb. fung. t.* 131. *Ehrh. ups. in beitr.* 5. *p.* 58.
Hab. in caudicibus qvercinis passim.

1043. DAEDALEA *sepiaria*: pileo coriaceo planiusculo strigoso-tomentoso spadiceo fasciis distantibus, lamellis confertis denticulatis lutescentibus.
D. sepiaria *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1810. *p.* 2. *Fries obs. myc.* 1. *p.* 105.
Agaricus acaulis utrinque planiusculus *Linn. svec. n.* 1243.
A. sepiarius *Pers. syn. p.* 487.
A. hirsutus — *Vaill. paris. t.* 1. *f.* 3.
Hab. ad ligna in sylvis acerosis passim.

Recens et calefactus non omni svaveolentia caret. Caguli juniores humidi lutescunt: denique color luteus in fuscescentem abit. In superficie superiore plana lignorum occurrit erectus utroque latere lamelloso.

1044. DAEDALEA *gibbosa*: pileo suberoso utrinque albido supra plano asperulo: margine acuto, basi gibbo, lamellis tortuosissimis poros sinuosos constituentibus.
D. gibbosa *Persoon syn. p.* 501.
Boletus sinuosus *Sowerb. fung. t.* 194.
Hab. in caudicibus abietinis sylvae Kungsparken passim.

Plerumque parum ultra palmam latus et tantum ad basin ultra pollicem crassus: supra omnino planus, subtus aequaliter convexus. Pori undique sinuosi, qua no-

praecipue distingvitur a Boleto suberoso cui tam finis est, ut invita aliud genus occupet.

45. DAEDALEA *betulina*: pileo coriaceo planiusculo aracnoideo-tomentosulo albescenti zonato, lamellis confertis denticulatis albescentibus.
D. betulina *Liljebl. sv. fl. ed.* 3. *p.* 657.
Agaricus betulinus *Sowerb, fung. t.* 182. *Linn. svec. n.* 1244.
Agaricus coriaceus *Persoon. syn. p.* 486.
Hab. in truncis dejectis praecipue Betulinis passim.
Praecedente tenuior et magis coriacea, colore totius ungi primum fere albo, dein plus minus nigrescens omis et lamellis. Superficies ejus quoque longe molior; tomento tenui fere superficiali depresso inconpicuo.

BOLETUS

Linn. gen, ed. Schreb. n. 1875. *Persoon synops. p.* 503.

Pileus subtus poris rotundis regularibus aequalibusque. — *Fungi raro annulati* (*n.* 1046.) *saepe carnosi* (*n.* 1046-1048.) *plerumque duriores cum suis tubulis arctius conjuncti* (*n.* 1049-1060. Polyporus Mich. Fries) *tuncque ut plurimum dimidiati, interdum eximie perennes* (*n.* 1055-1058.)

1046. BOLETUS *luteus*: stipite annulato, pileo pulvinato glutinoso, poris minutis flavis. *Linn. svec. n.* 1247. *Sowerb. fung. t.* 265. opt.
B. annulatus *Persoon. syn, p* 503.
Hab. in sylvis acerosis frequenter.
Pileus minus crassus quam sequentium, magis flavus.

1047. BOLETUS *edulis*: stipite reticulato bulboso, pileo pulvinato subbrunneo, poris minutis albescentibus. *Pers. syn. p.* 510. *Sv. Bot. t.* 197. *Trattinn. fung. esc. p.* 104. *t. R.*
Hab. ad sylvas frondosas ex, gr. montium Godtsundensium.

1048 BOLETUS *bovinus*: stipite laevi unicolori, pileo pulvinato glutinoso sordide luteo, poris compositis griseis. *Linn. svec. n.* 1246.

B. gregarius *Flor. Dan. t.* 1018.
Hab. in sylvis frequenter.

1049. BOLETUS *subsquamosus*: stipite brevi, pileo subsquamoso albo, poris oblongis albis. *Linn. suec. n.* 1250. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 39.
Hab. in sylvis raro.

1050. BOLETUS *perennis*: coriaceus, stipite brevissimo, pileo tomentoso cinnamomeo cingulo fuscescente, margine porisque albescentibus.
B. perennis *Linn. suec. n.* 1245. *Persoon syn.* p. 518. *Flor. Dan.* 6 *t.* 1075. *f.* 2.
Hab. in pinetis passim.

Diutius quidem durat quam praecedentes utpote per hiemem unam quodammodo persistens, sed perennis non est ut species penultimae sunt.

1051. BOLETUS *abietinus*: pileo dimidiato adnato imbricato coriaceo tenui cinereo-albido tomentoso azonato, margine purpurascente porisque acutis fuscescentibus.
B. abietinus *Persoon syn. p.* 541. *Albert. et Schwein. p.* 254.
B. versicolor *Ehrh. upsal.* ?
Hab. in caudicibus abietinis umbrosissimis sylvae Kungsparken.

Medio Octobri lecta est haec pulchella species. Radius ejus raro ultra pollicem longus. Substantia ejus valde flexilis fere membranacea. Margo purpurascens supra angustus subtus vero ultra lineam latus valde conspicuus, e quo color insignis in poros aliquantum abit.

1052. BOLETUS *citrinus*: pileo dimidiato adnato imbricato carnoso glabro citrino, poris sulphureis demum pallescentibus.
B. citrinus *Persoon syn. p.* 521. *Swartz Vet. Ak. Handl.* 1810. *p.* 82. *Lilieb. sv. fl. ed.* 3. *p.* 600. *Flor. Dan. t.* 1019. *Alb. et Schwein. p.* 216.
B. sulphureus *Sowerb. fung. t.* 155
Hab. in caudicibus Quercuum ad Godisunda alibique.

Autumno praecipue occurrit, saepe semipedalis latitudinis; substantia initio subcoriacea tenax, et ar-

en cito fragilescens dilabensque fere caseosa. Color am initio citrinus cito pallescit. (Fungus totus Boto suberoso simillimus, sed substantia sua parum ratura diversissimus.)

53. BOLETUS *svaveolens*: pileo dimidiato adnato subtomentoso albo subsuberoso odorato, poris sordide albescentibus. *Linn. svec. n.* 1255. *Pers. syn. p.* 530. *Sv. Bot. t.* 221.

Hab. in salicibus.

54. BOLETUS *suberosus:* pileo dimidiato adnato utrinque convexo supra aspero margineque obtuso pallide lutescente, poris albidis.

B. suberosus *Linn. svec. n.* 1253 ?

Hab. in truncis arborum frondosarum.

Hic melior Boletus suberosus forma omnino ulvinata tam crassa ut diametros perpendicularis radio orizontali neutiquam dupplo minor sit. Margo etiam rassus obtusissimus. Pori neque majores neque magis ngulati quam in praecedentibus speciebus; itaque hu-is generis omnino est fungus, et certe diversus a Daealea gibbosa.

055. BOLETUS *fomentarius:* pileo perenni dimidiato adnato ligneo subtriquetro fusco-fasciato, poris minutis glauco-ferrugineis. *Linn. svec. n.* 1252. *Persoon. syn. p.* 536. *Sowerb. fung. t.* 133.

B. igniarius *Woodw. med. bot.* 4. *t.* 274. *Sv. Bot. t.* 125.

Hab. in truncis variis arborum frondosarum, sed optimus in Betula.

056. BOLETUS *pinicola*: pileo perenni dimidiato adnato pulvinato ligneo basi nigrescente zonato margine subcinnabarino laevigato, poris rotundis integerrimis ochraceo-albidis. *Swartz Vet. ac. Handl.* 1810. *p.* 88. *Sv. Bot. t.* 480.

B. igniarius *Persoon syn. p.* 534. *Flor. Dan.* 6. *t.* 953. opt.

Hab. in caudicibus abietinis frequenter.

Octobri praecipue increscit. Forma pulvinata i. e crassities perpendicularis dimidium radium superans. Margo obtusus omnino laevigatus, quo ab omnibus

praeter B. fomentarium differt. Latus inferius primum fere albidum superficie fere caseosa: poris optime rotundatis in substantia aequali ut puncturae acicularum.

1057. BOLETUS *odoratus:* pileo perenni dimidiato adnato suberoso difformiter zonato tuberculosoque nigrescente, margine subfornicato tenuiter tomentoso aurantio, poris cinnamomeis angulatis dentatisque. *Wulf. in Jacqu. collect.* 2. *p.* 150. *Pers. syn. p.* 552. *comment. in Schaeff. p.* 42.

Hab. in caudicibus Abietum sylvae Kungsparken rarius.

Octobri lectus est odore fere Anisi forti. Substantia re vera suberosa, non parum flexilis. Pileus vix pollicem crassus, quamquam radius plus quam palmaris.

1058. BOLETUS *cuticularis*: pileo perenni crustaceo dimidiato primum luteo-ferrugineo demum nigricante, poris luteo-ferrugineis. *Decand. fl. fr. n.* 516. B. alneus *Pers. syn. p.* 528?

Hab. in caudice Salicis capraeae in Liljeconvaljsholm.

Incipit crescere cuticula utrinque luteo-ferruginea; appositis novis cuticulis annotinis strata vetustiora nigrescunt. Substantia interior longe maximam partem constat tubulis.

1059. BOLETUS *medulla panis:* effusus crustaceus planus albissimus duriusculus, margine glabro aequali, poris obliquis. *Jacqu. misc.* 1. *p.* 141. *t.* 11. *Pers. syn. p.* 544. *Sowerb. fung. t.* 226. *Swartz Vet. Acad. Handl.* 1810. *p.* 91.

Hab. in truncis arborum frondosarum cortice denudatarum passim.

1060. BOLETUS *obliquus*: effusus totus constitutus poris demum fusco-nigrescentibus suberosis ore denticulatis obliquis. *Persoon syn. p.* 548. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1810. *p.* 91.

Hab. in truncis semimortuis praecipue Ulmorum Horti Upsaliensis

Corticem a ligno amovet serpendo cristasque erigendo. Poros quantum fieri potest deorsum vertit, unde in ligno perpendiculari crescentis obliquitas in-

gnis. Primum quasi mucore albescente obducti sunt ori, demum nigrescentes submitidi evadunt.

BUGLOSSUS

ileus subtus primum verrucis radiatim villosulis demum emittentibus tubulos liberos cylindricos seminula fundentes. Fungus acaulis dimidiatus intus eximie rubro-venosus,

061. BUGLOSSUS *qvercinus.*

Boletus Buglossum *Retz. fl. scand. ed.* 2. *p.* 317. *Flor. Dan. t.* 1059.

Boletus hepaticus *Persoon syn. p.* 549. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1810. *p.* 95. *Sowerb. fung. t.* 58. *Trattinn. fung. esc. p.* 123. *t. V.* optim.

Fistulina buglossoides *Bull. champ.* 314. *t.* 497.

Hab. ad radices quercinas e terra eminentes in peninsulari luco Liljeconvaljsholm, ubi exemplar plus quam pedalis latitudinis lectum est d. 19 Sep. 1819.

Totus fungus extus intusque lingvam bovinam tam refert, ut hoc nomen ceteris praeferendum sit. E basi crassa et tuberculosa undique in radium plusquam semicircularem expanditur, crassitie ad basin plusquam bipollicari, versus ambitum pollicari. Supra brunneo-fuscus est cum papillis obscurioribus sparsis. Subtus ad ambitum fungi tubuli primum excrescunt et circiter tres lineas longi evadunt, quae longitudo eadem est usque ad limitem inter tubulos explicatos et non explicatos bene determinatum, unde patet quam cito tubuli protrudantur. Ad basin fungi enim nonnisi verrucae primum apparent eaeque radiatim villosulae, quae magis exteriora versus acuminatae fiunt, et denique tubulos protrudunt tam cito, ut nonnisi paucos semiexplicatos simul videre liceat. Apex tubulorum mox aperitur denticulis brevissimis et dein pulverem seminalem subbrunneum effundit. Ex his omnibus patet hunc fungum longe a praecedentibus distare; forsan ejus tubuli seminuliferi quodammodo cum Sphaeriarum verrucis aequiperari possunt.

HYDNUM

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1676.

Pileus subtus aculeis teretibus subulatis liberis, vel confluentibus in laminas breviores interruptas n. 1067. 1068. (*Sistotrema Pers.*) — Fungi plerumque magis exsucci.

1062. HYDNUM *imbricatum:* stipitatum, pileo carnoso supra plano squamoso fuscescente, aculeis cinerascentibus. *Linn. svec. n.* 1257. *Pers. syn. p.* 554. *Flor. Dan. t.* 176. *Trattinn. fung. esc. p.* 130. *t. X. Sowerb. fung. t.* 73. opt.

Hab. in sylvis acerosis majoribus ubique ad terram. Septembri et Octobri legitur. Maximum nostrorum utpote interdum pedalis latitudinis. Pileus squamis paucioribus versus centrum saepe pollicem crassis erectis. Aculei tenues in stipite paullo descendentes.

1063. HYDNUM *repandum:* stipitatum, pileo carnoso laevi luteo flexuoso, aculeis pallidis. *Linn. svec. n.* 1258. *Persoon syn. p.* 555. *Flor. Dan. t.* 310. *Sowerb. fung. t.* 176.

Hab. in sylvis maximis rarius.

1064. HYDNUM *tomentosum:* stipitatum, pileo coriaceo plano tomentoso cinereo-cingulato, margine glabro aculeisque albis. *Linn. svec. n.* 1259. *Pers. syn. p.* 556. *Ehrh. ups. in beitr.* 5. *p.* 39. *Flor. Dan.* 6. 1020. *f.* 2?

Hab. in sylvis acerosis.

1065. HYDNUM *gelatinosum:* glauco-albidum gelatinosum, stipite incrassato laterali, pileo planiusculo. *Pers. syn. p.* 560. *Jacqu. austr.* 3. *t.* 259. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1810. *p.* 249.

H. crystallinum. *Flor. Dan. t.* 717.

Hab. inter muscos in ramulis dejectis abietinis sylvae Kungsparken.

Pileus pollice vix latior.

1066. HYDNUM *Auriscalpium:* stipite piloso laterali, pileo coriaceo fusco. *Linn. svec. n.* 1260. *Pers. syn. p.* 557. *Flor. Dan.* 6. *t.* 1020. *f.* 1.

Hab. in sylvis pineis super strobilis Pinus sylvestris passim.

Pileus digito minore vix latior.

067. HYDNUM *spadiceum:* magnum spadiceum substipitatum undique expansum, pileo suberoso planiusculo tomentoso, aculeis confluentibus in laminas inaequales lutescentes. *Persoon syn. p. 557. ic. et descr. p.* 34. *t.* 9. *f.* 1-3. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1810. *p.* 238. (Sistotrema).

Hab. in terra denudata sub Abietibus maximis sylvae Kungsparken.

Maximus omnium affinium fungorum utpote pedalis et ultra, suberosus, perennis. Color profunde spadiceus vel potius coffeoides.

1068. HYDNUM *parasiticum*: imbricatum suberosum, pileo dimidiato hirsuto subtus cinereo, aculeis confluentibus in laminas inaequales. *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1648. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 39. *Flor. Dan. t.* 465.

Sistotrema cinereum *Pers. syn. p.* 551.

Hab. in truncis arborum frondosarum locis humidioribus passim.

THELEPHORA

Persoon syn. 565.

Pileus subtus verrucosus vel plus minus laevis, coriaceus, sessilis interdum totus adnatus.

1069. THELEPHORA *laciniata*: pileo tenui fimbriato fusco subtus confertim papilloso imbricato. *Pers. syn. p.* 567.

Auricularia caryophyllaea *Sowerb. fung. t.* 213. bona.

Helvella pineti *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1649.

Agaricus utrinque planiusc. *Linn. svec. n.* 1243.

Hab. ad pinos passim.

1070. THELOPHORA *frustulata*: adnata effusa subcrustacea dura laevi rimosa pallide alutacea. *Pers. syn. p.* 577.

Hab. in cortice Sorbi Aucupariae ad Vårdsätra.

CLAVARIA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1682. (partim).

Pileus obsoletus stipiti undique continuus eique conformis, raro ab eo separabilis (*in n.* 1071.), saepius clavatus, plerumque ramosus.

1071. CLAVARIA *ophioglossoides*: clava hirsuta nigrescente margine prominente. *Ehrh. upsal. in beitr.* 5. *p.* 56. *Sowerb. fung. t.* 83.
Geoglossum hirsutum *Pers. syn. p.* 608.
Hab. in collibus.

1072. CLAVARIA *pistillaris*: clava apice rotundata stipiteque flavescente solitario. *Linn. svec. n.* 1266. *Pers. syn. p.* 597. *Sv. Bot. t.* 504. *f.* 1. *Flor. Dan. t.* 1255.
Hab. in sylvis acerosis.
Octobri legitur. Clava digito minore saepe crassior. mollis alutacea.

1073. CLAVARIA *fistulosa*: radicata glabra fistulosa longissima incrassata flava, stipite basi fibrilloso. *Pers. syn p.* 599. *Flor. Dan. t.* 1256. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 154.
Hab. in ramis arborum dejectis ad Godtsunda.

1074. CLAVARIA *coralloides*: ramosissima angusta alba, ramis extensis inaequalibus. *Linn. svec. n.* 1268. *Ehrh. ups. in beitr.* 5. *p.* 59.
Hab. in sylvis muscosis.

1075 CLAVARIA *fastigiata*: ramosa crassa pallida ramis rectis obtusis flavis. *Linn. svec. n.* 1269
C. flava *Pers. syn. p.* 586. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 146. *Trattinn. fung. esc. p.* 143. *t.* 82.
Hab. in sylvis.

1076. CLAVARIA *muscoides*: subramosa flava, stipite gracili elongato furcatim diviso, ramulis acutis. *Pers. syn. p.* 589. *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 149.
C. muscoides *Linn. svec. n.* 1270. *Flor. Dan. t.* 775. *f.* 3.
Hab. inter muscos.

1077. CLAVARIA *cornea*: gregaria minuta fulvescens simplex divisaque; ramis divergentibus basi connatis. *Sowerb. fung. t.* 40. *Pers. syn. p.* 596. *n.* 50. *b.* *Swartz Vet. Ac. Handl.* 1811. *p.* 153.

Hab. in lucis ad truncos betulinos dejectos.
Octobri lecta. Substantia semper magis cornea quam ceteris.

SPATHULARIA

Persoon. synops. p. 610.

leus clavaeformis, compressus, supra marginem utrumque stipitis decurrens demum discolor.

78. SPATHULARIA *flava*: Persoon *syn.* p. 610.
Helvella spathulata *Afzel. Vet. Ac. Handl.* 1783. p. 312. *Sowerb. fung. t.* 35 bona.
Clavaria Spathula *Flor. Dan. t.* 658.
Hab. in pinetis inter Hypna.
Humore bene distenta tota unicolor pallide flavescens; siccatione vero pileus magis flavescit, stipes albescit leo ut facillime distingvantur. Intus nulla pars cava t, sed albescens omnis.

MITRULA

ileus ovatus, extus laevis, stipitem arcte ambiens.

79. MITRULA *paludosa*: pileo flavo, stipite pallescente. *Fries in Liljebl. sv. fl. ed.* 5. *p.* 664. *Flor. Dan. t.* 1377.
Hab. in paludosis sylvarum super foliis muscisque natantibus frequenter.

PHALLUS

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1667. (partim).

ileus supra lacunosus mucilagine seminulifero tectus (apice demum apertus) ab initio volva inclusus.

80. PHALLUS *impudicus*: stipite cribroso subobliquo, pileo cellulloso. *Linn. svec. n.* 1261. *Pers. syn. p.* 243. *Flor. Dan. t.* 175. *Sowerb. fung. t.* 329. opt.
Hab. in sylvis frondosis passim, ex. gr. trans Håga.

MORCHELLA

Persoon syn. p. 618.

ileus supra lacunosus, subconicus, margine inferiore in stipitem abeunte (saltem in nostra specie.)

1081. MORCHELLA *esculenta:* pileo basi contracto, stipite inani. *Trattinn. fung. esc. p.* 168. *t.* ER. *Sv. Bot. t.* 258.
Phallus esculentus *Linn. svec. n.* 1262. Flor. *Dan.* t. 53.
Hab. in sylvis frondosis rupestribus ex. gr. ad Godtsunda frequenter.

HELVELLA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1679. (partim)

Pileus supra laeviusculus expansus membranaceus marginibus liberis demum plus minus deflexis; centro in stipitem desinente.

1082. HELVELLA *esculenta:* pileo rotundato brunneo rugoso, stipite laevi. *Persoon syn. p.* 618. *Trattinn. fung. esc. p.* 161 *t* C C. *Flor. Dan. t.* 1559. mit.
H. Mitra *Linn. svec. n.* 1265. *Herbat. upsal.* 1. *am. ac.* 3. *p.* 431. *Afz. Vet. Ac. Handl.* 1765. *p.* 303.
Hab. ad devias sylvarum acifoliarum ex. gr. versus Norby, Godtsunda.

1083. HELVELLA *lacunosa:* pileo subinflato fusco bilobo; lobis deflexis adnatis stipiti sulcato fistuloso albescenti. *Afzel. Vet. Ac. Handl.* 1783. *p.* 304.
H. Mitra Mentzeliana *Ehrh. ups. in beitr.* 5. *p.* 3. *Sv. Bot. t.* 264.
Hab. in sylvis abietinis densioribus passim.

1084. HELVELLA *revoluta:* albicans demum lutescens, pileo circinato convexo subtus nervis in stipitem decurrentibus. *Liljebl. sv. fl. ed.* 2. p. 455.
Leotia circinans *Pers. syn. p.* 612. *ic. et. descr.* p. 16. *t.* 5. *f.* 5-7.
Hab. inter muscos sub abietibus sylvae Kungsparken passim.

Fine Octobris lecta est. Junior subpellucens, pileo regulariter convexo subtus aperto; adultior opaca lutescens irregularis, pileo subtus clauso. Nervis elevatis decurrentibus fere similis Meruliis.

PEZIZA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1680. (partim) *Persoon syn. p. 631.*

ileus supra concavus cupulaeformis aequalis, vel ligno immersus n. 1085, vel liber glaberque n. 1086-1088, vel extus hirtus quasi radiculis adfixus n. 1089. 1090, vel extus subfarinosus majorque n. 1091-1093, vel denique gelatinosus tremellosusque maximus n. 1094.

085. PEZIZA *radiata*: immersa, ore prominente niveo subfarinaceo integro aut radiatim fisso. *Pers. syn. p.* 674. *Sowerb. fung. t.* 16.
Lycoperdon radiatum *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1654. *Ehrh. beitr.* 3. *p.* 162. *n.* 44.
Hab. in ramis exsiccatis.

086. PEZIZA *atrata*: scutelliformis sessilis atra applanata subcoriacea distincte marginata. *Hedw. stirp. cr.* 2. *p.* 61. *t.* 21. A. (Lichen).
Peziza patellaria *Pers. syn. p.* 670.
Hab. in ramis exsiccatis.

087. PEZIZA *lutescens*: parva subgregaria lutea, cupula orbiculari, stipite tenui subcylindrico. *Pers. syn. p.* 662. *Hedw. stirp. cr.* 2. *p.* 31. *t.* 9. *f. C.*
Hab. in ramis abietinis dejectis.
Stipes latitudine cupulae vix longior. Siccitate non rufescit, sed tantum flavescit.

1088. PEZIZA *virgultorum*: sparsa subtenax dilute fusca, cupula cyathiformi laevi, stipite subfiliformi basi nigrescente. *Vahl in Flor. Dan.* 6. *t.* 1016. *f.* 2.
Hab. in ramis dejectis arborum frondosarum in montibus Godtsundensibus.
Octobri lecta est cupula vix linearis latitudinis; stipes vero ultra semiunciam longus in averso latere rami, sese elongando in lucem inde pervenire tendit. Tota magis coriacea quam affines.

1089. PEZIZA *cupularis*: gregaria sessilis concava tota fulva hirta: setulis badiis erectis. *Linn. suec. n.* 1273. *Ehrh. ups. in beitr.* 5. *p.* 39.

P. scutellata *Bolt. fung. t.* 108. *Hedw. stirp. cr.* 2. *p.* 10. *t.* 3. *f.* A.
P. stercorea *Pers. syn. p.* 650.
Hab. in fimo bovino, equino etc.

1090. PEZIZA *scutellata:* extus setulis nigris divergentibus hispida sessilis, intus applanata rubra pallidave.
P. scutellata *Linn. svec. n.* 1272. *Persoon syn. p.* 650. *Sowerb. fung. t.* 24. *opt. Flor. Dan. t.* 1437. *f.* 2.
Hab. circa caudices decisos abietis frequenter.
Vix ultra tres lineas lata evadit.

1091. PEZIZA *cyathoides:* extus farinacea demum villosula acaulis albescens; margine laeviusculo obtuso; intus aurantiaca.
P. cyathoides *Linn. svec. n.* 1274.
P. aurantia *Persoon syn. p.* 637.
P. coccinea *Sowerb. fung. t.* 78. opt. *Flor. Dan. t.* 657. *f.* 2.
Hab. inter frustula decisa Abietis.
Primum sphaerica magis quam praecedentes margine erecto contracto; demum explanatur et sesquipollicem lata evadit tuncque ad contactum ligni albo-villosula. Color paginae superioris semper elegantissime aurantiacus.

1092. PEZIZA *umbrina:* magna caespitosa contorta pallide umbrina laevis.
P. umbrina *Persoon syn. p.* 658. *Sv. Bot. t.* 486. *f.* 2.
P. cochleata *Sowerb. fung. t.* 5.
Hab. in sylva abietina Kungsparken parce.
Octobri legitur. Plerumque pollicaris magnitudinis est, margine saturatiore, caeterum utrinque ejusdem coloris, tantum ad radicem albescens.

1093. PEZIZA *repanda:* magna gregaria cyathiformis repanda externe albicans intus umbrina, stipite breviusculo.
P. repanda *Persoon ic. pict. p.* 49. *t.* 20. *f.* 2.
Hab. in truncis abietinis putrescentibus sylvae Kungsparken.
Medio Octobris lecta est. Praecedenti certe proxima,

sed non ad basin usque divisa; verum integra et praecipue sub exsiccatione utrinque discolor; extus usque ad marginem fere alba, intus obscurius umbrina. Stipitem suum brevem inter fibras ligni demittit.

1094. PEZIZA *Burcardia*: hemisphaerica umbrina subtus saccata rugosa humore distenta, disco plano. *Hall Vet. Ac. Handl.* 1812. *p.* 7. *t.* 1. *Pers. syn. p.* 652.
Lycoperdon truncatum *Linn. syst. ed. Murr. p.* 981.
Hab. in ericetis sylvae Kungsparken autumnis pluviosis.
Interdum magnitudinem pugni attingit.

ASCOBOLUS

Persoon syn. p. 676.

Receptaculum subcupulaeforme hemisphaericum carnosum, obsitum Perispermiis nudis demum ejicientibus Seminula circiter octo.

1095. ASCOBOLUS *furfuraceus*: gregarius subconcavus cinereo-virescens. *Pers. syn. p.* 676.
Peziza stercoraria *Sowerb. fung. t.* 18.
Mucor furfuraceus *Linn. svec. n.* 1260.
Hab. in stercore vaccino sero autumno.

TREMELLA

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1669. (partim). *Persoon syn. p.* 622.

Membrana seminulifera obsoleta effusa supra expansionem foliaceam gelatinosam subtus radicantem.

1096. TREMELLA *juniperina*: sessilis membranacea auriformis fulva. *Linn. svec. n.* 1135. *Pers. syn. p.* 625.
Hab. in juniperis post pluvias.

1097. TREMELLA *Auricula*: caespitosa membranacea auriformis flexuosa nigrescens, subtus plicata subtomentosa olivaceo-cinerea. *Linn. svec. n.* 1137. *Pers. syn. p.* 624. *Bolt. fung. t.* 107. (Peziza).
Hab. in terra ad arbores putridas.

XYLOMA

Persoon syn. p. 103.

Receptacula seminulaque obsoleta confusaque in fungillo duro extenso planato non dehiscente.

1098. XYLOMA *Andromedae*: oblongum crassiusculum costato-rugosum nitidum. *Pers. syn. p.* 104.
Hab. in foliis Andromedae polifoliae ubique.

1099. XYLOMA *alneum*: minutum sparsum subrotundum plicatum. *Pers. syn. p.* 108.
Hab. in foliis Alni viridibus aestate.

1100. XYLOMA *pteridis*: superficiale nervisequium lineare nigrescens subrugatum. *Fries obs. myc.* 1. *p.* 200.
Sphaeria pteridis *Rebent. fl. neom. p.* 344. *t.* 1. *f.* 3. *Sowerb. fung. t.* 594. *f.* 10.
Hab. in frondibus Pteridis aqvilinae in sylvis acerosis majoribus passim.

ERYSIPHE

Decand. fl. franc. 2. p. 272.

Receptacula seminulaque obliterata in fungillo pedicellato applanato.

1101 ERYSIPHE *varium*: receptaculo albo, capitulis flavescentibus fuscisque. *Fries obs. myc.* 1. *p.* 206. *Pers. syn. p.* 124. (Sclerotium).
Mucor Erysiphe *Linn. svec. n.* 1292.
Hab. in foliis variarum herbarum.

SPHAERIA

Gen. pl. ed. Schreb. n. 1684. Persoon syn. p. 1.

Receptacula subglobosa includentia gelatinam seminulis perispermio tectis foetam, demum dehiscentia ostiolo subrotundo, minuta, vel conjuncta stromate seu conceptaculo eoque aut marginato (n. 1102. 1105), aut peripherico (n. 1104) aut aequaliter extenso valde composito (n. 1105-1108) aut immerso in corticem tuberculum peregrinum efficientem (n. 1109-1111) — — vel sublibera inter corticem et epidermidem

(n. 1112. 1113.) — — vel denique omnino solitaria plerumque in ligno denudato (n. 1114. 1115).

1102. SPHAERIA *punctatà*: stipitata turbinata, disco plano albo nigro-punctato. *Sowerb. fung. t.* 54. opt. *Flor Dan. t.* 288. *Linn. svec. n.* 1275. (Peziza).
S. Porónia *Pers. syn. p.* 15.
Hab. in stercore equino locis elevatis passim.

1103. SPHAERIA *repanda*: cupulaeformis sessilis subtus corrugata nigra intus alba, margine primum includente tegenteque discum papillosum.
S. repanda *Fries obs. myc.* 1. *p.* 168. *t.* 1. *f.* 5. *a-c. Vet. Ac. Handl.* 1816. *p.* 135
Hab. in rimis corticis Sorbi Aucupariae in montibus Godtsundensibus, in luco Norbyensi et ad Vårdsätra frequenter.
Maxima nostrarum saepe pollicem lata initio margine rupto sese explicans et ostendens discum concavum a margine se demum solventem.

1104. SPHAERIA *fusca* peripherica subrotunda fusco-pulverulenta, sphaerulis immersis umbilicatis. *Pers. syn. p.* 12. *Fries Vet. Ac. Handl* 1816 *p.* 137.
S. tuberculosa *Sowerb. fung. t.* 374. *f.* 8. *Bolton fung. t.* 123. *f.* 1.
Lycoperdon variolosum *Linn. syst. veg. ed. Murr. p.* 981.
Hab. in ramis et caudicibus praecipue Coryli frequenter

1105. SPHAERIA *qvercina*: composita convexa subrotunda fusca demum nigra, ostiolis prominulis quadriradiatis.
S. qvercina *Persoon syn. p.* 24. *t.* 1. *f.* 7. *b. Fries Vet. Ac. Handl.* 1816. *p.* 148.
S. lignea *Persoon syn. p.* 26. junior.
Hab. in ramis Quercus ex gr ad Vårdsätra parcius.

1106. SPHAERIA *deusta*: composita effusa undulato-rugosa fuscescenti-nigra, sphaerulis ovato-rotundis prominentibus. *Pers. syn. p.* 16. *Fries Vet. Ac. Handl.* 1816. *p.* 140. *Sowerb. fung. t.* 338. *Bolton fung. t.* 181.
Hab in nudis truncis dejectis arborum frondosarum passim.

1107. SPHAERIA *stigma:* composita late effusa applanataque laevis demum rimosa nigra, ostiolis immersis. *Pers. syn. p.* 21. *Fries Vet. Ac. Handl.* 1816. *p.* 145. *Sowerb. fung. t.* 137. (decorticata).

Hab. in ramis dejectis Betulae albae.

Initio tenuis maculaeformis pallida ramos angustiores totos ambiens.

1108. SPHAERIA *serpens:* composita late effusa indeterminataque laeviuscula subumbrina demum nigra, sphaerulis prominulis. *Pers. syn p.* 19. *Fries Vet. Ac. Handl.* 1816. *p.* 145. *Sowerb. fung. t.* 573. *f.* 9 *et* 10. (S. emersa et punctum).

Hab. in ligno nudo etiam fisso passim.

1109. SPHAERIA *pentagona:* immersa in tuberculo corticali subrotundo, sphaerulis ovato-oblongis, rostris conniventibus fastigiatis pentagonis. *Pers. syn. p.* 42. *Fries Vet. Ac. Handl.* 1817. *p.* 85.

Hab. in cortice Sorbi Aucupariae passim.

1110. SPHAERIA *leucostoma:* immersa conoidea albida, disco plano nudo poris nigris subbinis pertuso. *Pers. syn. p.* 39. *Fries Vet. Ac. Handl.* 1817. *p.* 91. *Sowerb. fung. t.* 372.

Hab. in ramis Mali ad Vårdsätra.

1111. SPHAERIA *nivea:* immersa conica albida, sphaerularum apicibus exsertis globosis laevibus. *Pers. syn. p.* 38. *Fries Vet. Ac. Handl.* 1817. *p.* 92. *Flor. Dan. t.* 823. *f.* 1. *Sowerb. fung. t.* 219.

Hab. in cortice juniore Populi frequentissime.

1112. SPHAERIA *pulchella:* sphaerulis circinantibus liberis globosis, rostellis erumpentibus aequalibus longissimis flexuosis. *Pers. syn. p.* 43. *Fries Vet. Ac. Handl.* 1817. *p.* 99.

Hab. sub epidermide Betulae albae passim.

1113. SPHAERIA *conspersa:* basi atra subrotunda gerente sphaerulas caespitosas inaequales collapsas nigras albido-pruinosas ostiolis latentibus. *Fries Vet. Ac. Handl.* 1817. *p.* 112.

Hab. sub epidermide praecipue Sorbi passim.

1114. SPHAERIA *pomiformis:* sphaerulis solitariis laevibus pomiformibus circa ostiolum papillaeforme impressis. *Pers. syn. p.* 65. *Fries Vet. Ac. Handl.* 1817. *p.* 263.

S. corona *Sowerb. fung. t.* 393. *f.* 7.

Hab. in ligno denudato Sorbi.

1115. SPHAERIA *ovoidea*: sphaerulis solitariis ovatis acutis laevibus atris, ostiolo subtilissimo. *Fries Vet. Ac. Handl.* 1817. *p.* 267.

Hab. in ligno denudato Quercus.

NAEMASPORA

Persoon synops. p. 108.

Receptaculum fructus sphaeruliforme gelatinam in cirrhos formatam ejiciens, mollius: conceptaculo (stromate) plerumque communi colorato crustaeformi.

1116. NAEMASPORA *sulphurea*: crusta communi sulphurea convexa limitata, cirrhis albidis.

Hab. in Boleto fomentario antiquo sylvae Kungsparken.

Crusta sulphur stillaticium eximie refert. Sphaerulae intus crustae concolores.

HYSTERIUM

Persoon syn. p. 97.

Receptaculum oblongatum, vel subsolutum rimaque angusta dehiscens in n. 1117. 1118. vel adnatum explanatumque in discum linearem apertum n. 1119. 1120.

1117. HYSTERIUM *mytilinum*: basi tereti surgens compressum striatum, labiis curvatis conniventibus prominentibus receptaculo longioribus. *Persoon syn. p.* 97.

Lophium mytilinum *Fries Vet. Ac. Handl.* 1818. *p.* 116.

Hab. in ligno dejecto pineo pone montes Godtsundenses.

Figura sua Mytilum parvulum re vera admodum refert.

1118. HYSTERIUM *pulicare:* oblongum utrinque obtusum tumidum striatum. *Pers. syn. p.* 98.
Hab. in cortice frustuloso praecipue Alni frequenter.

1119. HYSTERIUM *quercinum:* erumpens molle cinereo-nigrescens, disco oblongato. *Pers. syn. p.* 100.
Hab. in ramulis emortuis Quercus, e quorum epidermide transversaliter erumpit.

1120. HYSTERIUM *parallelum:* erumpens lineaeforme parallelum, disco demum explanato fuscescente. *Wahlenb. lapp. n.* 1012.
H. abietinum. *Persoon syn. p.* 101.
Hab. in ligno denudato praecipue Juniperino.

NIDULARIA

Sibth. fl. oxon. p. 393. Cyathus *Persoon syn. p.* 236.

Receptaculum infundibuliforme s. cupulare, coriaceum, primum epiphragmate clausum; perispermiis maximis lentiformibus nudis.

1121. NIDULARIA *striata:* hirsuta spadicea interne striata. *Pers. syn. p.* 237.
N. hirsuta *Sowerb. fung. t.* 29. opt.
Peziza lentifera striata *Ehrh. ups. in beitr.* 5. *p.* 39. *Bolt. fung. t.* 102. *f.* 2.
Hab. in lignis praecipue hortorum ad terram rarius.
Magnitudine extimi articuli digiti minimi.

1122. NIDULARIA *campanulata:* glabriuscula campanulata cinerea, interne laevis plumbeo-livida. *Sowerb. fung. t.* 28.
Cyathus Olla *Pers. syn. p.* 237.
Peziza lentifera *Linn. svec. n.* 1271. *Flor. Dan. t.* 105.
Hab. in sepimentis ligneis.

SPHAEROBOLUS

Persoon. synosp. p. 115.

Receptaculum subglobosum, demum radiatim dehiscens et Perispermium gelatinosum globosum emittens.

1123. SPHAEROBOLUS *stellatus:* *Pers. syn. p.* 115.
Lycoperdon Carpobolus *Linn. faun. svec. app. p.* 558. *Sowerb. fung. t.* 22. opt. *Flor. Dan. t.* 865.

Hab. in terra e ligno putrido orta praecipue intra caudices cavos abietum sylvarum majorum passim. Medio mensis Octobris optime legitur. Expansione minore bombycina sese cingunt receptacula seminibus inapis paullo majora initio lutescentia, dein quasi stellam hyalinam quinqueradiatam medio ostendentia, e qua egreditur globulus gelatinosus. Hoc emisso cavitatem magis luteam offerunt: apertura crassiuscula dentibus quinque obtusis munita.

GEASTRUM

Persoon syn. p. 131.

Receptaculum coriaceum duplex: exterius stellatim fissum reflexum; interius ore aequali fimbriato.

1124. GEASTRUM *rufescens:* radio multifido rufescente, sacco sessili glabro pallidiore. *Pers. syn. p.* 134. *Flor. Dan. t.* 1453.

Lycoperdon stellatum *Linn. svec. n.* 1277. *herbat. ups. in am. ac.* 3. *p.* 433.

Lycoperdon recolligens *Sowerb. fung. t.* 80. opt.

Hab. in sylvis pineis raro.

1125. GEASTRUM *quadrifidum:* radio subquadrifido, sacco subpedicellato globoso ore canescente. *Pers. syn. p.* 133.

Lycoperdon fornicatum *Sowerb. fung. t.* 198. opt.

Hab. in ericetis raro.

SCLERODERMA

Persoon syn. p. 150.

Receptaculum globosum suberosum subtessellatum simplex, demum indeterminatim sese rumpens: seminulis fuscescentibus.

1126. SCLERODERMA *cervinum:* acaule eradicatumque subterraneum granulatum durum subrotundum. *Pers. syn. p.* 156. *t.* 4. *f.* 2. *Sowerb. fung. t.* 269. *Bolton fung. t.* 116. (Lycoperdon). *Ehrh. ups. in beitr.* 5. *p.* 139.

Lycoperdon Tuber *Linn. svec. n.* 1281.

Hab. in pinetis passim.

TULOSTOMA

Persoon syn. p. 139.

Receptaculum pedicellatum saccatum ore rotundo cartilagineo.

1127. TULOSTOMA *brumale:* pedicello laeviusculo, sacco globoso, ore planato. *Persoon syn. p.* 139.
Lycoperdon pedunculatum *Linn. svec. n.* 1276.
Hab. in prato Luthagen, ubi aliquoties lectum est.
Interdum digitum minorem longum, capitulo pisiformi.

LYCOPERDON

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1683. (partim), *Persoon syn. p. 140.*

Receptaculum subglobosum membranaceum simplex caulescens, verrucis squamulosis s. spinulosis obsitum, apice irregulariter se rumpens: seminulis virescentibus.

1128. LYCOPERDON *Bovista:* magnum subglobosum molle albidum demum fuscescens subtus plicatum subsquamosum. *Linn. svec. n.* 1280. *Pers. syn. p.* 141. *Sv. Bot. t.* 294.
Hab. in pratis aliisque graminosis apricis passim.
Plerumque magnitudine pugni.

1129. LYCOPERDON *pratense:* obconicum molle verrucosum. *Persoon syn. p.* 142. *Bolton fung. t.* 118.
Hab. in pratis frequentissime.

LYCOGALA

Persoon synops. p. 157.

Receptaculum subglobosum membranaceum laeve, intus primo massa liquescente, dein pulvere seminali filis intertexto refertum.

1130. LYCOGALA *miniata:* gregaria miniata demum extus fuscescens. *Pers. syn. p.* 158.
Lycoperdon Epidendrum *Linn. svec. n.* 1279. *Flor. Dan. t.* 720. *Sowerb. fung. t.* 52.
Hab. in caudicibus et lignis humidis sylvaticis ubique.

STEMONITIS

Persoon synops. p. 186. Clathri species *Linn.*

Receptaculum subglobosum tenuissimum evanescens, penetratum stipite emittente ex axi receptacula propria filiformia reticulatim conjuncta.

1131. STEMONITIS *fasciculata*: aggregata, capitulo attenuato, cortice toto evanescente. *Persoon syn. p.* 187.
Clathrus nudus *Linn. svec. n.* 1263. *Bolton fung. t.* 93. *f.* 1. *Flor. Dan. t.* 216.
Trichia nuda *Sowerb. fung. t.* 50.
Hab. in lignis siccioribus rarius.
Insequentibus major est.

ARCYRIA

Persoon syn. p. 182. Clathri species *Linn.*

Receptaculum cylindraceum superne evanescens, inferne pertextum stipitis filis in receptacula propria reticulatim conjuncta abeuntibus.

1132. ARCYRIA *punicea*: congesta croceo-punicea. *Pers. syn. p.* 185.
Clathrus denudatus *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1649. *Ehrh. ups. in beitr.* 5. *p.* 39. *Jacqu. misc. I. t.* 6. *Bolton fung. t.* 93. *f.* 2. *Sowerb. fung. t.* 49. *Flor. Dan. t.* 467. *f.* 1. 2.
Hab. ad truncos putrescentes.

1133. ARCYRIA *cinerea*: gregaria albido-cinerea. *Pers. syn. p.* 184. *Flor. Dan. t.* 806?
Clathrus recutitus *Linn. svec. n.* 1264.
Hab. ad truncos putrescentes sylvarum.

TUBERCULARIA

Persoon synops. p. 111.

Receptaculum subhemisphaericum evanescens continens massam compactam seminulis in ambitu praeditam.

1134. TUBERCULARIA *vulgaris*: gregaria amoene rubra sulcato-rugosa, basi crassa pallida. *Pers. syn. p.* 112.

Tremella purpurea *Linn. svec. n.* 1142.
Sphaeria miniata *Bolton fung p.* 127. *t.* 127. *f.* 1.
Hab. frequenter in ramis emortuis Ribis rubri.

MUCOR

Linn. gen. ed. Schreb. n. 1685. (partim). *Persoon. syn. p. 199.*

Receptaculum globosum tenuissimum evanescens; stipite capillari interseptato.

1135. MUCOR *Mucedo*: capitulo inflato nigrescenti-griseo. ore rotundo circa stipitem dehiscente. *Pers. syn. p.* 201. *Sowerb. fung. t.* 378. *f.* 5 – 7. *Bolton fung. t.* 132. *f.* 1.
Hab. in plantis domi asservatis.

PENICILLIUM

Receptacula propria capillaria interseptata, apice penicilliformia seminulifera.

1136. PENICILLIUM *crustaceum*: stipite simplici albo, capitulis seminulisque glaucis.
Monilia digitata *Pers. syn. p.* 693.
Mucor crustaceus *Linn. svec. n.* 1283.
Mucor caespitosus *Bolt. fung. t.* 132. *f.* 2.
Hab. in putridis.

ASPERGILLUS

Receptacula propria capillaria interseptata, apice integra: seminulis in capitulum collectis.

1137. ASPERGILLUS *glaucus*: stipite glauco erecto.
Monilia glauca *Pers. syn. p.* 691.
Mucor glaucus *Linn. spec. pl. ed.* 2. *p.* 1656. *Sowerb. fung. t.* 378. *f.* 9. *Flor. Dan. t.* 777. *f.* 2.
Hab. in fructibus putridis.

AECIDIUM

Persoon syn. p. 204.

Seminula rotunda, libera (non pedicellata) erumpentia

ex epidermide plantarum extensa in formam tubuli vel calycis apice fissi.

* Composita: conceptaculis aggregatis ex epidermide aversa formatis per callum communem in epidermide adversa erumpentibus.

38. AECIDIUM *cornutum*: flavescens, tubulis longissimis curvatis griseis. *Pers. syn. p.* 205.
Lycoperdon corniferum *Flor. Dan. t.* 838.
Hab. in pagina inferiore foliorum Sorbi ubique.

39. AECIDIUM *cancellatum*: tuberculatum spadiceum, conceptaculis in lacinias apice cohaerentes fissis. *Pers. syn. p.* 205.
Lycoperdon cancellatum *Linn. suppl. p.* 453. *Jacqu. austr.* 1. *p.* 13. *t.* 17. *Flor. Dan. t.* 704.
Hab. in foliis Pyri communis.

40. AECIDIUM *Berberidis*: caespitosum orbiculare, conceptaculis subelongatis flavis. *Pers. syn. p.* 209. *Sowerb. fung. t.* 397. *f.* 5. *Flor. Dan. t.* 1605.
Hab. in foliis Berberidis.

41. AECIDIUM *Ranunculi*: caespitosum, conceptaculis tenuibus flavescentibus. *Pers. syn. p.* 210. *Sowerb. fung. t.* 597. *f.* 4.
Hab. in foliis Ranunculorum.

** Simplicia: ex epidermide adversa solitarie erumpentia.

42. AECIDIUM *Tragopogi*: sparsum subellipticum, margine lacero albo, seminulis flavis. *Pers. syn. p.* 211. *Sowerb. fung. t.* 397. *f.* 2.
Hab. in foliis Tragopogi pratensis verno tempore frequenter.

UREDO

Persoon syn. p. 214.

seminula rotunda libera (non pedicellata) irregulariter erumpentia per epidermidem plantarum.

43. UREDO *Alchemillae*: conferta linearis flava. *Pers. syn. p.* 215.

1144. UREDO *segetum*: nigra in frumentorum fructificatione. *Persoon syn. p.* 224.

PUCCINIA

Persoon. syn. p. 225.

Seminula oblongata, subconcatenata pedicellataque.

1145. PUCCINIA *graminis*: linearis nigrescens, seminulis medio constrictis. *Persoon. syn. p.* 228.
Uredo frumenti *Sowerb. fung. t.* 140. bona.
Hab. in culmis graminum.

esignatio Methodi Naturalis

I. ACOTYLEDONEAE

Embryo sine extremitate cotyledonea et saepissime us obsoletus.

FUNGI ALGAE MUSCI FILICES (structura interna monocotyledonea), quibus fere accedit *Lemna.*	vide Cryptogamiam.

II. MONOCOTYLEDONEAE

Embryonis extremitas cotyledonea indivisa vel terminata uno cotyledone vaginante plumulam folia alter- explicantem. Radicula tecta idque ut plurimum almine (exceptis Tripetaloideis plerisque).

1) *Semine solitario nudiusculo post singulum florem. (Monospermae).*

GRAMINA: embryo oblique positus et mediante vitello cum latere albuminis junctus; stigmata 1-2; foliorum vaginae divisae.

a) seminis latere interiore impresso unisulcato, gluma interiore etiam impressa bicarinata.

Lolium. Triticum. Brachypodium. Nardus? Cynosurus.
Bromus. Festuca. Glyceria.
Triodia. Poa. Briza.
Avena. Anthoxanthum?

b) semine exsulco (vel basi tantum sulcato),

sed gluma interiore etiamnum impressa bicarinata (*Airoidea*)
Melica. Dactylis. Molinia.
Aira. Holcus. Hierochloa. Sesleria.
Arundo.

c) semine petalisque undique convexis, embryone adhuc laterali (*Agrostidea*)
Agrostis. Milium.

d) petalis utrisque navicularibus, ideoque seminis embryone marginali (*Phalaroidea*).
Alopecurus. Phleum. Phalaris.

6. CALAMARIAE: enodes, embryo recte et magis intra albumen positus; foliorum vaginae indivisae.

Sectio 1. *Cyperaceae:* embryo subexterus stigmata 2–3.
Eriophorum. Schoenus. Scirpus. Carex.

Sectio 2. *Thyphinae:* embryo centralis inversus; calyx triphyllus; stigma subunicum.
Typha. Sparganium.

2) *Seminibus pluribus saepe nudiusculis et discretis; foliorum vaginis divisis* (*praeter Luzulam*).

7. AROIDEAE: fructus polyspermus in spadice.
Calla.

8. TRIPETALOIDEAE: embryo exalbuminosus vel saltem aliqua parte denudatus (praeter *Juncum* et *Luzulam*).

α. *Hydrocharides:* fructus subunilocularis evalvis.
Stratiotes. Hydrocharis.
Nymphaea (petala tribus plura).

β. *Potamophilae:* semina discreta embryonesque

obliqui curvative.

Alisma. Sagittaria
Potamogeton et Zannichellia
(petala tribus plura
γ. *Juncagines*: fructus capsularis, embryo rectus
Butomus.
Triglochin
Scheuchzeria
} *Juncagines Richard*
} *Alismaceae Decand.*

** embryo intra albumen; petala glumacea.
Junceae Decand.

Juncus.
Luzula (vaginis foliorum indivisis).

3) *Fructu (plerumque tri-) loculari; petalis nec scariosis nec glumaceis; vaginis indivisis. Liliaceae.*

9. ENSATAE: capsula infera, flores nudi.
Iris.

10. SPATHACEAE: flores spatha praediti; bulbus vaginatus.
Allium.

11. CORONARIAE: capsula supera; flores nudi.
α. seminibus planis.
Fritillaria.
β. seminibus subrotundis (*Asphodeli Jussieu.*)
Ornithogalum.

12. SARMENTACEAE (Asparageae Juss.): capsula ut plurimum baccata supera.
Convallaria.
Paris.

4) *Capsula unilocular; vaginis foliorum indivisis.*

13. ORCHIDEAE: (ut in Gynandria Mon- et Diandria).

III. DICOTYLEDONEAE

Embryonis extremitas altera bifida s. in duas cotyledones divisa.

A. *Albumen embryone majus.*

1) *Seminibus subsolitariis variis.*

14. INUNDATAE: embryo inversus.
Callitriche
Hippuris } Hygrobiae Rich.
Myriophyllum
? *Ceratophyllum.*

2) *Seminibus binis post singulum florem* (*Dispermae*).

15. UMBELLATAE: embryo parvus inversus in seminibus pendulis.
a. Seminum costis vel aliis eminentiis quinis.
α. seminum valleculis multivittatis.
Pimpinella. Sium.
β. seminum valleculis univittatis; vittis
* latis: *Athamanta.*
** clavatis: *Heracleum.*
*** filiformibus: *Torilis, Selinum, Angelica, Aethusa, Cicuta, Phellandrium, Scandix.*
**** moniliformibus: *Carum.*
γ. valleculis evittatis. *Conium. Chaerophyllum. Aegopodium. Sanicula?*
b) Seminibus quadrialatis: alis intus vittatis.
Daucus. Laserpitium.

16. STELLATAE: embryo parvus erectus in dorso albuminis cartilaginei positus.
Galium. Asperula.

17. SEPIARIAE: embryo inversus in seminibus binis fructus utricularis. *Fraxinus.*

3) *Seminibus paucis in fructu vario.*

18. DUMOSAE: embryo vagus in fructu baccato.
Rhamnus.
Viburnum. } Caprifoliaceae *Decand.*
β. *Lonicera*
Linnaea
? γ. *Berberis.*

19. TRICOCCAE: embryo inversus; semina plerumque tria in capsula tricocca.
Euphorbia.
(β. *Polygala* Personatis accedens).

4) *Seminibus numerosis in fructu duplici vel bilocular.*

20. CONTORTAE: embryo inversus in seminibus comosis intra folliculos binos.
Asclepias.

21. LURIDAE: embryo curvatus fere extra albumen positus; semina intra capsulam biloculare.
Hyoscyamus. Solanum.
Verbascum (embryo rectus).

22. PERSONATAE: embryo curvulus intra albumen. Capsula bivalvis et bilocularis (except. aquaticis et parasiticis).
α. Capsula bipartibili secundum loculamenta.
Antirrhinum. Scrophularia.
(*Limosella*).
(*Pingvicula. Utricularia.*) Lentibulares Rich.
β. Rhinanthinae: capsula dorso loculamentorum dehiscens.
Rhinanthus. Euphrasia. Melampyrum.
Pedicularis.
Veronica.
γ. Orobancheae: dissepimentis in medio deficientibus.
Lathraea.

5) *Seminibus multis in fructu receptaculis saltem pluribus praedito.*

23. CAMPANACEAE: embryo vagus intra capsulam tribus receptaculis aut valvulis praeditam, rarius biloculare.
Campanula.

? Polemonium.
Lobelia.
? Viola.

24. **Rhoeadeae**: embryo parvus curvulus; radicula centrifuga; fructus unistylus.
Papaver. Chelidonium.
Fumaria. Corydalis.

25. **Multisiliquae**: embryo parvus rectus vagus nunquam centrifugus in fructu plerumque pluristylo.
a. *Delphinium. Aquilegia. Caltha.*
b. *Ranunculus. Myosurus.*
c. *Anemone. Thalictrum.*
d. *Actaea.*

6) *Seminibus multis in fructu uniloculari.*

26. **Caryophylleae**: embryo externus circinalis circa albumen farinosum curvatus. Semina ad receptaculum centrale in capsula subuniloculari.

α. calyce monophyllo.
Dianthus
Gypsophila
Silene
Cucubalus.
Lychnis.
Agrostemma.

β. Alsinaceae: calyce ad basin diviso.
Stellaria.
Cerastium.
Arenaria.
Alsine.
Spergula.
Sagina.
Elatine.

27. **Rotaceae**: embryo rectus. Semina in receptaculo centrali intra capsulam subunilocularem.
Lysimachia. Trientalis.
β. Preciae Linn. (herbae acaules)
Primula. Androsace. Hottonia.

28. **Gentianeae**: embryo rectus. Semina adfixa parietibus capsulae bivalvis unilocularis.
Gentiana.
Menyanthes.

7) *Seminibus pluribus ad axin fructus multilocularis.*

29. BICORNES: embryo curvulus. Semina minuta plerumque arillata. Antherae poris binis ad basin saepe bicornibus dehiscentes.

Andromeda.
Vaccinium;
Arbutus.
? *Empetrum.*
Erica.
Pyrola.
Monotropa.

β. Rhododendraceae.
Ledum.

8) *Semine unico farinaceo post singulum florem.*

30. HOLORACEAE: embryo curvatus extra albumen farinosum in semine solitario.

α. *Chenopodium. Atriplex.*
β. Vaginales: semine angulato valvulis tecto (Polygoneae).
Rumex. Polygonum.
γ. Amaranthinae: semine tecto capsula utriculari.
Herniaria. Scleranthus (Portulaceae Dec.)
? δ. *Plantago.*

B. *Albumen embryone minus vel nullum*

9) *Multicapsulares vel multiloculares.*

31. SUCCULENTAE: embryo curvatus centripetus.

α. *Sedum. Tillaea.*
β. *Saxifraga. Adoxa.*
(γ. *Montia*).

32. GRUINALES: embryo inversus aut centripetus. Semina vel capsulae plures circa columnam centralem. Petala spiraliter contorta.

? *Drosera.*
? *Parnassia* (petalis imbricatis).
Linum.
Oxalis.
Geranium

33. COLUMNIFERAE: embryo erectus conduplicatus: cotyledonibus plicatis. Petala spiraliter contorta.

Malva. Lavatera.
? β. *Convolvulus. Cuscuta?*
γ. *Tilia.*
? *Helianthemum.*
? *Hypericum.*

10) *Calyciflorae microspermae.*

34. CALYCANTHEMAE: embryo rectus centripetus vel rarius erectus.
Lythrum. Peplis. Glaux.
β. Onagrae Juss.
Epilobium.
(*Circaea*).

11) *Seminibus paucis.*

35. TRIHILATAE: embryo inversus curvatus. Semina bina aut terna, circa axin adnata, alata vel nuda.
(*Acer*).

12) *Receptaculo unilaterali suturali.*

36. PAPILIONACEAE: embryo cotyledonibus maximis farinaceis radiculam ad rimam cotyledonum reflectens.
α. foliis pinnatis, leguminibus longioribus.
Ervum. Vicia. Orobus. Lathyrus.
β. foliis ternatis, leguminibus plerumque brevioribus.
Lotus. Medicago. Melilotus. Trifolium. Anthyllis. Ononis.

13) *Calyciflorae seminibus majoribus* (*Rosaceae Juss*).

37. SENTICOSAE: embryo rectus inversus (in solo Geo erectus). Semina supera discreta; stylo laterali.

Rubus.	*Comarum.*
Fragaria.	*Geum.*
Potentilla.	(*Spiraea*)
Tormentilla.	

β. semina tecta tubo calycis et margine staminifero.
Agrimonia.
Alchemilla.
Rosa.

38. POMACEAE: embryo rectus centripeto-obliquus. Semina pericarpio ut plurimum composito plus minus infero inclusa vel saltem calyci adnata.
α. Pomaceae strictissime sic dictae:
Pyrus. Sorbus. Crataegus. Mespilus.
β. Drupaceae: *Prunus.*
? *Ribes* (Grossulariae Decand.)

14) *Pomaceae non calyciflorae.*

39. CUCURBITACEAE: embryonis radicula brevi centrifuga in fructu magno infero.
Bryonia.

15) *Receptaculis suturalibus binis.*

40. SILIQUOSAE: embryo cotyledonibus reniformibus radiculam ad paginam cotyledonum reflectens. Fructus siliquosus. (Genera in Tetradynamia tractata sunt).

16) *Seminibus quatuor nudis* (Gymnotetraspermae).

41. VERTICILLATAE: embryo erectus. Semina semper nuda a pistillo disjuncta.

Thymus.	*Lycopus.*
Clinopodium	*Ajuga.*
Origanum	*Lamium.*
Salvia.	*Galeopsis.*
Mentha	*Stachys.*
Nepeta	*Marrubium.*
Dracocephalum.	*Leonurus.*
Glechoma.	*Prunella.*
	Scutellaria.

42. ASPERIFOLIAE: embryo inversus. Semina plus minus nucularia:
α) lateribus interioribus stylo adnata, plana, marginata subarillosa.

Asperugo. Myosotis. Cynoglossum.

β) basibus imperforatis adfixa plus minus carinata lapideaque.

Pulmonaria. Lithospermum. Echium.

γ) basibus perforatis circumvallatis adfixa, aliquantum suberosa.

Symphytum. Anchusa. Lycopsis.

17) *Semine unico post singulum florem vel flosculum.*

43. VEPRECULAE: embryo inversus cotyledonibus hemisphaericis. Semen nuculare solitarium.

Daphne.

44. AGGREGATAE: embryo inversus. Semen plus minusve coronatum calyce.

α. *Scabiosa.*

β. *Valeriana. Fedia* (Valerianeae Decand).

γ. *Statice* (Plumbagineae Decand).

45. COMPOSITAE: embryo erectus. Flosculi sine calyculo evidenti.

α. Capitatae: *Arctium. Serratula. Carduus. Onopordon. Carlina. Centaurea.*

β. Semiflosculosae: *Lapsana. Hypochoeris, Apargia. Crepis. Hieracium. Leontodon. Prenanthes. Sonchus. Tragopogon.*

γ. Discoideae (Corymbiferae Juss.): *Artemisia. Filago. Gnaphalium. Tanacetum. Matricaria. Chrysanthemum. Inula. Erigeron. Tussilago. Senecio. Solidago. Anthemis. Achillea.*

δ. Oppositifoliae: *Bidens.*

46. SCABRIDAE: embryo inversus. Semen farinaceum subnudum.

Urtica. Humulus.

(*Ulmus*).

18) *Inflorescentia amentacea vel strobilacea.*

47. AMENTACEAE: embryo inversus (in solo Salice erectus). Flores masculi semper amentacei: squamis sursum unifloris vel paucifloris.

α. foliis convolutis (ceterum planis).
(*Myrica*). *Salix*. *Populus*.

β. foliis conduplicatis iterumque plicatulis.
Betula. *Alnus*. *Quercus*. *Corylus*.

48. CONIFERAE: embryonis radicula cum albumine connata idemque germinatione expellens (Synorhizae Richard). Flores masculi subsimplices submonadelphi: staminibus deorsum dehiscentibus squama terminatis.
Abies. *Pinus*.

β. galbuliferae.
Juniperus.

Index Generum.

Acer p. 339.
Achillĕa 281.
Actaea 183.
Adōxa 134.
Aecidium 476.
Aegopōdium 102.
Aethūsa 98.
Agarĭcus 441.
Agrimonia 161.
Agrostemma 151.
Agrōstis 24.
Aira 28.
Ajūga 195.
Alchemilla 54.
Alisma 122.
Allĭum 107.
Alnus 319.
Alopecūrus 23.
Alsīne 150.
Amanīta 441.
Anchūsa 66.
Andraea 392.
Andromēda 138.
Androsăce 72.
Anemōne 187.
Angelĭca 97.
Anictăngium 390.
Anthĕmis 280.
Anthocĕros 399.
Antirrhinum 211.
Anthoxanthum 11.
Anthyllis 240.
Apargia 260.
Aquilēgia 185.
Arăbis 227.
Arbŭtus 159.
Arctium 264.
Arcyria 475.
Arenaria 150.
Artemisia 271.
Arundo 26.
Asclēpias 84.
Ascobŏlus 467.
Aspergillus 476.
Asperūgo 69.
Aspertŭla 50.
Asplenium 346.
Athamanta 93.
Atriplex 358.
Avēna 45.

Bartramia 372.
Berbĕris 116.
Bethŭla 320
Bidens 270.
Bocomŷces 419.
Bolētus 455.
Botrychium 348.
Brachypōdium 42.
Brassĭca 228.
Briza 35.
Bromus 40.
Bryonia 326.
Bryum 370.
Buglossus 459.
Bunĭas 229.

Butŏmus 135.
Buxbaumia 374.
Byssus 433.

Calicium 427.
Callà 296.
Callitrĭche 298.
Caltha 185.
Campanŭla 78.
Cardamine 221.
Carduus 266.
Carex 303.
Carlĭna 269.
Carum 100.
Centaurēa 282.
Cerastium 153.
Ceratophyllum 323.
Chaerophyllum 99.
Chara 352.
Chelidōnium 183.
Chenopŏdĭum 86.
Chrysanthĕmum 278.
Cicūta 99.
Cinclidium 369.
Circaea 2.
Clavaria 462.
Clinopŏdium 203.
Cochlearia 218.
Comŏrum 177.
Conferva 435.
Conĭum 92.
Convallaria 109.
Convolvŭlus 76.
Corallorrhiza 292.
Coronŏpus 218.
Corydalis 237.
Corŭlus 322.
Crataegus 165.
Crepis 259.
Cucubălus 146.
Cuscŭta 55.
Cynoglossum 67.
Cynosūrus 45.
Cypripedium 295.

Dactŭlis 44.
Daedălea 454.
Daphne 130.
Daucus 92.
Delphinium 184.
Dentaria 221.
Dianthus 145.
Dicrănum 376.
Didymŏdon 383.
Draba 216.
Dracocephălum 201.
Drosĕra 103.

Echium 63.
Elatine 133.
Empĕtrum 331.
Encalypta 385.
Endocarpon 431.
Epilobium 124.
Epipactis 293.
Equisĕtum 350.
Erĭca 129.
Erĭgĕron 274.
Eriophŏrum 19.
Ervum 245.
Erysĭmum 225.
Erysĭphe 468.
Euphorbia 161.
Euphrasia 206.

Fedia 14.
Festūca 37.
Filăgo 283.
Fissidens 379.
Fontinālis 365.

Fragaria 173.
Fraxinus 540.
Fritillaria 108.
Fumaria 258.
Funaria 368.

Galeopsis 198.
Galium 51.
Geastrum 473.
Gentiana 85.
Geranium 230.
Geum 177.
Glaux 84.
Glechoma 197.
Glyceria 36.
Gnaphalium 273.
Grimmia 384.
Gymnostomum 389.
Gyromium 423.
Gypsophila 145.

Hellanthemum 180.
Helvella 464.
Heracleum 96.
Herniaria 89.
Hieracium 261.
Hierochloa 32.
Hippuris 1.
Holcus 31.
Hottonia 73.
Humulus 332.
Hydnum 460.
Hydrocharis 335.
Hydrodictyon 435.
Hyoscyamus 74.
Hypericum 252.
Hypnum 355.
Hypochoeris 259.
Hysterium 471.

Inula 277.
Iris 14.
Juncus 112.
Jungermannia 393.
Juniperus 337.

Lamium 197.
Lapsana 264.
Laserpitium 95.
Lathraea 206.
Lathyrus 242.
Lavatera 235.
Lecidea 424.
Ledum 137.
Lemania 437.
Lemna 299.
Leontodon 257.
Leonurus 201.
Lepidium 219.
Leskea 362.
Lichen 402.
Limosella 213.
Linnaea 214.
Linum 104.
Listera 294.
Lithospermum 64.
Lobelia 284.
Lolium 46.
Lonicera 81.
Lotus 250.
Luzula 111.
Lychnis 152.
Lycogala 474.
Lycoperdon 474.
Lycopodium 349.
Lycopus 10.
Lycopsis 66.
Lysimachia 70.
Lythrum 160.

Malaxis 292.
Malva 234.
Marchantia 398.
Marrubium 201.
Matricaria 279.
Medicago 251.
Meesia 369.
Melampyrum 207.
Melica 31.
Melilotus 250.
Mentha 195.
Menyanthes 73.
Merulius 452.
Mespilus 167.
Milium 24.
Mitrula 463.
Mnium 365.
Molinia 30.
Monotropa 142.
Montia 48.
Morchella 463.
Mucor 476.
Myagrum 216.
Myosotis 67.
Myosurus 106.
Myrica 333.
Myriophyllum 323.

Naemaspora 471.
Nardus 21.
Neckera 364.
Neottia 295.
Nepeta 196.
Nidularia 472.
Nostoc 434.
Nymphaea 179.

Ononis 240.
Onopordon 268.
Opegrapha 429.
Ophioglossum 348.
Ophrys 291.
Orchis 289.
Origanum 202.
Ornithogalum 108.
Orobus 241.
Orthotrichum 373.
Oxalis 159.

Papaver 182.
Paris 133.
Parnassia 103.
Pedicularis 210.
Peltidea 417.
Penicillium 476.
Peplis 117.
Peziza 465.
Phalaris 21.
Phallus 463.
Phascum 391.
Phellandrium 98.
Phleum 22.
Pimpinella 101.
Pingvicula 7.
Pinus 325.
Plantago 53.
Poa 33.
Polemonium 78.
Polygala 239.
Polygonum 130.
Polypodium 343.
Polytrichum 387.
Populus 334.
Potamogeton 56.
Potentilla 174.
Prenanthes 258.
Primula 71.
Prunella 204.
Prunus 163.
Pteris 347.

Pterogonium 585.
Puccinia 478.
Pulmonaria 65.
Pyrŏla 189.
Pyrus 167.

Quercus 321.

Ranuncŭlus 189.
Rhamnus 81.
Rhinanthus 210.
Rhizomorpha 432.
Ribes 82.
Riccia 400.
Rivularia 434.
Rosa 169.
Rubus 171.
Rumex 118.

Sagīna 61.
Sagittaria 324.
Salix 328.
Salvĭa 10.
Sanic ̆la 90.
Saxifrăga 143.
Scabiŏsa 49.
Scandix 100.
Scheuchzeria 120.
Schoenus 15.
Scirpus 16.
Scleranthus 144.
Scleroderma 473.
Scorzonēra 256.
Scrophularia 215.
Scutellaria 205.
Sedum 157.
Selīnum 94.
Senecio 275.
Serapias 294.
Serratŭla 265.
Sesleria 45.
Sīlĕne 147.
Sinăpis 229.
Sisymbrium 222.
Sium 94.
Solānum 76.
Solidāgo 276.
Sonchus 258.
Sorbus 166.
Sparganĭum 302.
Spathularia 465.
Spergŭla 165.
Sphaeria 468.
Sphaeroblus 472.
Sphaerophŏron 451.
Sphagnum 391.
Spiraea 168.
Splachnum 386.
Stachys 200.
Statĭce 105.
Stellaria 148.
Stemonĭtis 475.
Stratiŏtes 335.
Symphŭtum 65.

Tanacētum 271.
Tetrăphis 586.
Thalictrum 186.
Thelephŏra 461.
Thlaspi 219.
Thymus 203.
Tilia 181.
Tillaea 61.
Tortĭlis 91.
Tormentilla 176.
Tortŭla 375.
Tragopŏgon 256.
Tremella 467.
Trichostŏmum 581.
Trientālis 122.

rifolium 246.
riglŏchin 120.
riodia 39.
ritŸcum 47.
ubercularia 475.
ulostŏma 474.
urrĭtis 228.
ussilăgo 275.
ypha 301.

lmus 90.
lva 438.
redo 477.
rtĭca 318.
snĕa 418.
tricularia 8.

Vaccinium 127.
Valeriăna 13.
Variolaria 432.
Vaucheria 437.
Verbascum 74.
Veronĭca 2.
Verrucaria 430.
Viburnum 102.
Vicia 245.
Viŏla 285.
Weissia 384.

Xylŏma 468.
Zannichellia 298.
Zygnĕma 435.

Bolanisk Charta
Omkring
UPSALA
1820.
Drag by
Söd. Kyvklinge
Gysta
Hedby
Hemlinge
Forkarby
Oregrund
Örlösan
Ulfva Qvarn
Tanninge Sjön
Frötuna
Sättergärde
Mäsängen
Funbosläk
Grötbol
Gusvik
Torkeby
Norr Hällby
Helmbyboda
Svia
Prästg.